**4. vel ad idem sic:** Species tamen præcedens restringit genus se quēs, & de isto sunt plures text. notabiles & familiares, & primo de isto est tex. notabilis ponens casum quotidianū in d.l. Si de certa. Secundū de isto est text. pulcher, ponēs casum quotidianū in l. finali, S. cui dulcia, secundo respon so. ff. de vino, tritico, oleo q; legatis. Tertiō de isto ē text. notabilis ponēs casum frequēter occurrente inter mercatores, in d.l. emperor. S. Lucius secundum verum & cō munem intellectum. Quartō de isto est text. notabilis, l. legatorum. S. j. & ibi Bartol. Bald. & Paulus de Castro notant. ff. de lega. . Quinto de isto est text. pulcher in c. sedes de recipi. & ibi Panor. Io. de Imo. Felin. & alij notant. Sexto de isto ē tex. valde notabilis in clementina 1. S. 1. de preben. Item septimō de isto ē text. notabilis i. Linbemus, & ibi Bal. i 2. notabilis not. C. ad Velleianum. Et octauō de isto est text. valde notabilis in c. qui ad agendum, i principio de procura. lib. vj. Et hinc singulariter dicit Innocen. in c. ex literis, de iure patronatus, qđ si dono tamen alicui villam, & omnia iura, quae i eam habeo, nō veniūt iura spiritualia, quia nō sunt aequalia expressis, sed illa generalitas debet restringi ad temporalia, propter specie te poralitatis præcedentem, quod dactū summē placet Pa-

morri.

## LOCVS A GENERALITATE. 39

normitanus in d. cap. sedes, in prima columna, ad quod etiam facit, quod talia sunt subiecta, qualia prædicta demōstrant. De quo latissimē dicam infra in Loco à nomine dignitatis officij, vel appellatio: & quod exceptio declarat seu restringit regulam. De quo latè dicam infra in loco ab exceptione ad regulam. Hinc etiam singulariter dicit Bal. in l. à procuratore, C. mād. qđ si Baro vendat mihi prædia, in quibus confuerat habere et quasdam domos, ad collendum pedagium, vel habeat ibi furcas, per quas significatur merum imperium, & dixit quod vendebat milii prædia, & omnia iura, quae ibi habebat, per hoc tamen non videtur vendidisse, vel in me transulisse ius colligendi pedagium, vel merum imperium, quia dicta verba generalia debet referri ad ea, quae sunt de natura rerum venditarū, secundum eum: & allegat norata per Innocen. in dicto cap. ex literis, quod tene menti, quia vidi de facto. Et per dicta iura dixi alias in q. facti, cum esset dispensatum cum quodam Hispano, ut quæcunq; quotcunq; & qualiacunq; prestatimonia seu præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia etiam pontificalia, aut militationes nuncupata seu nūcupatas, in ciuitate & dioecesis regnum Ca stellæ, & Legionis cōsistentia, & quam primum in 20. siue etatis anno constitutus fuerit, unum beneficium curatum, & cum in ætate legitima constitutus fuerit, duo beneficia curata quæcunq; sen' alias iniucem incompatibilia, obtine re posset, quod vigore dictæ dispensationis non potuit ob tinere beneficium curatum consistens extra dicta regnū Castellæ & Legionis nam dicta verba generalia quæcunq; que debebant restringi per præcedentia, iuribus supra allegatis, vt sit sensus, quod quamprimum in 20. sua ætatis anno constitutus fuerit, obtinere posset vnum beneficium curatum, & cum in legitima ætate constitutus fuerit, obti nere posset duo beneficia curata quæcunq; consistentia vi delicit in ciuitatib. & dioecesis dictorum regnum, ppter præcedentia, & prius specificata, quae qualificarē & restringunt sequentia, ut docimus iutibus supra allegatis,

**6. & quia hoc patitur ratio recti sermonis, & quia tamen in materia impetrationis beneficij & dispensationis contra ius, est odiofa**

LOCVS A GENERALITATE

odiosa, ambitiosa, & ideo restringenda, cap. quamvis de præbend.libro sexto, & cap. quod dilectio, & ibi Innocen.Panor.& alij Doctor.de consang. & affini.Et quia dicta gratia, seu dispensatio potest operari suum effectum in ciuitatibus, & diœcesisibus dictorum regnorum. Et quia si Papa voluisse dispensare cum illo, ut posset obtinere beneficia curata extra dicta duo regna, potuisse adiçere hæc paucula uerba, ubicunque consistentia, sicut adiecit plura alia, per qua noluit ipsum admitti ad beneficia curata: siue essent curata, quia parochiales ecclesiæ: uel quia perpetuae uicariae: uel quia dignitates, quibus imminent cura animarum, etiam si essent electiæ, etcetera, quod quia non fecit, non presumitur hoc uoluisse, cap. ad audientiam, de deci. cum similib. immo fortius credo, quod etsi Papa adiecissem dicta uerba, ubicunque consistentia, adhuc tamen propter precedentia, illa verba deberent restringi, dummodo tamen consistant intra dicta duo regna, propter subiectam materiam, que in se odiosa est, ut dixi: & quia generalitas relata ad locum, restringitur ratione subiectæ materiæ, cap. ut animarum, §. 1. de constit.libro 6. & not.g.l.in l. 1. uerb.non videbatur, ff. de eo quod cee.loc. Et faciunt eleganter notata per Petr. de Anchian confilio 163, incip.In Christi, &c. Visis, & diligenter inspectis, &c. & facit gloss.singul. in cap. si proponente, cum ibi not. per Panor. & alios, de rescri. Et ita fuit iudicatum, p. recolende memorie D. Martinum Cuicu Officialem Cameracensem, fauorem Ecclesiæ sanctæ Gndilæ Bruxellenfis, quod nota: Sed quia istæ Theorice videntur sibi contarie, idcirco pro concordia, ut quælibet eorum saluetur, dicas hoc modo: quod regulare est, quod in omni & dispositione generalitas restringitur ad intellectum iuris communis, ut patet in leg. quero, §. inter locatorem, ff. locat. in l. ut gradatim, §. primo ff. de municip. & hon. in l. 2. & ibi hoc not. Bald. C. de noxal.actio. in cap. super eo, de offic. deleg. in cap. pastoralis, in princip. de apostol. & in cap. cum dilectio, & in cap. ad audientiam de cle. non resid. qui tex. sunt ad hoc not. Quinimò nullum uerbum

LOCVS A GENERALITATE. 16

hum est uniuersale, quod ex consideratione debitaram circumstantiarum non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere, secundum Oldrad.in consilio 148. circa fin. Ad hanc faciunt, & not. per glo. in uerb. omnes. l. f. C. fine censuel reliq. & not. per gl. sing. in l. fin. S. in computatione, in fin. C. de iure delib. & not. per Bar. in l. 1. S. & partui. uersi. ista glo. est arg. ff. quod ui aut clam. Et simili ter restringitur generalitas, ne sequatur absurdum vel absursum intellectus, ut dicam satis late infra in loco ab absurdo. \* Item similiter restringitur generalitas ad ADD. prius specificata per supradicta. Panitur & tamen haec Absur- regula plures notabiles fallentias. Primo enim fallit, quando illud de quo queritur, coheret, vt connexum generali dispositioni preambula: tunc enim uerba generalia ex- tenduntur, ut illud comprehendant glo. est sing. in cap. accusatus, S. 1. in uerbo, iudicari, de haere. libr. 6. quam le- gibus in lib. 1. j. C. quitor Paul. de Castr. Alexand. Iason, & alij Doctor. in eff. l. j. C. d. l. si de certa. Et Ang. & Ioan. de Imol. in l. qui Rom. de sacro. S. duo fratres, ff. de uerbor. obliga. & Felin. in dicto cap. eccl. Ali fedes, & Ias. in l. 1. C. de translat. quem omnino uide. Se- cundo dicta regula fallit, quando illud, de quo queritur, est accessorium illius rei, ut sunt fructus uel pena, l. 2. in Refr. princip. ff. si quis cau. & l. fina. ff. de eo quod cer. loc. tunc gitur ge- enim uerba generalia extenduntur, ut illud accessoriū co- generalitas prehendant. Ita not. uult. Bartol. in l. Aurelio, S. Caius, si ratio le- circa fin. ff. de liber. leg. & Salicet. Paul. Castrrens. Alexan. gis hoc Iason, & Doctor. in dicta l. si de certa. Tertio fallit di- saderat regula, quando illud de quo queritur est appendix. Alc. Ra quia ad illud uerba generalia extenduntur. text. est nota. brica. ff. secundum uerum intellectum, in l. si cum tibi iuncta glo. de no- fin. ad finem, & ibi Bart. Bald. Paul. de Castr. & Doctor. pe. nunc. C. de iud. & volunt Paul. de Castr. Alexand. & Iason, in Prat. d. l. si de certa. & idem Alexand. in leg. licer, C. de iudi. Quarto fallit dicta regula, quando generalitas non potest restringi salua ratione recti sermonis, ut quia uerba sunt nimis generalia, & ampla. Et generali- ter intelligenda sunt uerba ubi nulla sequitur absurditas, nec reperitur specialis dispositio in contrarium, uel

63

vel precedens restrictionem suadens. tunc em̄ h̄nt locum iura supra allegata; dicentia: generaliter dicta generaliter debere intelligi. vbi aut̄ potest fieri restrictio, salua ratione recti sermonis, vel ubi concurrit aliquid de premissis tunc est restrictio facienda, iurib. superius adductis iuncta lege Plaucius mulieri in f. ff. de auro & argento lega. & hoc modo debent cōcordari pr̄dictæ Theoricæ, quæ pri ma facie uidentur multum inter se pugnare: hoc tamen volo te scire, quod etiam quando uerba non possunt restringi salua ratione recti sermonis, quia sunt nimis ampla seu generalia, tamen in quatuor notabilibus & quotidiani casibus, non intelliguntur generaliter, vt iacēt, nec extunduntur em̄ corticē verborū, sed restringuntur pp̄ equi ratione, quæ subest. Primus casus est quando arguitur dolus alterius. verba enim generalia non extenduntur ad occultata dolo alterius partis: tex. est notabilis ponens casū quotidianum in l. tres fratres. ff. de pactis. Secundus casus est, quando allegatur ignorantia uerba enim generalia, nō extunduntur ad ignorata, tā in genere quām in specie, licet cesset dolas partis aduersæ, vt est tex. notabilis in l. qui cum tutoribus, versic. ei qui. ff. de transact. & in l. mater decedens. ff. de inofic. testam. Diximus autem notanter tam in genere, quām in specie, quia ad incogita ta in specie, cogitata tamen in genere bene extenderentur, vt est casus iuxta veram interpretationē in l. sub p̄texu 2. iūcta gl. 1. C. de transact. & ibi Pa. de Cast. & doct. idēq; Pau. de Cast. in d. S. Lucius. Tertiò, verba genera lia non extunduntur ad superuenientia dē nouo. vt est tex. in d. l. qui cum tutoribus, in fine, ibi postea cōpertū, quod procedit etiam si iuramentum intercauit, text. est hac de re non inelegans in capit. cum inter P. Cni subscriptib glo. in vēr. iuramētū, & ibidem & Canonum maxime Ant. de Bat. & Io. de smo. de reaū. ubi per illam tex. singulariter dicunt, quod scholasticus Licentiatus, ut uocari, qui iuravit non capere insignia Doctorat⁹ alibi quam in loco ubi fuit examinatus, pōt alibi capere insignia Doctoratus, si ibi de nouo examinetur, vel si in primo loco insignia Doctoratus capere non pōt pp̄ p̄fēcti uigēt, nec per hoc est

est peritūrus, quia ex noua causa assumit alibi Doctorat⁹, secundum eos. Debet enim intelligi iuramentum & quævis alia dispositio, rebus sic se habentibus, vel in eodē statu manentibus, c. quemadmodū, cum ibi not. per glo. \* & doct. de iurein. & l. quod Scrutus, cum ibi not. maximē per ADD. Alex. & Ias. ff. de condic. cau. da. cau. non secura, & faciunt \*gl. Que huic, notata per Bal. in lege fin. C. de non num. pecun. & p̄fēcti ibi not. per Bald. in l. clari. C. de fideicommissis, notat. demenū per eundem Bald. in c. cū M. Ferrariēsis, per illum tex. merat cōde cōsti. & quod fortius est, istud procedit etiam, si dicere dīcōnes, tur in instrumēto, quod renunciat omni iuri, quod habet que in su uel habere sperat: nam illa verba, habere sperat, debent rāmento ī intelligi & restringi, scilicet ex causa de p̄sēntiū singu tolligantur, lariter dicunt Bar. Ang. Pau. de Cast. Iason. & doct. alij in & vide d. lege qui cum tutoribus, & idem Bar. & alij in d. lege q. Alc. l. cū Rom. S. duo fratres, & Fel. in c. si diligenti, de foro com proponas. p̄fētenti, & Alexan. & Iason. in d. l. quod Scrutus, quod mā da memorīa, quia est valdē singulare. Quartò, uerba gene eundē re ralia non extenduntur in dubio ad ea, quae dependent ex ffor. 37. testamento, quia super iure conperenti ex testamēto nō n. 3. Pra. valet pactum nec trāsactio quantūcunq; generalis, nisi uisi cognitissim⁹; verbis testamēti, vt c̄t̄ tex. singularis & familiaris in l. de his ff. de transact. & vult. notabilit̄ Iōan. de Imo. in d. cap. 1. de transact. & est de mente Cepole, in cautela 2. 18. & tractatur plenissimē de hoc per Alexan. de Imo. in consilio 1. secundi uoluminis, incipiente. In Chri sti, &c. vīlo ac eportet confidato, &c. De qua materia, si plenius vī instrui, vide vītra passus superius commemo ratos Bar. in l. quæstūm. S. fina. ff. de fundo instructo, & ea quæ dicam infra in Loco à ratione legis stricta seu limitata ad restrictionem ipsius legis, vbi declarabo, an & quan do ex vi rationis debeat, & possit restringi lex vel canō, & quomodo intelligatur dicta regula, Generaliter dictum, generaliter debet intelligi. Vide et̄ ea, quæ dicam infra in Loco à genere ad speciem, & in Loco à toto ad partem. vide etiam textum cum sua notabili glo. in l. si seruitus. ff. de seru. vrbā. p̄diorum: & textum cum glo. in l. si cum fundam. ff. de uerbo. signific. & tex. cum gl. in l. quætent, C.

## 64 LOCVS A GENERALITATE.

C. fam. ercif. & tex. cum gloss. in c. causam que de descrip-  
tis, ubi reperies, q̄ interdum sequentia restringunt præ-  
cedentia, & quod ecōtra præcedentia interdū restringit  
sequentia, & quod interdū præcedentia augent sequentia  
vide etiam tex. gl. fin. & Bart. in l. quisquis ff. de leg. 3. &

31 Bart. il. auia, in prin. ff. de cond. & demōstr. vbi reperies, †  
q̄ præcedēs clausula est majoris efficacis ad determina-  
tionem sequentium, quām sequens ad determinationem  
præcedentium, quem refert & sequitur Mathe. in not. cl.

reptant hoc singulare. vide etiā Panor. in c. ex parte, de  
spon. vbi in casu quotidiano declarat, sequentia \* restringi  
per præcedentia: vide etiam ad propositum, quinquaginta  
modos, quibus arctatur siue restringitur generalitas, ma-  
gistraliter collectos per Ioannem Monachi, Philippum  
Francum, & Io. And. in Mercur. in reg. In generali, de re-  
gul. iur. lib. 6. & longe plenius per Roma. in rep. l. si verò.  
§. de viro. ff. sol. mat. vide etiā no. per Bal. in d. l. fin. C. de  
nō num. pec. & not. per eundem, in l. sed & si quis. §. que-  
sitionis in prima opposit. ff. si quis cau. & not. per Io. And.  
& alios, in cap. veniens, de iureiur. & not. per Panorm. in  
cap. Quintauallis, de iureiur. & not. per eundem in capit.  
cum venissent, de institut. vide etiam tex. in l. creditor. §.  
Lucius. ff. mandat. & tex. in l. filibertus ita iurauerit. & ibi  
Alberic. ff. de oper. lib. & bonam glo. in Clem. sep̄. §. non  
autem in verbo defensiones legitimæ, de verbis. signifi-  
cat. & gloss. i. l. promittēdo, i. princ. ff. de iur. dot. & gloss.  
in l. sed si compromissum, in fine. ff. de arbit. & glo. in l. q̄  
autem, in fine. ff. de constit. pe. & in l. emancipati. ff. de a-  
dopti. & Barto. Alexand. Iaſo. & Doſtor. in leg. j. §. nuncia-  
tio. ff. de no. oper. nunc. in quibus locis reperies, genera-  
litatem † multifariā multisq; modis restringi. Postremo  
13 illud te admonitus volo, quod non † sufficit aliquid ex-  
primere, vel proponere in genere, quando quilibet spe-  
cies contenta sub genere non operatur illum effectū ad  
quem exprimitur, vel proponitur. Ita elegāter vult glo.  
notab. iuncto text. i. c. pia, super verb. speciem, de except.  
lib. 6. & est pulcher text. in c. in præsentia, vbi & Panor-  
mit. notat de probatio. & vult singulariter Barto. in con-  
flio

## LOCVS A GEN. AD SPEC. 5

filio suo 65. incip. Factum tale est, Petrus Nicole, cuius  
meminit Alexand. de Imo. i consi. 1. 1. 3. vol. incipien. Vi-  
so superiore themate, & Angel. i. §. fuerat, Institu. d. actio.  
quo in loco dictum illud summoperē probat, que omnia  
memoriæ mandabis tāquām pulchra, singularia, veilia &  
quotidiana.

## LOCVS A GENERE AD SPECIEM.

- 1 A quoque remouetur genus, remouetur & qualibet eius spe-  
cies: non contraria.
- 3 Genus & species cum toto & parte quomodo differant.

**E**ST & aliis non infrequens in Iure locus, à Genero  
ad Speciem, ex quo ductum argumentum nedum ē  
probabile, sed etiam necessarium, hoc autē pacto licet  
1 formare: A quoque remouetur † genus, remouetur &  
qualibet eius species, rex. est notab. in l. si causa cognita,  
iuncta gl. super verbo peremisti, quam ibidem sequuntur  
Barto. Bal. Paul. de Calt. & alij Doſt. C. de transact. est &  
tex. in §. vulgo, iuncta gloss. in verb. species est. Instit. de  
success. cog. & tex. in l. fin. circa prin. C de vsu. reiud. &  
tex. in l. 1. §. q̄ autem Prætor, in fin. & ibi Odof. not. ff. de  
aleat. Item tex. in c. nam concupiscentiam, vbi cūm adhoc  
ponderat Ioā. de Imo. de constit. & tex. cum gl. in l. 1. in  
fin. ff. de suis & leg. hæred. Pertinet huc quoque tex. in l.  
fundī, in fin. iuncta gl. ff. de fund. instru. Item tex. il. 1. C.  
ne fiscus rem quam uen. cuim. lib. 10. Ad hæc tex. elegans  
secundum primam lecturam glo. in l. Iuris gentium. §. sed  
si fraudandi, ubi & Bar. Bal. Alberi. & alij no. ff. dc past.  
Porro hoc arguento Bal. utitur in rep. l. cum mulier. ff.  
sol. matr. Præterea & i d. §. sed si fraudandi, ubi hoc indu-  
cit ad quotidianā quæſt. Item in c. 1. de prohib. feu. alie p  
Fede. circa fin. prin. ubi dicit, q̄ si mulier prohibetur per  
statutum donare, non potest etiam donare causa mortis,  
qua à quoque remouet genus, necesse ē, & qualibet e-  
ius speciem remoueri, ut ibi p cum. Ecōtrario à † remo-  
tione speciei ad remotionem generis, argumentum non

E procedit,

procedit; tex. est not. in l. duobus, §. si quis iurauerit, & ibi Barto. notat. ff. de iure iuriarum. & idem volunt glo. Bar. Bald. & Doctor. in d. §. sed si fraudandi, non enim sequitur, non est homo, ergo non est animal. Imò committitur fallacia consequentis secundum dialecticos, & hoc inducit Bald. ad pulchram quæstionem in d. §. sed si fraudandi, quem omnino uide: Hoc tamen fallit, quando esset tale genus, quod saluaretur in unica specie. Ita not. dicit Bald. in l. conuenticula, C. de episco. & cleric. l. sicut municipum vbi in fi. §. quod cuius. vniuer. no. notatur, quòd ius collegii potest conseruari, & retineri per unum, licet per unum ab initio constitui non possit collegium, vel vniuersitas, l. Neratius Priscus, cum ibi not. per glo. ff. de uerbor. signific. & viderunt prædecessores nostri in quodam canonico Mechliniensi, qui fundauit Zellariéses, ut constans habet fama, & patet per instrumenta publica: huius exemplum aliquantò rarius Phœnix esse potest, quæ est avis grandis sicut Aquila, & non quam reperitur eodem tempore nisi una, viuitque in sexcentis quinquaginta. Deinde facit sibi nidum ex thuris surculis, & replet odoribus. in quo moritur, & ex eius ossibus ac medullis, ut quidam volunt, nascitur vermis, qui paulatim adolescit in demortui Phœnicis formam: Alij dicunt, q[uod] cū ponat se aduersus radios solis, & alarum plausu excitato igne, comburatur una cum nido, equè cineribus illius vermiculus oriatur, qui tandem crescat ad magnitudinem, ac formam Phœnicis exusti, de quo vide plenissimè Plinium naturalis Historiæ libro 10. capitulo 2. & Ouidium Metamorph. libro 15. & in Chiliadibus in adagio, Phœnix rarior, per Petrotum, & Calepinum suis in locis, ac symbolo Ruffini, & in Epistola ad Præsidium, quæ (ut nonnulli aiunt) falsò adscribuntur Hieronymo. Interseruntur tamen per eum Tomo 2. Vide etiam de Phœnix per Ioan. And. Ioan. de Imol. & Doctor. alios, post glo. in c. quoniam Abbas, de offi. deleg. Illud etiam certum est, quod argumentum à genere ad speciem procedit etiam affirmatiuè, habito respectu seu consideratione ad hoc, quod

sub

generi continetur species, vnde si vxori à viro legata sunt, ea quæ eius causa parata sunt, etiam empta eius causa censebuntur legata, ut est tex. in l. item legato. §. item interest, ff. de leg. 3. Non autem procedit argumentum à genere ad speciem affirmatiuè per modum consequentiæ. vnde non sequitur, est animal, ergo est homo, vel est paratum uxoris causa, ergo est uxoris causa emptum. d. §. Item interest, cum similibus, ut dicam latius infra loco proximo. Posset etiam ponaliud exemplum, positum per Ciceronem, & Boëtium in Topi. in loco a genere, ut puta, vir legavit uxori omnē argentum; ergo & pecuniam numeratam uidetur legasse, quia numerata pecunia argentinum est. Sed hoc exemplum mili non placet, quia contrarium eius optimæ ratione decidit Vlpianus in l. Quintus Mutius. 2. §. 1. ff. de aur. & argent. leg. & facit l. cum aurum, in princ. illo titu. quod nota. Et vide quod dicam infra in loco ad partem. De multiplicitate autem acceptione generis, & de obligatione generis, quia longus est tractatus, & ab instituto nostro alienus, vide per Bartol. & alios in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. petat. per eundem, & alios in l. Mætius. §. duobus, ff. de lega. 2. Et magistraliter per Zafium, libr. 1. Respons. singular. capit. 1. Illud autem non est obliuioni tradendum, quod licet genus & species cum toto, & parte simile quiddam habeant, in hoc scilicet, quod quemadmodum genus species suas comprehendit, ita totum intra se partes suas complectitur: 3 in tribus tamen differunt, † secundum Boetium in Topicis, & vult Rodolphus Agricola libro de Inuent. dialect. 1. cap. 9. primò quoad constitutionem, seu in esse productionem, nam ad explendam generis substantiam non utique unamquamque specimen ad esse natura illius exposcit. Est enim animal, licet non substantia animalis vel bos, sed ad cōficiendam totius substantiam, una quamque partium necesse est adhiberi. Non enim est dominus, nisi sint fundamentum, testum, & parietes. Secundò, quoad conservationem, destructionem, vel interitus. Deructo enim genere, nullæ remanent species, ut sup.

E 2 dixi.

dixi. Sed destructo vel interēpto toto, plerunque partes remanentur domo destructa remanēt parietes, & funda mētū. Tertiō quoad prēdicationē, quia genus de spēbus suis prēdicatur seu affirmatur, ut est homo vel asinus, ergo est animal: sed totum de partib. non prēdicatur, ut nō sequitur, est paries, ergo est domus: & sic de similib. qđ nota. Et uide quod dicam iñfrā loco proximo, & in loco à toto ad partem.

## LOCVS A SPECIE AD GENVS.

- 1 Posita specie necessariō ponitur genus, quod præst illi speciei: sed non econtra.
- 2 Speciei ad positionem sequitur positio generis: & non contra.
- 3 Dupliciter aliquid dicitur inesse alteri.
- 4 Exceptio quo sensu dicatur inesse Regule.
- 5 Species semper inferit suum genus.

**H**ic subiungendus ē locus à specie ad genus, à quo sū ptū argumētum nedū est probabile, sed & necessarium, id formabitur hoc modo. Posita specie † necessariō ponitur genus, quod præst illi speciei, sed non contra. Vel ad idem sic: Ad † positionē speciei sequitur positio generis, verūm non econverso. text. est nota. in l. si quid earum, §. inter emptum, & ibi hoc not. glo. in verb. paratum. Bart. & Doct. ff. de leg. 3. & habetur per glo. i. in fin. Bar. Bal. Albe. & Doct. in l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pact. & per gl. Cy. Bart. Bal. Paul. de Cast. & alios Doct. in l. f. C. de in integ. refit. & p. Bal. in l. conuenticula. C. de epis. & cle. De isto argumentandi modo commemoratur etiam per Sal. in l. vnicā, C. de raptu Virgi. & per Bal. in l. 2. §. creditum, ubi habes exēplū generis & speciei, creditum & mutuū ff. si cert. petat. & per Doct. in pluribus alijs locis, de quibus breuitatis gratia super sedeo. Itaque bene loquitur, homo est, ergo animal est, est mutuum, ergo est creditum. Sed econtra ad positionem generis nō sequitur prēcisē positio

**L**OCVS A SPEC. AD GEN. 69  
 sitio vnius speciei: vnde nō valet consequentia, animal est, igitur homo est, vel est animal, ergo & homō: quia pōt esse esse asinus. Neq; rectē sequitur, est creditum, ergo est mutuum, potest enim depositum, vel commoda- tum esse. Hoc tamen volo te scire, legū peritos ferē sem per genus appellare id, qđ dialectici speciem vocant, vt homo, bos, asinus: & rursū quod hi indiuiduum nominant, Iurisconsultus speciei dicit: cuiusmodi sunt, Sti- chus, Titius, Pamphilus, Socrates. Probatur hoc aperte f simē in d. l. 2. §. mutui datio, & ibidem per Bar. & Doct. alios. hæc est & sua gl. in verb. elc. etio. legatarij in §. si generaliter, In situ. de leg. Præterea Io. Fab. in §. huīus studij, Inst. de iu. iu. & opinio eiusdē i §. lex est, in fl. Inst. de iur. nat. gen. & ciui. & Bar. in l. legato generaliter, ff. de leg. i. & eiusdē in l. Mxiuīus, §. duob. ff. de leg. 2. Illud ēt nolo te ignorare, q species inest generi, & ēt genus ī est speciei, sed diuersimodē. Quare ne decipiaris propter æquiuocationem termini, inesse, aduerte q aliquid pōt dici inesse † alteri dupliciter, vno mō cōtentuē sue cōprehensiue, & hoc mō spēs inest gñi, id est, species cōtinetur, seu comprehenditur sub genere, & si loquitur §. sed si fraudādi, i fine, cūm dicit, inest. n. dolo. & fraus, secundum primam lecturam gl. & ibi Bar. Bal. & Doct. declarat. Sic etiam loquitur l. per seruum. §. i. ff. de viu. & habita. cūm dicit, fructui & vſus inest, sui fructus de- est, &c. Sic etiam loquitur tex. Inst. de serui. iutti, & vrba. prædi. in prin. cūm dicit, qui iter habet, actum nō ha- bet, sed qui acū habet, iter habet. Ad eundē modum lo- quitur & l. item legato. §. item interest. ff. de leg. 3. cūm dicit, paratis enim omnia cont. pñtetur, quæ ipsius vñibus fuerunt designata, &c. Ita etiam loquitur l. Si chorus, in prin. ff. de lega. 3. Sic etiam in toto pars continuetur, id est, comprehenditur. l. in toto. ff. de reg. iur. & regula, in toto, & ibi Dynus de regul. iur. libr. 6. & regnla, plus semper, cum sua not. gl. eo. rit. & lib. Sic etiā † exceptio inest regule, id est, comprehenditur seu cōtinetur sub regu- la. qđ declara, vt bene declarat gl. i Rub. de reg. iu. lib. 6. & ibi p. Dyn. & Philip. Franc. & p. glof. Albericū, & Do-

Etor.in l. i. ff. de regu.iur. Et generaliter, generalibus, vel magis communibus, specialia, vel minus cōmūnia insunt, id est, continentur seu comprehenduntur, l. semper in generalibus. ff. de reg. iur. Secundo modo aliquid dicitur inesse alteri non contentiū seu comprehensiū vt dixi, sed illatiū, postiū, consequiū seu per cōsequentiā quia eo posito infert, siue cōsequitur aliud, & hoc modo genus, vel magis commune inest specie, vel minus communī, quia posita specie, ponitur genus, & posito minus communī, ponitur magis commune, vt homo est, ergo animal est: ergo homo est: est empti, ergo paratum: Sicq; de similibus. Et sic loquitur lex, inter agnatos, iuncta glo. ff. vnde legi. cūm dicit in agnatis & cognati continentur, sic etiam loquitur d.l. si quid earum. §. inter emptum, cūm dicit & respōsum est i empto paratum inesse &c. & ibi glo. Et (vt breuiter omnia complectar) species siue minus cōmūne semper infert suum genus, vel magis commune per positionem, illationem, seu cōsequentiā, vt si est homo, est animal: si est vxoris causa emptum, est ipsius causa paratum, d. §. inter emptum, cūm dicit & respōsum est in empto paratum inesse, supple, per consequentiā. Species autem siue minus commune, non infert suum genus, vel magis commune per continentiam, quia nō sequitur, Empta vxoris causa sunt Titio legata, ergo parata sunt ei legata, alleg. §. item interest, ibi, Vnde nō continetur emptis solis legatis, quæ alia ratione paterfamilias acquisita ei destinavit. Econtra autem, genus, siue magis commune infert suam speciem, vel minus communē per cōtinentiam: vt si vxori legata sunt à viro, que eius causa parata sunt, ergo & empta eius causa cēsentur legata, d. §. item interest, ibi, patatis enim, &c. sed genus vel magis commune, non infert speciem vel minus commune per consequentiā, quia non sequitur, est animal, ergo ē homo, potest enim aſinus esse, nec etiam sequitur, est paratum, ergo est emtum, quia potest esse alio modo acquisitum. Et hoc paucissimis verbis dicit Vlpianus i d. §. inter emptum, ibi, in parato non continuo emptum cōtineri, supple per consequen-

71  
sequentiam, sed per continentiam sic, ne contradicat d. §. item interest. Sic etiam totum est in parte prædicamenta per consequentiā, quia posita parte prædicamentali, ponitur totum. Notanter autem dixi prædimentali, quia posita parte integrali, non ponitur totum integrale, vt dicam latius infra loco proximo, sed totum etiam prædicamentale non est in parte per continentiam, d. §. item interest, ibi, vnde non continetur, &c. Econtra autem pars subiectiua, seu prædicamentalis est, in toto contentiua, i. comprehēditur in toto. d. regula in toto, & præall. reg. plus semper, sed non est in toto illatiū, postiū seu p consequentiā vt dixi: Et hinc gl. in verb. paratum in esse in fin. in dict. §. inter emptum, recte dicit, quid totum est in parte secundum quid, quia non simpliciter totū est in parte, intelligendo semper de parte prædicamentali, sed duntaxat per consequentiā, nō per continentiam, vt modò dixi, quod consecramemorix, quia postes alias facile decipi per fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, & vide quod dixi supra loco proximo, & quod dicam infra loco proximo, & sequenti.

## LOCVS A TOTO AD PARTEM.

- 1 Locus à toto ad partem procedit secundum quid, & nō simpliciter.
- 2 Iuris quod est de toto quoad totum, idem iuris est de parte quo ad partem, & nū seq. & 7.
- 3 Peregrini & viatores si decadant iterando sepieliendis sunt in ecclesia parochiali.
- 4 Citatio est pars & fundamenum processus.
- 5 Argume: tum à toto ad partem valet, & quando non procedat, nume. 7.
- 6 Intellectus l. fisca. ff. de iure fisci.
- 7 Nepos an praferatur patruo in regno.
- 8 Totum infert quamlibet suam partem.
- 9 Totum multipliciter dici.
- 10 Toto posito vel concesso posita conseruit qualibet eius pars.

- 12 Negatio preposita vel post posita signo universalis alterat eius naturam: & facit eam equipollere suo contradicitorio.
- 13 Negatio preposita & post posita signo universalis facit eam equipollere suo subalterno.
- 14 Argumentatio à toto in quantitate, seu numerabilis ad partem quo modo procedat.

**O**ccurrit nunc locus à Toto ad Partē, à quo sumptū Argumentum probabile quidem est, ceterum nō necessarium secundum gl. in l. j. §. si ex dodrante, in uerb. nō necessarium. ff. de colla. bon. & procedit secundum quid,

1 non autem simpliciter secundum gl. in l. si quid earum §. inter emptum. ff. de lega. 3. Et de eo non nihil attingitur à Petro, Dy. Bir. Alber. de Rosa. & alijs, in l. i. ff. de ysufr. lega. & per Bart. & Ang. in l. qui usum fructum. ff. de uerb. oblig. Et per eundem Bart. in l. reconiuncti. in vers. quarto dubitatur. ff. de lega. 3. & per eundem in l. si mater. §. si quis iter ff. de except. rei jud. & per Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cler. sed minus perfectè. nos autē Deo dace plenissime declarabimus infra, qñ hæc argumentatio à toto ad partem procedit, & quando non. Et autim dicere, qñ hæc argumentatio à toto ad partem, quādo sumitur, ut debet, nedium est probabilis, sed & necessaria, frequens, & vtilis. Quid ut eundētius apparet, uolo te scire, qñ hoc argumentum à toto ad partem formatur dupliciter, ad duplīcēm effectum. Vno modo,

2 sic, t̄ quod iuris est de toto quoad totū, idem iuris est & esse debet de parte quoad partem. tex. est notab. in l. que de tota, in princ. & ibi gl. & Bart. not. ff. de reiuē. & tex. in l. i. ariſgentium. §. adeò. & ibi habetur per Ia. & Doct. ff. de pa. & tex. in l. si unus. §. si cum tibi, cum seq. & ibi ēt Dī. attingunt illa eo. tit. est & text. in l. si cui, in princ. veri. Proinde, & ibi Bal. notat. ff. de leg. i. Item est tex. in l. tres tutores, in pria. ubi & Bart. no. ff. de admi. tut. item tex. in c. super quæſtionū. §. fin. & in c. pastoralis. §. Item cum totum, & ibi gl. Bal. Card. Ioa. de lmo. Pan. Barb. & Feſ. not. de offic. deleg. & tex. in c. si diligēti, in prim. & ibi etiam Panor. not. de præſcr. cum infini. ſim. quæ non refert adnumerare. Et iſto argumentandi modo

- modo utitur Iо. Andr. in reg. Plus semper, & in reg. cui licet, & in reg. in pari, & in reg. ſcienti, in pulchris quæſtionibus, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & idem Ioa. And. in c. Romana. §. contrahentes, in pulchra q. de fo. cōper. lib. 6. in Nou. & Docto. diuerſis in locis. Et fa. it ad pluri ma. & inter alia, gratia exempli pro instructione studio-  
3 ſorum iuuenum, primò facit ad hoc, quod t̄ peregrinai & uiatores ſi decadant iterando intra parochiam alicuius, licet in loco ſit Ecclesia cathedralis, ſepeliendi ſunt in Ecclesia parochiali, & ibi ſoluenda ſunt iura funeralia, & non in Ecclesia cathedrali. Ita ſing. concludit Panor. contra Ant. de Bur. in c. i. de ſepultur. Et idem repetit ipſe in cap. i. de celeb. miss. quia idem iuris debet eſſe in parte quoad partem, quod eſt in toto quoad totum, uirib. p̄zall. & ita in quæſtione facti conſultus, respondi, de quo uide latius per omnes in d. c. i. de ſepul. & plenissimè per Domin. & Philipum Francum in c. i. de ſepul. lib. 6. quia materia eſt pulchra, dubia, & quotidiana. Secundò facit ad hoc, quod quemadmodum duo ex tribus iudicibus delegatis cum clauſula, quod ſi nō omnes, & c. duo veſtrum, & c. non poſſunt ad initiantiam impetrāti procedere in cauſa contra reuū vocatum ad ſententiam definitiū, non conſtitu de impēdimento, uel excuſatione tertij collegæ & ſi proceſſerint, ſententia non ualeat. c. prudentiam, in princ. de offic. delegat. cum ſimilibus. Ita etiam reuū ad illorum duorum citationem nō conſtitu de impēdimento, uel excuſatione tertij, com-  
4 patere non tenetur, quia t̄ citatio eſt pars, & fundame- tum proceſſus, c. pastoralis. §. primo, de offic. delegat. & quod iuris eſt de toto quoad totum, idem iuris eſt de parte quoad partem, uirib. p̄zal. Ita poſt longam di- ſputationem tenet gl. ſing. quam ſequuntur Doct. in d. c. prudentiam, in uerb. reueatūr, in princ. & in verbo, citra formam, quod manda memoriaz, quia eſt quotidia- num. Tertiò facit ad hoc, qñ ſicut illi qui redimunt capti- uos ab hostiis pro partia quantitate, non poſſunt eis imponere magnā talia, ut uocant, ſed debent eſſe cōrēti eo, qđ pro eis redimendis dederunt, uel uti eorū opera quinque-

quinquennali iuxta l.fin.C.de capti. Item etiam si obtineant captivos ex dono , non possunt ab eis quicquam exigere,quia idem iuris est de parte quoad partem , qd est de toto quoad totum,iuribus ante adductis , & ita singulariter reperio decidere Pau.de Cast.in l. r.C.de episco.aud.quod nota.male tamen seruatur,quia uidetur non nullos de hoc quantum facientes. Quarto facit ad hoc qd sicut generaliter appellari non potest a subdelegato no in totum ad Papam, sed appellandum sit ad subdelegatum,d.c.super questionem . §.porro. §. quem uero , & §. si uero, ita etiam in particulari casu , de quo in d.c.su per questionem. §.si a subdelegato non in totum appellari non potest ad Papam , sed appellari debet ad subdelegantem, ut ibi est tex.sic formaliter concludens expre missis tribus paragraphis,porro, quem vero , & si uero. Cuius non est alia ratio , nisi quia idem iuris esse debet de parte quoad partem, quod est de toto quoad totum iuribus supra alleg. De qua materia uide latius in d. §. porro, & seq.& in c.si a subdelegato. de offic. deleg.lib. 6. Quinto facit ad hoc, qd si adiutorius sui pactus ratione victoriae, seu palmarij,(ut uocant) sibi dari decem , sicut consequeretur integra decem , si in omnibus causis uinceret . Ita si in aliquibus causis uincat, & in aliquibus succumbat, consequetur pro rata, quia idem iuris debet esse in parte quoad partem , quod est in toto quoad totum , dista l. que de tota & alijs iuribus supra citatis. Ita singul.dicunt Per.de Bel.Pertica.Cyn.Bal.& Sal.in lynica.C.de suffra. Et est communis opinio secundum Salic.ibidem , quibus addit lo.And.in simili q. de trans gente , in regu. contractus , de reg. iur. lib.6. in Merc. imo fortius dixit gl.per uerbum forte in d.l.unica, uide licet qd integra decem habere debet, & illam glo.se quietur ibi simpliciter Ang. Et idem uideretur ibi sentire Odof. post dominum suum Ia.Baldini. Alij uero dicunt cum hoc casu nihil debere conequi , alij autem distinguunt inter causam iustum , & iniustum , de qua q. uide plenè per Alber.de Rosa. in d.l.unica, ad quem remissione sufficiat, quia fideliter recitat omnium opiniones , & eorum motiu

LOCVS A TOTO AD PAR. 75  
motiu : licet expressè nihil eligat. Sexto facit ad hoc, quod quemadmodum statur opinioni vulgi in discernendo an sit sterilitas uniuersalis, ita etiam statur opinioni vulgi in discernendo,an sit sterilitas particularis in uno praedio,quia quod iuris est de toto quoad totum , idem iuris esse debet de parte quoad partem . Et ita decidit Ang.in l.licet.C.locati. & idem est de mete Cyn.& Sal. ibidem.Séptimò facit ad hoc, † quod sicut post item contestata renunciari potest liti in torum , aduersario est inuitio, quando eius non interest,ut notatur in l.postquā liti,C.de pact.secūs, si eius intersit, ut est gl.sing. in l.uti que, ff. de rei uend.approbata ibidem per Bar.Bal.Ang. & Doct. Ita etiam post item contestata potest in parte detrahi à libello , quia si licet in toto, multo magis licet in parte,quia bonum est argumētū à toto ad partē. Ita decidit Lanfran.in rep.c.quoniam contra,in materia petitionum circa fin.de proba. Et ante eum uoluit Io.de Iwo.in c.significantibus, de libel. obla. quod no. Octauò facit ad hoc, qd quemadmodū quis præscribit contra præsentem in prouincia 10. annis , si toto hoc tempore sit præsens. Et contra absentem 20. annis, si toto hoc tempore sit absens . Inst.de usuc.in prin.& Aut.malx fidei.C. de præscripl.on.tem.cum uulg. Ita si quis pro parte temporis sit præsens , puta pro 5.annis, & pro alijs 5.annis sit absens,præscribet proportionabiliter pro tempore præsentia & absentia, ut idem iuris sit de parte temporis quoad partem, quod est de toto quoad totum : mutatur que hoc casu communis forma præscriptionis , & additur supra decennium tot anni , quot annis ex decennio fuerit absens. tex.est sing.in Auth. qd si quis quibusdam.C. de præscr.lon.tem.quod nota . Nonò facit ad decisionē illius q.quotidianæ . Contra priuatū præsentem præscribitur spacio 10.annorum , iuribus præcall.modò tu incepisti præscribere rem Titij priuari præsentis in prouincia , & continuasti usque ad dimidiā præscriptionis possidendo ipsam per quinquennium : deinde dominum peruenit ad ecclesiam , dictus Titius tam legavit

## 76 LOCVS A TOTO AD PAR.

uit ecclesiæ , modò pro complendo aliam dimidiām præscriptionis , non sufficiet possidere eam per aliud quinquennium: sed requirentur 20 . quia illi faciunt dimidiā prescriptionis 40. ann. quæ requiritur contra ecclesiæ . c. de quarta, de præsc. & Aut. quas actiones. C. de sacros. eccles. Et sic præscribes illam rem, possidendo illam bona fide, & iusto titulo per 25. ann. ut idē iuris sit de parte temporis quoad partem, quod est de toto quoad totum. d. Auth. q. si quis quibusdam, quia ecclesia pro tempore præterito, quo res non fuit sua, non utitur suo priuilegio, sed iure priuati. Et sic debet acquiescere præscriptioni, quæ cucurrit contra priuatum pro illis quinque annis, & pro residuo tempore quo res peruerit ad ecclesiæ vtrum iure, & priuilegio suo. ita singulariter decidunt Cy. Bar. Bal. Pau. de Cast. & Doft. in d. Auth. quas actiones, hoc modo intelligendo gl. quæ hanc q. ibidem mouet, per l. fiscus. ff. de iur. f. allegatam per gl. quæ hoc bene probat, ad quod et faciunt no. per gl. in l. apud Iul. uers. Marcellus. ff. ex quib. cau. in poss. cat. ubi glo. intelligit d. leg. fiscus, in præscriptione primò inchoata contra priuatum, & postea completa contra fiscum succedentem priuato, licet d.l. fiscus, re vera non loquatur in successione præscriptionis, sed in successione obligationis, ut uidere poteris per te ipsum. Et (quod fortissim) gl. in d. Auth. quas actiones, extendit d.l. fiscus, quæ loquitur in fisco succedente priuato, nedum ad successiōnem in præscriptione, quæ compleetur cōtra fiscum, sed etiam ad successiōnem in præscriptione, quæ compleetur contra ecclesiæ . Quod nota, & tene perpetuò menti, quia potest frequenter contingere, & habebis honorem pariter & commodum, si scieris practicare. Potest & ad multa alia ex præmissis & alijs auribus colligibilia induci hec argumentatio, q. ita iuso in reb. publicis non occupato indagando reliquimus. Procedit aut̄ haec argumentatio à toto ad partem, et in exceptib. tex. est no. in l. 2. & ibi Bal. & Sal. not. C. de non num. pe. Et tex in l. qui solidū, in prin. ff. de leg. 2. & in l. vir vxori, in f. ff.

## LOCVS A TOTO AD PAR. 77

7 fi. ff. ad Vell. quod not. Ne tñ erres, volo te scire, q. hic † mod̄ arguēdi à toto ad partē, tūc demū procedit, qn̄ totius, & partis, nō ē rō diversa, alijs secūs. Sic sentiat Cy. alij interp. in l. cūm notissimi. §. in his, in pulchra q. C. de præsc. 30. uel 40. an. Et Cyn. in d.l. 2. C. de non nu. pec. & Card. Pan. Barb. Felin. & alij in d.c. pastoralis. §. item cum totum, & de hoc gl. multum not. in cle. 2. in uerb. defensor, de reb. eccl. non al. quam ad hoc ponderat Panor. in d. §. item cūm totum. Est & mens gl. in gl. fi. in l. eam quam in fin. C. de fideicom. cūm responderet ad §. hi qui solidū, & probatur optimè in l. sed & si lege, in §. adeo, & ibi gl. in uerb. diuisionibus ff. de pet. hered. & in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. & in l. ex mille princip. & ibi gloss. ff. de eniçtio. Et l. in c. singular. dicit Panormitan. in d.c. 1. de cele. miss. quod licet summis Pontifex posuit dispensare circa mutatioinem officij diutini cle. 2. de cele. miss. non tamen pōt dispensare, ut clericus non teneatur aliquod officium dicere, cūm alia sit ratio in toto quam in parte, ut ibi latius per eum, & per Card. in d.cle. 2. in 2. nota. & per Fel. in c. fin. de maior. & obed. Vbi pro regula ponit, non ualere hanc consequentiam. Papa in his, quæ sunt de iure diuino non potest illud in totum tollere, ergo nec pōr parte, & ponit plurima pulchra & quotidiana exēpla, quem omnino uide. Secundo non procedit hic arguēdi modus quando aliud repertur dispositum à iure in parte, & aliud in toto: ut in fisco, qui rem a liēnam in totum scienter alienare non potest, sed alienam pro parte, sic, vt est text. cum gl. in l. unica. C. de vend. re. fisc. cum pri. com. lib. 10. & tex. cum gl. in l. 2. C. de com. rer. alien. Patet etiā exemplum l. si dictum. §. in stipulatione. ff. de euī& ubi de euītione agitur, si homo in toto euīnatur, secūs, si pro parte, de quo uide latius per gloss. in uerb. pars, & Bar. in l. 1. ff. de euī. Item patet exemplum in conseruatorē, qui potest committere citationem, & denunciationem sententiæ, sed non potest committere vices suas in totum, ut est tex. in c. fin. §. uices, de offic. deleg. libr. 6. Tertio non procedit hic arguēdi

di modus in individuis , text. est in l. pro parte ff. de ser. & in l. in executione , §. pro parte, ff. de uerborum ob ligatio. & not. Bartol. in l. per fundum , ff. de ser. rusti. præ. & Bartol. in l. qui sine ff. de condi. fine cau. Quartò non procedit hic arguendi modus à toto ad partem in falsa demonstratione , quia falsa demonstratio non uitiat legatum , quando est in totum falsa. l. falsa demonstratio, in princ. ff. de condit. & demonstrata cum similibus , sed quando est falsa in parte , tunc uitiat legatum in parte , text. est notab. l. serui elecitio te. §. final. & ibi hoc not. Rapha. Cuma. & Alexand. de Imol. ff. de lega. i. quibus assentitur Iason in dicta l. iurisgentium . §. adeò , quid hæreat memoriaz , quia prima facie quilibet diceret contrarium . Econtra autem , à parte ad totum etiam procedit argumentatio , vnde sicut capitula Ecclesiarum collegiarum non uocantur ad tractatus concilij provincialis , ut not. per Io. Andr. & Doct. in cap. fin. de his que sive à præ. fine cons. cap. ubi tex. not. loquitur de capitulis Ecclesiarum cathedralium . Ita etiam ad concilium generalia talia cap. de necessitate uocanda non sunt ita singulariter decidit Panor. in disput. incip. Episcopus , & quidam rector . Isto argumento à parte ad totum utitur etiam Ioan. Andr. in pulchra q. in regul. fine culpa. de regul. iur. libr. sexto in Mercurio , quem in qua

8 sione illa quotidiana , & subtili . An t̄ nepos preferatur patruo in regno , refert Francif. Aretin. in consilio 162. incip. diligenter , & maturè , versic. hic præmissis . & Socin. de eadem materia plenè differens in consilio 252. in 2. parte , & Paul. de Castr. de eadem materia loquens consilio 161. in antiquis , de qua materia etiam per Oldra. in cons. 224. & per Io. And. in addit. ad Specul. in Rub. de feud. Et procedit hæc argumentatio à parte ad totum tunc demum , quando est eadem ratio utrinque , ut in casu conuerso dixi supra , alias feci . Et per Io. And. in d. regu. sine culpa. in Mercurial. quem omnino uide , quia ponit plurima singularia , & annotanda . Secundò argumentum ex hoc loco à toto ad partem posse test formari alio modo sic . Totum infert t̄ quamlibet

79  
bet suam partem de necessitate , sive sit totum integrale , ut in l. si quis cum totam , in princip. ff. de excep. rei iud. & l. qui scit , in princip. & ibi gloss. ponit concord. pro & contra , ff. de uir. cum simil. Siue sit totum uniuersale , ut in l. Lucius , cum not. gloss. ff. de fund. int. & in l. grege , & seq. cum ibi not. per Bartol. Bald. Paul. de Castro. & Alex. de Imol. ff. de leg. i. & in l. peculum . ff. de lega. 2. & in l. cum pater , §. mensa , ubi est tex. sing. illo. eo. ti. Siue sit totum generale , vt in l. fin. §. qui individuum , & ibi not. per Io. de Imol. & alios Doct. ff. de legat. 2. & est tex. in l. si ita , de auro , & argen. legat. Siue sit totum in quantitate , ut in l. diem proferre , §. si plures , in uersi. inde queritur ff. de arbi. & in cap. 1. eod. titul. libro 6. Vt autem in hac materia plenius instruaris , habedas que bonam , & claram resolutionem , & non decipiaris , uolo te

scire , q. t̄ multiplex est totum . Quoddam enim est totum integrale , vt domus : quoddam uniuersale , ut animal , fundus instrutus , gressus , peculum , hereditas , mensa nummularia , familia , & ceterum modi . Quoddam item generale , ut uestis , ornamentum , & similia : & quoddam etiam in quantitate , ut decem , de quibus singulis ordinē depiciamus . Et principio quidem à toto integrali ad partem integralem vel essentialiem : ualeat argumentum affirmatiue , domus est , igitur & paries est , sed negatiue non procedit argumentum . non enim sequit̄ , non est domus , ergo nec paries . Econtra uero à parte integrali seu essentiali ad totum integrale recte argumentamur quidem negatiue : affirmatiue uero minimè . Bona enim illatio est , non est paries , igitur neque domus est . Verum non recte dixeris , paries est , ergo & domus est . Potes etiam aliud exemplum ponere de toto , & parte integrali in usufructu , & dñio . nā ususfructus pars integralis est dominij . l. 4. ff. de usufructu . quia ususfructus , & nuda proprietas simul in una faciunt dominium plenum : sed ususfructus nō est pars dominij subiectiva vel prædicamentalis , ut uult glo. nota. in l. recte ff. de uerb. fig. & gl. in d. l. 4. de quo vide plene per Bart. & Doct. in d. l. qui ususfructus . Et haec tenus de toto , & parte integrali seu essentiali

fentia. A toto autem uniuersali ad partem subiectuam seu prædicamentalem ualeat argumentum negatiuè. A quoconque enim remonetur genus, remouetur, & quælibet eius species : ut benè sequitur, non est animal, ergo non est homo ; de quo dixi suprà , in loco à generè ad speciem . Affirmative autem à toto uniuersali ad partem subiectuam seu prædicamentalem non procedit argumentatio, si ex substantia totius uniuersalis arguere uelimus affirmatiuè ad substantiam partis subiectuæ , uel aliquius particularis præcisè , non enim sequitur, est animal, ergo est homo , quia potest uerificari in asino . nec sequitur, Grex est, ergo ovis quæ heri fuit de gr ege hodie subsistit. I si grege, ff. de leg. i. & sic de sim. Si uero ad vim comprehensiua respectum habeamus, procedit argumentatio à toto vnuersali ad partem subiectuam seu prædicamentalem affirmatiuè , vnde benè ualeat consequentia, grex legatus est, ergo hoc particula re animal quod est de grege, legatum est. Item pecu lium legatum est, ergo hæc particularis res quæ estde peculio censetur legata, d.l.Lucius, grege, peculium, cū pater, s.mense, & si. In toto enim pars continetur, i.com præhenditur. Et sic (ut breuiter dicam) quoad uim comprehensiua pars subiectua, seu prædicamentalis benè est in toto, sed non quoad uim illatiuam seu consequentiæ: quod declaro vt dixi suprà loco proximo . Sic etiam dicimus in simili, quod exceptio est de regula, quod est uerum quantum ad uim comprehensiua, sed non quā tum ad iuris determinationem , ut dicemus iufrà loco prox. Verum tamen est, quòd quando signum uniuersale præcedit genus, uel totum uniuersale, tunc posito † genere seu toto, necessariò ponitur, & infertur quælibet eius species . Vnde ualeat hæc argumentatio, omne animal currit, ergo omnis homo currit : & item in similibus, l.si is, qui ducenta. §. utrum, & ibi Bartol. & DD. ff. de reb. dub. & aliquid habetur per Bart. in l.i. §. nuncia tio. ff. de no. op. nun. Et ponitur aliud exemplum per Cicer. & Boetium in Topic. ut si vir legat uxori omne ar gentum, ergo, & pecuniam argenteam videtur legasse , quia

6 men articulo, quando † gesta contra formam sunt nulli<sup>9</sup> momenti, & quando non: & qualiter cognoscitur, q̄ ali- quid est de forma actus, nūde amplissime & magistraliter per Felicem in d.c. cum dilecta, ubi plenissimè hoc duos arti culos quotidianos examinat. Vide etiam eundem Felicem post Panorum in c. quoniam frequenter, in prin. ut lite nō 7 contest. ubi exquisitè inuenies, quando omissione † forme vel solennitate uitiat actum, & quando non: & an uitier ipso iure vel ope exceptionis. Vide etiā Bald. in rep. in l. i. in uers. nunc venio ad quæstiones. C. de sacros. eccl. & eundem Bald. in l. cum quis, in uers. 5. sic probatur, & in 6. probatur sic \* C. de iur. & facti ignor. & Ange. post alios per eum relatios in §. si quis debitori circa fin. Instit. de leg. & Ale. paradox. lib. 5. c. 16. & Fran. singulari libello feudorum par. 1. q. 6. principali, in uers. sed circa præmissa. Et Zafium in libr. 1. singul. respons. c. 12. & per gl. & Doct. in l. pacta conuenta. ff. de contrahead. emp. Vbi plenè reperies, quomodo inter se differant es- se de substantia, de forma, de solennitate, de accidentalib; uel de natura actus: ad quos remissione sufficiat. Por- rò unum hoc uolo te non ignorare, quod licet error, uel ignorantia iuris excusat mulierem & rusticum, quia do non potuerunt consulere peritores, tanen hoc fal- lit in omnibus his, quæ sunt inducta pro forma actus, uel quæ concernunt rigorem iudiciorum inductum ob pu- blicam utilitatem. Et hinc est, q̄ si mulier † uel rusticus faciat testamentum, & non adhibeat tot testes, quot de iure requiruntur, & alia quæ sunt inducta pro forma te- stamenti, date q̄ omittentur per errorem uel ignorantiam iuris, & q̄ non potuerint consulere peritores, non pro- pterea excusat mulier vel rusticus, immo actus ester nullus, ut est glo. singularis in verb. non ex mente in l. ambiguitates. C. de test. & facit l. nemo potest, cum ibi notatis, ff. de lega. 1. Et eodem modo, si mulier, uel rusticus non producat instrumenta, vel probationes intra tempus præscriptum à lege, statuto, uel à indice, non excusat propter errorem aduocati, uel igno- rantiam iuris, ex quo istud respicit rigorem iudiciorū.

Ita

Ita si gulariter dicit Bal. in l. iuris ignorantiam, C. quæ admitti. & sequuntur ibi Pau. de Cast. Fulg. Ludovic. Alex. Iaf. & DD. & Sal. in l. pen. C. cod. tit. & idem sentit Bar. in l. i. §. nunciatio, circa ff. de no. ope, nun. Dicit ta men Sali. in l. i. C. de iur. & facti ignor. multum singulariter, q̄ si miles vel rusticus non potuit consulere peritores, & lapsus sit tempus, intra quod debuit facere suas probationes, q̄ ista est iusta causa restituendi in integrū: \* & sequitur Iaf. in præall. iuris ignorantia, & ita quo AD D. tidiè uidemus practicari per requestas ciuiles, vt vocat. \* Insegrū. Quando autem mulieres vel rusticci potuerunt consule. An hoc re peritores & non consuluerint, certum est quod non casus pos- excusantur, etiam in non inductis pro forma, nec ob rigo sit mora re iudiciorum. Ita dicit gl. in d.l. iuris ignorantia: & est ea purgatio, nam vt ibi dicit Bald. sicut mulieres & rusticci vadunt nūde Bar. ad sylam pro lignis & ad ciuitatem pro indulgentijs. ita Alb. Al. etiam debent adire aduocatos & iurisperitos pro consiliis. Illud etiam commenda memoriaz, q̄ præfixio for- ff. de ueræ mæ tunc uitiat actum, cum traditur à principio attribu- oblig. Po. te potestatis, & iurisdictionis. Vbi autem traditur post ipsā Prae. concessam aliquid in eius exercitio seruandum statuitur eius omissione nō reddit id quod geritur nullum, Ita dicit gl. sing. in Cle. 1. in verb. inhibentes, de iu. patr. quam ad hoc no. & pōderat Pet. de Anch. in Cle. 1. i. b. de sequent. poss. & iste sunt uer. formalia Alex. de Imo. in Luniuersa, in apost. ad Bar. C. de precib. imp. off. quib. addi sing. no. per Bar. in d.l. uniuersa, & sing. no. per Pan. Fel. & alios Can. in c. 2. de testib. & singulare dictum Bar. in l. i. ff. de testa & no. per Bar. in l. cum lex. ff. de fideiust. cuius meminit Fel. in d.c. 2. q̄ oia tene memoria tanq̄ pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana. Et uide qd̄ dixi s. in loco ab ordine, & quod dicam j. in loco ab expresso ad tacitū.

## ¶ LOCVS A VERISIMILI.

- 1 Argumentum à verisimili ad quid ualeat: & per cot.
- 2 Ex usu vel consuetudine uiuentis presum tur uoluntas eiusdem morientis.
- 4 Illud habetur pro dispositio, vel conuēto, quod verisimiliter suis se dispositum vel conuentum, si disponens vel conueniens de hoc

## 104 LOCVS A VERISIMILI.

- hōc fuisset interrogatus.
- 4 Quae profundit singula, multa iuvant.
- 5 Efficacior probatio requiriatur ab illo, qui nūl probare id, quod non est verisimile.
- 6 Semiplenam probationem habenti non semper defertur iuramentum in supplementum probationis.
- 7 Talis quisque presumitur esse, qualis est habitus quem gestat.
- 8 Priviliegium clericorum est triplex, scilicet persone, rerum & fori, & an de iure humano sint huiusmodi privilegia clericorum, an vero de iure diuino.
- 9 Intellectus c. quamquam de censibus lib. 6.
- 10 Experimentum uerorum sermonum est, ut concordent cum rebus sensatis uerisimilibus.
- 11 Quod est alienum à verisimili, est quædam falsitatis imago.
- 12 Non est facile credendum illud, quod facile fieri non potest.
- 13 Due presumptiones, quarum una non preponderat, inuicem se confundunt.
- 14 Due presumptiones an sint pares, vel an altera sit potentior, quando dubitatur, bonus index habet arbitrari.
- 15 Donatio Constantini an sit facta, & si sit facta, an sit ualida: & an possit revocari: & nūl seq:
- 17 Presumptionum materia tractatur & numeris sequentibus.
- 20 Presumptionem iuris & de iure non admittere probationem in contrarium, limitatur quadrupliciter.
- 21 Presumptio iuris differit a fictione iuris.

**E**st, & à Verisimili Locus apud legum, & canonum cōditores. Cuius † argumentum & probable est, & utile, ac multūm frequens; ut patet infrā. Ad plurima ast ualeat. Primò quidem ualeat ad coniecturandum mētem, & uoluntatem testatoris. tex. est no. ponens casum quotidianum in l. cū annis. ff. de conditio. & demonstr. Et in l. cū acutissimi. C. de fideicom. & in l. generaliter. §. cū autem. C. de insti. & substi. text. notabilis ponens casum singularem & quotidianum in l. ex facto. §. si quis autem suscepit, ff. ad T̄eb. text. singularis in l. heredes mei. §. cū ita illo tit. & tex. not. in l. sed & si sucepit, §. si libertis, ff. de iud. & pulcher. text. in l. ex facto

## LOCVS A VERISIMILI. 105

facto. ff. de uulg. & pupil. & tex. sing. ponens casum quotidianum in cap. requisisti. de testim. & pulcher tex. ponens casum, qui frequenter potest cōtingere, in l. Titius §. Lucius Titius. ff. de libe. & posth. & tex. singularis in l. si mater, C. de inoff. test. Illud autem certum est, † q. ex v̄su, uel consuetudine iuuentis præsumitur uolūtas eiusdem morientis ut est tex. cum gl. in ner. debeantur in l. Titia. §. qui Marco. ff. de an. le. & in l. Sempronio. §. ff. de usu fr. lega. Secundò ualeat ad coniecturandum mētem & uoluntatem contrahentium, l. in obseuris, ff. de regiur. & reg. Inspicimus, de reg. iur. lib. 6. cum utrobiq; not. per gloss. & Docto. & est tex. singul. iuncta gloss. in l. si unquam, C. de reuoc. don. & in c. final. iuncta sing. gl. 17. q. 4. & tex. familiaris ponens casum quotidianum in l. quæro §. inter locatorem. ff. de lo. & tex. not. iuncta sing. gl. gloss. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & pulcher tex. in l. si extraneus. ff. de conditio. cau. dat. in quibus iuribus habetur, q. illud habetur † pro disposito, q. uerisimili liter suisset dispositum, si statuens, seu disponens de hoc fuisset interrogatus, quod procedit secundum Bal. Pau. de Castr. & alios in d. l. tale pactum, §. siue aliquid statuatur per modum conventionis, siue per modum legis municipalis, siue per modum rescripti; quod no.

Tertiò ualeat ad coniūcendum quem de malitia, proterua, seu delicto. text. est no. in c. scribā, & in c. quia uerisimile, iunctis not. ibid. per Panor. & Doct. de præsum. Huc facit & régula. Semel malus, cum magistrali glo. de regiur. lib. 6. & tex. in l. si hi qui, & in Auth. si quis ei. C. ad l. Iul. de adul. Circa quod omnino uide: quod dicā infrā in loco à tempore ad tempus. Quartò ualeat ad transferendum onus probandi in aduersarium: tex. est no. iuncta gl. in l. ex persona, & in l. siue possidetis, & ibi Bal. Pau. de Cal. Sal. & DD. no. C. de prob. & in l. circa. ff. eod. tit. Quintò ualeat ad corobrandum probationem minore numero. tex. est not. in l. ob carmē. §. fi. ff. de testim. & in c. in nīa, eo. tit. Verisimilitudo. n. multum attēndit in probationib. l. cū de ætate, ff. de pb. & licet interdū præsumptio resultas ex verisimili nō sit adeō efficax, ut relevat ab

ab onere probandi in totum: coadiuvat tñ aliam p. obationem iuxta notata per gl. not. in l. 2. in verb. legitimis. ff. de excusa. tut. & facit c. cum causam, cū ibi nota. de proba. Quæ enim † non prouunt singula, multa inuunt: iuribus præal. & l. instrumenta, cum glo. C. de proba. de quo articulo tamen vide latius per Bar. in l. 1. §. idem Cor nelio. ff. de quæst. Sexto ualeat ad aggrauandum probationem. Efficacior † enim probatio requiritur ab illo, qui uult probare id, quod non est verisimile: tex. est no. in l. nō est verisimile in prin. ff. quod met. cau. & pulcher tex. cum gloss. in c. quia verisimile, cum ibi notat. p. Innoc. Pan. Felin. & alios. Cuius effectus est valdēmagnus, quia licet † regulariter habent semiplenam probationem deferatur iuramentum in supplémentum probationis, iuxta not. per gl. & Doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & c. fidei iureiu. in hoc casu tamen habenti semiplenam probationem pro se, non defertur iuramentum in supplementum probationis, ita dicit gl. not. in d.l. non est verisimile in verb. præsumptio ni, quam ibi commendat Bal. & est de mente glo. in §. præterea in titu. quid sit inuest. in vñ. feud. & ibi Bal. Al uar. & Præpos. hoc firmant. Septimò valet ad derogationem fidei, quæ alias cessante non veri similitudine adhæretur instrumento. l. scripturæ, juncta gl. C. de fi. intr. Exempli gratia, produco duo instrumenta de eadem data, ut vocant, in quorum altero continentur, quod emitem, in altero continetur q. fuit milii donata: neutri statut, quia non est verisimile de quo Bald. ponit tria alia & notabilia exempla, in d.l. scripture, quem vide. Octauò valet ad præsumendum metum, text. est not. in c. 1. de his quæ vi metus ve causa fiunt, ubi arguitur à verisimili, q. mulier iuuenis infantem parvulum habens, non sponte sed noctu compulsa uotu in castitatis emisit. Non nō ualeat ad proferendum sententiam, si præsumptione est violenta: text. est not. in ca. afferte de p. ro. l. & habetur 3. Reg. 3. ubi Salomon, duabus mulieribus altercantibus tulit sententiam pro una contra alteram, quia ipsa noluit parvulum diuidi per medium, ut altera desiderabat

derabat uide & gl. in verb. priues, in c. insinuatum, & ibi Pan. & Doctor. de simonia. Quod tamen intellige procedere in causa ciuili: secus in criminali, in qua probations debent esse luce meridiana clariores ad condemnationem, l. sciant cuncti, & ibi Pau. de Cast. hoc not. C. de proba. Et uult Innoc. in d.c. quia uerisimile, & Pan. in d. c. afferte, de quo uide latius per eundem Pan. & alios in c. 3. loco de proba. & per Alex. de Imo. in conf. 2. 7. uol. ubi reperies singulariter, q. ubi agitur de poena ultimi supplicij, non sufficit delictum esse probatum per præsumptiones iuris, uel indicia vehementia. De quo tamen uide latius per eundem Ale. in l. absentem, in apost. ad Bar. ff. de poenis, & quod dicam in fratre. Decimò ualeat ad arguendum dispensationem uel priuilegium de surreptione, tex. est no. in c. 2. de fil. præsb. li. 6. & in c. 2. de dec. e. li. Undecimò ualeat ad sustinendum iura, & alias dispositiones à correctione. ca. ecclesia 2. de cle. exiui de parafuso §. deinde, & §. rursus, & ibi Card. notat, de uerb. sign. & l. non ad ea. iuncta gl. ff. de cond. & demon. cum fini. Duodecimò ualeat ad excusandum officiarium laicum, bona fide capientem clericum in habitu seculari repertum, & ad excusandum laicum ab incuria excommunicatus si percutiat clericum, quem tales ignorauit, sed laicu[m] cum probabiliter esse putauit propter habirum quic[m] gererat. Ita notab. uult Pan. in c. ut famæ, de sen. excom. & Bald. in l. si qua per calumniam, C. de episc. & cler. Et Docto. s. p. alibi. Talis enim quisque esse præsumitur † qualis est habitus quem gestat, c. si iudex laicus, de sen. excom. li. 6 & c. si uero ij cum ibi not. per gl. & Doc. eo. ti. in antiquis. Non enim contempnit disciplinam, qui ignorauit militem, l. si ignorans, cum ibi not. in gloss. ff. loca. Circa quod uolo te incidenter aduertere, clericis principaliter † tria cōpetere priuilegia, unum quod appellant priuilegium personæ, uigore cuius iniiciens dolosè manus violentas in eos, incurrit ipso facto sententiam excommunicationis maioris, à qua regulariter absolu non potest, nisi à summo Pontif. c. si quis suaderet de diabolo. 17. q. 4. quod priuilegium indubitanter est de

de iure humano, quia introductum est per Inno. 2. vt patet ex superscriptione d.c. si quis suadente diabolo & in hoc omnes conueniunt, nec reperi contradicent. Aliud est pruilegium, quod appellant pruilegium rerum, vigore cuius clerci sunt excepti a muneribus collectis, & contributionibus sordidis, extraordinarijs, & super inductis placet. C. de fac. eccl. Et hoc pruilegium communiter dicitur esse de iure diuino, pro quo est tex. iuncta glo. in c. quanquā, de censib. li. 6. & in c. non minus, de immu. ecclie. Alter tamen in hoc videtur sentire D. Hieronymus in commentario suo super Matthæū ca. 17. cum viros ecclesiasticos de arrogantia notando in hoc, q. tributum soluere recusant, inter alia dicit, Dominus noster & secundum carnem, & secundum spiritum filius regis erat, vel ex David stirpe generatus, vel omnipotentis verbū patris, ergo tributa quasi regum filius non debebat, sed qui humilitatē carnis assumperat, debuit adimplere omnem iustitiam, nosque infelices qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tanta facinus maiestate: ille pro nobis & crucem sustinuit & tributa reddidit, nos p̄ illius honore tributa non reddimus, & quasi filii regis a vestigialibus immunes sumus. Et idem videtur ibi sentire & clariss. Alber. de Ros. induction. in verb. pedagium, in vers. an pedagia, circa fin. vbi dicit, se non videre, unde processit æquitas ecclesiæ, de qua in d.c. quanquam & in Cle. presenti, eo. tit. nisi q. in eorum voluntarijs cōstitutionibus se pruilegiauerūt ad libitum. Et subdit, se credere, q. si pedagium sit iuste, & ex iusta cā institutum, q. clericī teneantur, quēadmo dū Christiani Saracenis, vt ibi videre poteris per eum. Et ad idē rendū verba Io. Pe. de Ferr. in sua practica, in forma actionis realis, sup verbo iure dominij, vel quasi, in vers. tertius est modus acquisitionis, & in vers. habes ergo ex premisis. Et si quis hanc op. contra communem disputatiuē sustinere vellet posse ad contraria responde, & primò ad id, quod originaliter habetur Gen. 47 & trāslatim in d.c. non minus, & in gl. d.c. quanq, q. nihil aliud ibi habetur, quām quod tempore Pharaonis facto-

cerdotes non cogebantur vendere possessiones, quās re ceperant à Pharaone rege, quia statuta cibaria ex horreis publicis eis præstabantur: & sic non erant constituti in illa necessitate vendendi prædia sua in qua alij constituti erant: & sic ex consequenti cessabat causa soluendi quintam partem frugum. Et ergo notanter ibi text. dicit, q. terra sacerdotalis libera ab hac conditione fuit. Non autem dicit, ut alibi refertur, q. Pharaon sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit. Secundò ad illud Esdræ 7 ca. relatum per gl. in d.c. quanquā, responderi potest, q. illic aliud nō habetur, quām q. Ar taxerxes rex declarauit ministris suis custodib. archę publicę, quos hodie finiantarios appellamus, q. nullam portestatem habeant imponendi ministris aut servitoribus domus Dei, & sic personis, vestigal, tributum, uel annunas. Ex quo inferri non potest, iure diuino prohibitum, rebus clericorum, urgente necessitate Rei publice, ita benè clericos, sicut laicos concernente, onus aliquod imponi non posse. Imo in contrarium optimè facit l. iubemus nullā nauem, cum ibi sing. not. per Bal. & Paul. de Cast. C. de facro. eccl. & quod dicam instà in loco à persona ad locum. Vel (si maius) poteris dicere ad utrumque, q. ita illic permiserunt reges ex causa. Ex quo argui non potest, id esse dispositiuē iuris diuini. Reflat respondere ad d.c. quanquam, vbi † Bonifacius VIII. suo tempore Pon. Max. clarè & aperte afferit, ecclesias, personas ecclesiasticas, & res earum, nedum iure humano, verūm & diuino, à secularium personarum exactiōibus esse immunes. Ad quod difficilis videtur responso: verūm tñ si ad personam loquentis respiciatur, iuxta c. solitæ, de maio. & obedij. responso est facilis: quia ibi loquitur Papa, & in causa propria: vnde ei non est standū, Lomnib. C. de testib. maximè cum de grandi præiudicio tertij agitur, puta reipub. Imperatoris, suorum subditorum laicorum, qui ex hoc plus grauaretur, si res clericorum tempore necessitatis non contribuerent, per theoricam Innoc. ab omnib. approbatam in c. inquisitioni, de sent. exco. Iunctis no. per Bar. Io. de Imo. & alios in lab. omnib.

## 110 LOCVS A VERISIMILI.

omnib. in prin. ff. de leg. 1. Præterea q. affectus fuerit dñs. Etus Bonifacius VII suo tempore Pont. Max. erga clericos contra laicos ad temporalē iurisdictionē, si quoquo modo licuisset, usurpandā: docet vulgatum c. clericis. de immo. eccl. libr. 6. propter illius ex orbitariam postea in concilio Viennensi reuocatam, & d. c. si iudex laicus, & ca. vnicum. decler. coniu. illo eo. tit. Et alias historias quæ de eo testantur, non refero. Præterea his omnib. cef. fiantibus, alia est respōsio, vt scilicet dictum eius i d. cap. quanquam. procedat capiendo ius diuinum largē, pro iure canonico, iuxta ea quæ habentur in c. 1. distin. Quia certum est, iure ciuili & sic humano, tributam ecclesiæ & clericis immunitatē, d. l. placet, cum pluribus ll. seq. & Auth. Item nulla cōmunitas. C. de epis. & cler. & etiam iure canonico d. ca. quanquam. cum si. De iure autem diuinō stricte sumpto, pro eo quod in sacra pagina continetur, puta in veteri & nouo Testamento, omnino aliter videtur per supradicta, & per eos, quæ habentur Matth. 22. Mar. 12. Luc. 20. & ad Rom. 13. sed hoc non firmo, quia communis opinio (vt dixi) est in contrarium: à qua in dubio non est recedendum: & sancte matris Ecclesiæ determinationi standum est, cui in hoc & in alijs humiliter me submitto. Tertiū ē priuilegiū, q. appellant priuilegiū fori, vigore cuius clerici non possunt regulariter coram iudice seculari conueniri, vel ab eo iudicari. Et hoc prīmū legium secundū communem opinionē etiam est de iure diuinō, ut uult Rota, decisione 840. in antiquis, & habetur per Panor. Feli. & alios in c. ecclesia S. Mariæ, de consit. & alibi. De hoc tamē uide, quod dicam latius in frā, in loco à milite armatae militiae ad militem coelestis militiz, ante finem. Posset & ad finita alia ex premissis & alijs iuribus colligibiliā induci hæc argumentatio à uerisimili, quæ enumerare magis esset laboriosum q. subtile.

10 Ideo omitto. Hoc tñ infige menti, q. t experimentum verorum sermonū est, ut concordent cum rebus sensatis vel verisimilib. vers. oportet. ff. de quæst. nam ut dicit

11 Bal. in l. 1. C. de fer. fug. Porro id, quod est alienum t̄ à verisimili, est quedam fallitatis imago, quibus consonant nota.

## LOCVS A VERISIMILI.

113  
nota. per Felin. in cap. auditis, de præscriptio. Nec est  
12 facile credendum illud t̄ quod facile fieri non potest.  
capitulo si diligenti, in fin. & ibi Ioan. de Imol. not. de  
præscriptio. Et procedit hæc argumentatio à uerisimi-  
li, nisi contra veri similitudinem allegatam adducatur  
& probetur tale quid, per quod huiusmodi præsum-  
ptio uerisimilitudinis tollatur, quo facto, cessat huius-  
13 modi argumentatio à uerisimili. Vbi enim t̄ due sunt  
præsumptions, quarum una non præponderat alteri,  
tunc inuicem se confundunt. vbi autem altera est  
potentior, tunc fortior tollit debiliorem, cap. trans-  
missæ, cum ibi not. per gloss. Pan. & Doct. qui filij sunt  
leg. & capit. per tuas, cum ibi not. de probat. capit. Mi-  
chael. cum singul. gloss. de fil. presbyt. l. eum qui proba-  
bilem, & ibi Bald. & Paul. de Castr. not. C. de episc. & cler. l. transactiōnem. cum ibi not. per Barto. Pau. de  
Castr. & Docto. C. de transactio. & dict. l. si extraneus,  
cum ibi not. per Ias. & habetur per Bald. Salic. & Doct.  
in dict. l. siue possidetis, & per omnes in l. diuus. ff. de  
14 in integr. restitutio. in dubio t̄ autem bonus iudex ha-  
bebit arbitrii, an amba præsumptions sint pares, vel  
an altera sit potentior, & quæ ita nota. dicit Pan. in ca.  
cū inter K. seniorem de electio. Et habes exemplum  
quod tene memoria, quia valet ad multa, vt videre poteris per Præpositum  
in cap. Constantinus 96. distinct. vbi per hoc soluit mūl-  
ta argumenta Laurentij Vallensis, impugnantis dona-  
tionem t̄ Constantini tanquam fictam & ementiam,  
fundata in verisimili. Et ultra gloss. iuris canonici &  
ciuilis passusq; communes, in quibus tractatur hæc ma-  
teria donationis, ex qua Papa imperium in plures uen-  
dicit, videre poteris per Platinam iu. vita Siluestri, &  
in uita Adriani primi, per Sabellicum in Rapsodijs, per  
Volaterranum in chronicis. Et per Bald. in l. penul.  
in ueris. item non sic, C. de exec. rei iudi. & per Bal. in  
præl. feu. in prima diuisione, vbi dicit, quod nisi hec do-

H natiō

natio processisset à fide Catholica, sicut processit, non potuisset Imperator caput Imperii Roman. ex mero iure Imperialis officii a ceteris membris murilare, quia capitis truncatio non est pars quarta, sed tota: & dicere quod Imperator seipsum mutilet, hoc est, membra Imperii a se amputat, esset species fatuitatis: Imò facere aliquem sibi parem, uel superiorem, qui posset facere rebellare Imperium, est impossibile, quia lex regia contradicit, secundum eum. Et idem sentit Signorol. de Hoc mod. in consilio uigesimali. Idem etiam uidetur de mente Alber. de Rosate, in lege bene a Zenone, C. de quad. præscrip. ubi inter alia dicit, se audiuit se a magnis viris, tunc auditam suisse vocem dicentem, hodie seminatum est uenenum aspidum in ecclesia Dei, & hoc reperiiri in antiquis authenticis scripturis. Et quandam literatum virum tempore Bonifacii V I I I. prophetasse in suis sermonibus per eosdem passus, & gradus, per quos ecclesia ascendit in temporalibus, per eosdem descensu ram ad extremam paupertatem Siluestri, immo plus dixit Pius in Dialogo, ut refert Felin. suo tempore auditor Rotz in cap. solite, de maiorit. & obedientia, uidelicet se mirari, miseros legistas disputare de ualitate eius, quod nūquā fuit. Quæ tamen omnia, cum sint irrationabiliter excogitata ac inter anniles fabulas annumeranda, eadem facilitate refellenda esse, qua dicuntur, satis liquidò appetet. sed de isto non videtur hodie quis modo dubitandum, quia Papa, & successoribus suis prouisum est in hac parte. cap. fundamenta, de electione libro sexto. & Clementina unica, de iure iurian. quibus textibus, & decisioni ecclesiæ standum est, secundum Panorm. in cap. per uenerabilem, qui fil. suar. legit. Et dicere contrarium, esset percutere caput ad montem Murellum, ut dicit Bald. in titu. qui feu. dare poss. Porro de hac donatione nihil olim habebatur in antiquis decretis

LOCVS A VERRSIMILI. 115  
 decretis, ut in hac re grauiissimus est auctor Antoninus suo tempore Archiepiscopus Florentinus, nunc etiam inter sanctos relatus, in suis chronicis parte prima ante finem. Et Ioan. de Imol. in Rubr. ff. de uerborum oblationib. Nunc autem de ea habetur in d. cap. Constantinus, quod licet sit palea, & pro palea illic inferatur, multum tamen grani attulit ecclesiæ, ex quo in immensum creuerunt eius opes. Et profectò gratulandum est felicitati ecclesiæ, si modò in hoc sita est felicitas, q̄ cultrix, & altrix iustiziæ non patitur contra iustitiæ aliquid fieri in se uel in alternum, ut inquit text. elegans in cap. 1. §. inde potest præsumi, in titulo, de alienatione feudi, in usib. feudi. Et quæ est ultimum ac supremum medium oppressorum, ut dicit ibi Bald. Nil mirum ergo si permittente, uel disponente Deo, dicta donatio facta sit, per quam quotidie subueniri possit. Nec uidetur posse subfistere de iure, quod de renocatione dictum est, tum quia perfecta donatio inter uiuos, renocari non potest, iurib. uulga. tum etiam, quia priuilegium per laicū concessum non subditu, uel ecclesiæ, est irreuocabile: ut haber theorica Innoc. in cap. nouit, de iud. approbata ibidem per Pano. & alios & per Panor. in cap. inter alia, de immu. eccles. Et idem in præstatione fanorabili ecclesiæ, ut haber theorica Barto. in leg. priuilegia, C. de sacer. eccl. ab omnibus pene, & Legistis, & Canonistis approbata, & multò minus poterit renocari, si d. donatione Constantini dicatur suisse renunatoria, ut firmat tex. in dicto cap. fundamenta, & sustinet. Præpositus in dicto cap. Constantinus. Et Bartol. in Authen. quomodo oport. episcop. quia donatio remuneratoria non potest renocari, etiam propter ingratitudinem superuenientem seu subsequentem: ut est tex. iuncta sing. glo. in l. Si pater, § 1. ff. de donatio. Et ponit pro constanti Roma. sing. 5 19. & Doctor. sapè alibi. Et faciunt ea quæ habentur, & not. in l. Artilius Regulus, de donat. Hinc Bal. in cap. intellecto de iure iurian. de hac donatione loquens, dicit esse somnia quicquid dicitur contra ita

## 116 LOCVS A VERISIMILI.

tum universalis ecclesie, a qua dependet imperium, & universalis orbis, secundum eum. Et paucis interpositis dicit, patere validitatem eius ex eo, quod ecclesia in parte virtutur illa donatione, ipse tamen idem Bald. in 27 in 1. constitut. Digestor. videtur velle, † quod dicta donatione sit reuocabilis, cum post longam disputationem, quam fecit de validitate dictae donationis, finaliter dicat, quod quicquid sit, ex quo Imperator non reuocat, valer saltē ex lege Augusti, allegans ad hoc l. apud, §. 1. ff. de manu. Quā opinionem si quis exercitij gratia sustinere voluerit, poterit respondere ad allegata supra in contrarium. Et primo ad id, quo dicitur, perfecta donatione inter viuos reuocari nō potest: vt illud procedat, quando donans habuit plenissimam facultatem donandi, nedum in præiudicium suum sed etiā in præiudicium successoris sui, qualis non est Imperator, qui assumitur per electionem, c. venerabilem, de ele. & ca. ad apostolicę in fi. de re iudi. lib. 6. & nihil facere potest, quod ten dat in graue præiudicium Imperij, & successorum, si cur nec Papa, vt dicerur infra in loco a plenitudine potestatis, quod recurre. Non obstat etiam secundum, quo dicitur privilegium concessum ecclesiæ uel non subdito, nō posse reuocari: quia licet Inno. suo tempore Papa, & sic testis suspectus, hoc dicat, & plures Canonista Abbatēs, & Cardinales, nulliq; Legista laici in temporali iurisdictione Papæ, uel patrimonij Petri (vt vocant) legentes hoc sequuntur, & contradicere non audeant (sicut etiam non debent) id tamen non procedit, quando per privilegium conceditur iurisdictio. Ita singulariter in his terminis dicit Franciscus de Aret. in dict. cap. nouit, & eum sequitur ibidem Felin. Et ante eos hoc voluit Bald. in l. qui se patris. C. de unde libe. Et sentit Domin. de Gem. in cap. 1. de constitutio. lib. 6. & consonant no. per Bald. in dict. cap. intellecto, & not. per eundem in extrauag. de pa. Constan. in verbo successorum nostrorum, & not. per Iason. in præl. feud. in 1. diuis. Et not. per Felin. in cap. 1. de probat. & not. procedit,

## LOCVS A VERISIMILI. 117

per eundem in cap. ad audientiam, de præscriptio. Ec idem etiam sentit Albe. de Ros. in d.l. benè a Zenone. Item ad illud dictum Innoc. poterit responderi, q; non procedit, quando priuilegium ex post facto enormiter laderet concedentem præter eius intentionem: quia tunc tollitur ipso iure, aut saltem potest reuocari, cap. suggestum, de deci. secundum Are. & Felin. in d. cap. nonit, & Bald. in dict. l. qui se patris. Ad tertium de remunerazione, (qua tamē falso, & contra omnēm rei ueritatem a Laurentio Vallensi, & alijs gratis negatur) dici possit, quod dicta allegatio est dubia, quando per privilegium datur iurisdictio remunerationsis gratia, vt dicunt Aretin. & Felin. in dict. cap. nouiter, nec ex hoc possit concludi, ualere donationem tam immensam in enorme præiudicium Imperij, & successorum, cum nec donatio remuneratoria immensa, per ecclesiam alicui facta valeat, l. iubernus nulli, in princip. C. de sacrosanc. eccles. ergo idem dicendum videtur in donatione immensa facta per Imperatorem, cum Ecclesia, & Imperium æquiparentur, l. fina. C. de sacrosanc. eccl. Imò fauor Imperij, vel Reipublicæ præfertur fauori ecclesiæ, Aut. sed, & permittare, & ibi Salic. not. C. illo eod. titul. Cui consonat illud Valerij de pietate erga patriam. Euerfa domo, interdum Reipublicæ status manere potest: Vrbis autem ruina omnes penates secum trahat, necesse est. Sed quantum valeant eiusmodi responsiones, & quām recte illis aptentur ea omnia, quā pro ipsarum corroboratione, ac fulcimento adducta sunt, illis dijudicandum relinquuntur, qui prædictam materiam adeo periculosem exactius, atque intimus, penetra re uoluerint. At de hoc plus satis. Però quoniam hoc argumentum a verisimili fundatur super præsumptionem, volo te scire, q; † duplex est præsumptio, scilicet hominis, & iuris: & quodlibet membrum subdividitur, ut infra uidebis. Præsumptio hominis dicitur illa, cuius effectus non est in iure expressus, sed in iudicis ut boni uiri arbitrio dimissus, l. minor 25. annis ex aspectu, ff. de

minori, & lege utrum. ff. de dona. inter vir. & ux. cum simili. Et ista est duplex, quia alia est temeraria quia ratione caret. Et ista propriè non est appellanda præsumptionis, quia caret effectu, & à iure repellitur, nec animum iudicis mouere debet. 2. q. prima capi. 1. & 6. q. prima cap. oues, & cap. licet Heli. de simo. Ideò vante voces populi non sunt audiendæ, lege decurionum & ibi gloria quæ in hoc arguit Pilatum, C. de pœn. Alia autem est non temeraria, quæ est applicatio animi cuiuslibet boni viri ad id, qd ex facto probato est uralde uerisimile. Exemplum patet in eo, qui dñ furiosus, & non sanguineus, quia ex gestis, & sermonibus eius præsumitur, ut non tatur in lege nec codicillo. C. de cod. i. & lege quidam in suo. ff. de condi. inst. & in cap. fin. de succes. ab intest. & in cap. legimus. 93. dist. cum sim. Potest etiam ponи exemplum in d. cap. adferte, & ista præsumptio est sufficiens ad informandum iudicem, ut secundem eam pronunciet, iuribus suprà allegatis. Præsumptio autem iuris similiter est duplex, quia alia est iuris tantum, alia est iuris & de iure. Præsumptio iuris tantum dicitur illa, super qua iurislator animum applicat ex verisimili, trans ferendo onus probandi in aduersarium. Et huius præsumptionis, effectus est, ut ex ea is, contra quem est præsumptio, condeinetur, nisi per eum proberetur contrarium per aliquam legitimam speciem probationis. Præsumptio enim legis est liquida probatio, donec appearat de contrario. Et hinc sing. dicit gloss. in uerb. often deris in lege si tutor peritus, C. de peti. tut. approbata ibidem per Doctor. q. probationes legum liquidissimæ sunt, & illam gloss. ad hoc reputat singul. Ioann. de Im. in l. in tēpus, §. 1. & in lege si ita quis hæres, ff. de hær. inst. Et de ista præsumptione iuris tantum, habetur exemplum in d. lege sine possideris, & in lege si pactum, & in lege si chirographū, & in lege cum de indebito, ff. de proba, & in lege Labeo, & in lege postquam. ff. de pact. & in l. f. C. d. pignorib. & il. quicunq; C. d. apochis publicis li. x. ubi ē causus quotidianus, & singularis. Habes etiam

A DD.  
\*Duplex  
vide An  
dre. Al.  
trac. de  
presum.

119  
etiam de hoc exemplum in l. cùm de in rem uerso, ff. de vñ. iunctis ibidem singulariter notatis per Sali. in rep. Et de iure canonico habes exemplū de præsumptione iuris tm. in præal. c. requisiti, & in plurib. alijs locis. Præsumptio autem iuris & de iure dñ illa, quæ inducit à iure & super ea statutur ut ei fieri. Et huius presumptionis iuris, & de iure, effectus est magnus; quia in contrarium nō admittitur probatio: ex quo sequitur, q. ex tali præsumptione is cōtra quem est præsumptio condonatur, & (quod fortius est) condemnatus non appellatur: quia habet nr pro confessio & conuictio, qui non appellatur. I. z. C. quor. appel. non res. Ita singulariter dicit Bal. in d. l. si hi qui, per illum tex. quæ refert & sequitur Hipp. de Marsil. in singulari suo. 116. quem omnino uide. Et de ista præsumptione iuris & de iure, ponitur exemplū de iure ciuili in l. f. C. ad arbitrium tutelæ. Itē aliud exemplū in l. antiquæ, C. ad Velle. & utrobique notatur per gl. Item habes aliud exemplum in d. Auth. si quis ei: & ibi Cyn. & Sali. notant. Item in dicta. si hi qui, & item aliud in Authen. sed iam necesse, in fine, C. de donatio ante nuptias: & aliud non minus elegans in §. Sancim. in Authen. de hæred. & falcid. Item & aliud in l. à diuo Pio, §. si pignora, & ibi Ioan. de Imol. & alij not. ff. de re iud. De iure autem canonico sunt plura exempla. vnū est in c. is, qui fidem, de sponsalibus, de eo qui sponsam de futuro cognouit carnaliter: nam præsumitur in eam tanquam in vxorem consensisse, & non admittitur probatio in contrarium. Item aliud exemplum habetur in c. de illis, & in c. per tuas, de cond. app. de eo qui cognovit sponsam conditionalem, nam ius præsumit parum consensum & statuit pro matrimonio, atq; ita uult seruandum, & sic copula carnalis tunc operatur duo: nam primò de sponsalibus conditionalibus facit sponsalia pura: & secundò illa sponsalia pura facit transfire in matrimonium. d. c. de illis, & ibi Pano. not. Sic etiam copula inducit duo impedimenta, ut declarat Præpo. in c. ad auidentiam, de spons. quod not. Item aliud exemplū habe-

tur in c. significauit, de eo, qui duxit in matrimonio, quā polluit per adulterium, & in c. insuper, qui matrim. acc. pol. & in cap. ad id quod, & in c. veniens 2. de spons. de ea quā fuit iniuria tradita viro, quae propter carnalem copulam subsecutam, uel lōgam cohabitationem, pr̄su mitur consensisse. Circa quod uidere poteris latius per Bal. in d.c. quia verisimile, & per eundem Bal. in Rubr. extra, de pr̄sum. & per Sal. in d.l. siue possidetis p Bar. in tract. pr̄sumptionum, per Io. de Plat. in d.l. quicūq; & per Fel. in c. quanto, de pr̄sum. & per Specu. in ti. de pr̄sum. §. i. in quibus locis reperies ad pr̄sumptioiuē ad quos remisisti sufficiat. Sit ergo cautus aduocatus, ut uideat, an pr̄sumptio iuris sit pro clientulo suo, an contra eum, & secundum hoc faciat articulos continentes factum, ex quo oritur pr̄sumptio iuris, quod est necessarium, l. si adulterium cum incestu, §. incestum, & ibi Bar. ver. 2. no. q non. & Ang. ff. ad leg. Iul. de adul. nec clientulum suum oneret superflua probatione. Illud tamen quod dixi supra, scilicet quod contra pr̄sumptio-

nem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, recipit aliquas notabiles fallentias. Prīmō fallit ut hoc intelligatur directe per testes, ut dicit glossa singularis in Authētica de æquali. dotis. §. aliud quoque super uerbo priuilegium, sed indirecte bene admittitur probatio in contrarium, ut est glo. notabilis in Clem. unica, super uerbo, fecisse narramus de probatio. & ibi Ioan. de Imo. & Doct. notant. Illam glossam commendat Panor. in d.c. is qui fidem, Et Domin. in c. ferrum, 5 o. distin. Secunda limitatio est, q contra pr̄sumptionem iuris, & de iure acmitititur probatio in contrarium per confessionem aduersarij, licet non per alias species probationis. Ita dicit glo. sing. in d. Authent. de aqua. dotis. §. aliud quoque, super uerbo scribat, & uult singulariter Cyn. & post hunc Bar. Bald. Sal. & alij in d. Auth. sed iam necesse, & Sal. in d.l. siue possideris, & Panor. & Canonistæ in d.c. is qui fidem, & Domin. in d. capit. ferrum, & habetur singulariter per Innocen. Anto. de Butr. Panormit. & alios in cap. quia plērius, de im-

mun.

mun. eccl. & per Ioan. de Imo. Alexan. & Doct. in l. inter stipulantem, §. r. uer. subdit tamen Bar. ff. de uerbo oblig. & per Cxpol. cautela 7. & 8. Et de isto rex. juncta glo. in l. i. C. de dolo inducendo, prout illum textū ibi inducit Salī. quem omnino uide. Hoc tamen intellige sanè, nisi subiecta materia suadeat non itati confessioni, rex. est not. in c. super eo de eo, qui cog. consan. vxor. suæ. secundum Pan. & Docto. in d.c. is qui fidem, & Do min. in pr̄sal. c. ferum, quod manda memorie, quia est quotidianum. Si tamen de facto contra pr̄sumptionē iuris, & de iure sit notorium resultans ex probatione parte non opponētē admissa, uel alias ex actis, de quo rum iuribus parte non opponētē est disputatum, cedit pr̄sumptio iuris, & de iure veritati, & notorio ex huius modi probatione resultanti. Ita sing. concludit Inno. in c. fraternitatis, de frig. & malef. & idem Inno. in c. cum Bertoldus, de re iud. & idem Innoc. in c. cum dilecta, & ibi Anto. de But. Ioan. de Imo. & Doct. de rescrip. & Io. de Imo. Alex. & Docto. in d.l. inter stipulantem, §. primo. Hoc etiam uult Pan. & valde exclamat in c. cum cōtingat, de offi. deleg. & Ludouicus de Rom. in conf. suo eccl. in s. vol. & Doc. sapē alibi. Sit ergo cautus aduocatus, ut non permittat de uiribus sententiae pro domino suo latē disputari: nec contentia, ut articuli in contrariū fiant, uel probatio aliqua admittatur: sed se opponat di cens iam iudicatum esse, & amplius queri non oportet, ne ex hoc, clientulo suo pr̄judicium generetur, & si in contrarium quid fiat, appellat. Et hæc sit tertia limitatio, quam memorie cōmendabis. Et potest dari qua ta limitatio, quando res est iægra, puta antequam vi gore pr̄sumptionis iuris, & de iure sit lata sententia, vel conclusum in causa. Et hinc est, quod ualeat produ ctio instrumenti facta post terminum datum ad produ cēdū instrumentum, quando nondum est conclusum in causa, uel sententia lata, licet pr̄sumptio iuris, & de iure sit contra non producētē lapsō termino, rex. est no. in e. ordinarij iuncta sing. gl. in ver. liberē, in fi. de of. ord. lib. 6. & ibi eam ad hoc ponderat Io. de Im. & Dom. & Phil.

Fræc.

## LOCVS A VERI SIMILI.

Franc. & facit decisio Rotæ 147. in antiquis, incipiēs, nota, quod post terminum, & decisio Rotæ 104. in nouis, incipiens, omnes domini, & vide gl. not. in hac materia in Cle. s. p. e. super verbo. Non obstante, de verb. signis, quod memineris, quia quotidie occurrit in practica.

Vltimò volo te scire, quod aliud est præsumptio iuris, & aliud fictio iuris. Nam præsumptio iuris cadit super dubio, incerto, & verisimili, & admittit probationem in contrarium, intelligendo ut dixi suprà, & ab ea sumitur hoc argumentum a verisimili. Fictio autem est super eo quod est certum, nec admittit probationem in contrariū, vt patet in fictione postliminij & legis Corneliae, ita dicit gl. not. in l. vni. §. accedit, super verbo præsumatur, \* C. de rei vxor. act o. & Fel. in d.c. quanto, & ab ea sumitur argumentum a vi fictionis, omnino distinctum ab iusto, de quo dicemus satis plenè infra, in loco à vi fictionis: vbi declarabo inter alia per exempla, quod fictio habet locum in 10. prædicamentis Aristotelis, & vide omnino, quod dicam infra, in loco a tempore ad tēpus, vbi declarabo per exempla, quod præsumptio iuris cadit in decem prædicamentis Aristotelis: vide etiam notata per Sal. in rép. Rubri. ff. de prob. vbi reperies plura notanda. Quæ omnia commenda memoriz, tanquam quæ frequenter occurunt, & maximè in iudicijs vñi esse poterunt.

## LOCVS AB OPINIONE VVLGI.

- 1 Res præsumuntur sic se habere, uti vulgus opinatur.
- 2 Communis usus loquendi preferuntur proprie significations vocabulatu, seq. Et per totum, fallit tamen, m. 5. 3..
- 3 Verba non debent sophistice intelligi.
- 4 Interfatus decidere quis propriè dicatur.
- 5 Verba que aliud sapientum blasphemiam, ex communis usu loquendi solum sapientum contumeliam.
- 7 Argumentum ab etymologianon procedit, quandare repugnat communis usus loquendi.

Nunc

## LOCVS AB OPINIONE VVLGI. 123

Vn c locū ab Opinione vulgi, seu vulgaris usu loquē Ndi, certissimo rerum magistro, ut inquit Rodolphus Agricola, tractabimus. A quo depromptum argumentū, frequens & utile & probabile est. Valet enim ad conjecturandum\* mentem seu voluntatem de fusiō, l. cum de lanionis. §. afinam molendariam. ff. de fun. instr. Item ad sciendum statim, seu qualitatem rei. Præsumuntur

- † enim res sic se habere, uti vulgus opinatur. l. i. in pri. in uerb. circumcolectum. ff. de flum. Hinc dicit gl. in l. ubi adhuc. C. de iu. do. q per opinionem vulgi probatur paupertas, & uirum uergere ad inopiam, de quo ibi per Bal. in uers. in eadem gl. ibi & per Bart. in l. si constante uers. tertio quero. ff. sol. mari. Hinc etiam dicit gl. in l. li cet certis. C. locati, quā sequuntur ibi Pet. Cy. Angel. & Sal. quod ad sciendum an sit sterilita s, recurrendum est ad opinionem vulgi, Hinc etiam dicit Bal. in l. 2. circa fin. in uer. q scias. C. de rescin. uendi. q estimatio rerum immobiliū melius probatur per uicinos, quā per alios: quia præsumuntur scire: & quod ipsi dicunt, communiquerat præsumuntur esse iustum premium: & allegat d. l. 1. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Facit etiam iste arguendi modus ad hoc, q si dubitetur de duobus, quo rum unum est annexum alteri, quod eorum est principale, & quod eorum accessoriū: in dubio id decidi poterit ex opinione, reputatione, in nominatione vulgi. gl. est de hoc sing. in uer. ecclesiastis, in Clem. per literas, de prob. & ibi eam ad hoc no. Ant. de But. Io. de Imo. Petr. de Anch. & alii: & idem uulpius Pet. de Anch. in agrea sua rep. reg. Accessoriū, de i.e. iu. li. 6. in quibus locis etiam refert dominum suum Bal. in pulchra q. sic cōsuluisse, quod nota, quia est utile, & potest applicari ad multa. Item ualeat ad habendum intellectum cuiuscunq; dispositionis. uerba † enim ambigua debent intelligi, ut opinatur vulgus, & secundum communem usum loquendi, etiam si repugnet propria significatio. & ergo cōsiderandum est, qualiter vulgus loquitur. tex. est notab. in l. Labeo, & ibi Bar. notar. ff. de sup. lega. & pulcher tex. in l. ut Alphenus. ff. de uerbor. signif. & bonus text. in l.

*ADD.*  
\* Coniecturandum Quibus arguētis collegi defuncti uoluntas possit docet gl. no. in l. si seruus plus rium. S. fi. ff. de legat. I. in uerb. consuendo, Prat.

libro

## 124 LOC. AB OPINIONE VVLGI.

librum, §. quod tamen Cassius, ff. de lega. 3. & ibi gl. in uerbo non continebantur, dicit, quod utus omni regule omnij; constitutioni in exaudiendis sermonibus derogat solus, quam ibi sequitur & commedit Bar. & post eum Alb. de Rol. quem omnino nide, & benè facit qd notat gl. in c. præterea, de uer. sign. & gl. in c. nonnulli, in princ. super uerbo ultra duas dietas, de rescript. & gl. in c. cupientes, in prin. super uerbo cōmodè, de elect. li. 6. & utrobique Doct. & pro præmissis bonus ē tex. iuncta gl. in c. unico, & ibi. Domin. de iniur. li. 6. & pulcher tex. in c. unico, §. porrò, & ibi etiam Dom. delta. reg. c. li. ¶ Verba enim non debent intelligi sophistice, sed debent capi in ea significacione, quæ solet recte intelligi tib⁹ generari, & in dubio debet recurri ad cōsum uerbi intelligentiā. tex. est ualde notabilis in c. ex literis 1. & ibi Inn. Panor. & Doc. no. de sponsalibus. Hinc dicit Bal. in extramag. de pace Cōlta. in uersi. opinioni, in si. per tex. in c. ex literis: quod omnis intellectus est extra neus, qui non sonat in auribus uulgi. Hinc etiam dicit idē Bal. in l. f. in 14. & 15. q. C. de hær. inst. quod tolle rāda ē improprietas, quā lex, uel natura rei, natura cōtractus, natura iudicij, & partiū cōsēsus tolerat, & qd cōs intellectus alienius loci vel patriæ interpretatur uocabula, & allegat d. §. qd tñ Cassius, quē omnino ui de quia pulchrè & magistriliter loquitur. Imo (q plus est) cōs us⁹ loquēdi præfert pprio signato uocabuli, nedū in dispositione iuris politiui, seu legib. Iuris cōsul torum: sed etiam in scriptura diuinā. tex. est notab. in c. maiores, circa medium, & ibi hoc notat Pā. de bapt. & idē Pā. in c. nam & rēx. & in c. Io/eph., & in c. quamuis p illos tex. de verb. sign. vbi dicit, q in interpretatione legis, & cuiuscunque dispositionis, etiam diuinæ, cōmu nis utus loquendi præualer propriè significacioni. Et p hunc arguēdi modū dicit Bal. in c. licet de off. leg. qd si sit Abbas habens monachū, & fratre carnalē in seculo, & quidā tertius relinquit fratri talis abbatis 10. duca tos, p tale legati uiderit reliktū fratri sanguinis, & nō fratri religionis: q a ita uulgas intelligit, & illud dictū

referr.

## LOC. AB OPINIONE VVLGI. 125

refert, & sequitur ibi Pan. Hinc etiam dicit Ioa. de Imo. in c. inter corporalia, de transla. episc. per illum tex. qd si à contrahentibus proferuntur uerba, quæ unus eorum intelligit uno modo, & alter alio modo, puer intellec tus habens pro se cōmunem usum loquendi, etiam cōtra propriam uerborum naturam: pro quo benè facit d. c. ex literis 1. cum ibi not. Hinc etiam dicit Oldr. ut refert Bar. in §. cūm igitur in Aut. de non elig. sec. nub. qd qn̄ relinquitur mulieri legatum annū: donec castē ui xerit, intelligitur ex communi usu loquendi, donec nō nupserit, licet aliud uideatur de ppria significacione uocabuli, cūm in matrimonio sit caffitasc. Nicēna 3 r. dis. & l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb. de quo ui tib⁹ generari, & per Ang. in d. §. cum igitur, & per Ang. Are. in §. iuris præcepta, Insti. de inst. & iur. & aliquid p. Pano. & Can. in c. ut clericorum, de uita & how. cler. & p. eun dem c. quod à re de cler. coniu. & plenis. per Ang. in d. §. cūm proponeretur. Imo (quod fortius est) communis usus loquendi præfertur proprie significacioni uocabu li etiam in materia odtosa, & strīta, ut est materia statu torum. Ita not. dicit Pan. in c. per tuas, de proba. idē Pan. in c. 2. in prin. de arbit. item Bar. Alex. & Ias in Rub. ff. de no. ope. nun. & Bar. in l. libellorum, §. sed & si aliud ff. de accus. & ibi reperies pulhra exempla, quæ breuitatis gratia omitto. Hinc etiam dicit multum not. Car. in consi. 1. 1. incip. factum sic se habet: quod licet dicatur pcedere inestatus propri ille, qui pōt testari, & non est testatus, ut plene habetur in l. 2. & ibi Bar. §. de suis, & leg. tñ etiam in statutis uenit inestabilis, ut impubes, fruolus, & similes, propter communem usum loquendi & idem uul. Pau. de Caff. in consi. 2. 8. incip. Proposito quodam statuto, inanti. Idem etiam uult ipse Cardi. in Clem. ne Romani, §. sanè, in 6. q. de elect. ubi dicit, qd in statutis, & alijs dispositionibus habentibus uerba ambi gua, attendit communis usus loquendi, de quo articulo quotidiano uide latè per Petr. de Anch. Ioa. de Imo. Barba. in capitulo, cum tibi, de testam. etiam dicit Ang. & Alex. de Imo. in l. stipulationum quādam uerba extra

extra gl. cum Bart. ff. de uerb. obl. q̄ si statuto caueatur quod causa grauiores debeant committi doctorib. opti mis, non poterit fieri commissio nisi obtinetibus gradū supremū in scientia & doctoratu, ad quod cognoscendū recurret ad communem opinionem & famā, & allegant aliqua ex iuribus præall. Hinc etiam sing. dicit Alb. de Ros. in 1. par. statut. q. 84. quod in statuto punie te laceratēm uestes alterius, attendi debet communis usus loquendi, non propria significatio uocabuli. Idē est etiā de méte Cardin. in Cle. 2. in 5. q. de uit. & honest cler. hinc etiā singulariter dicunt gl. & Bar. in 1. frugum ff. de uerb. sig. quod si quis promittat decem corbas frumenti, intelligitur de nobiliō, seu meliori propter cōmunem usum loquendi, qui attendendus est. hinc etiā dicit sing. Io. And. in c. fundamenta, de electio. lib. 7. in Nouel. q̄ licet appellatiōē nepotis ex proprio significa to uocabuli ueniat duntaxat filius filij, uel filiæ. I. Iurisfō sultus. ff. de gradib. tamen ex communī usu loquendi cōprehenditur etiam filius fratris uel sororis, etiam in materia odiōsa: ut in casu d.c. fundamenta. Et q̄ in materia etiam odiōsa, uel stricta seu pœnali, puta statutorum, cōmunis usus loquendi præferatur proprio significato uocabuli, tener Bart. in rep. l. omnes populi, in 6. q. princ. uerbi. iuxta p̄missa quero. ff. de iu. iu. & idē Bar. Bal. Pau. de Cast. & DD. in 1. non dubium, C. de leg. & Pau. de Cast. in l. scire leges. ff. de legi. in quib⁹ locis habet no. q̄ licet in dubio nō sit recedendum à uerbis & proprio significato eorū. l. non aliter. ff. de lega. 3. & 1. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria. Tamen hoc fallit secūdū

5 † eos in trib. casib. Primus est, qñ lex uel dispositio in sensu proprio continet absurditatem, iniuitatem, uel inhumanitatē, l. in ambigua. ff. de legib. & l. scire oportet. §. aliud, & ibi Bal. ff. de excus. tutor. Semper enim sic est interpretanda lex, ut non contineat absurditatem, iniuitatē, uel inhumanitatem. ut ibi, & dicam latius infra in loco ab absurdo. Secundus est, quādō ratio dispositio nis repugnat, quæ in dubio ē attēdenda. Tertius casus seruicens proposito est, quando communis usus loquēdi est

esse in contrariū: & idem notabiliter uult Petr. de An ch. in repe. c. canonum in 4. principalē de constit. & M. Mate. notabili 96. quem uide, quia decidit q. quotidiam. Istud idem, scilicet, quod cōmuniſ usus loquendi præferatur proprię significatiōni uocabuli, etiam in ma teria stricta, ut statutorum, firmat Bar. in pulchra q. in l. 1. in prin. ff. ad leg. Fal. & firmat latē Ant. de Butr. Pan. Fel. & alij Can. in prin. compilationis Gregoriane: ubi etiam plus dicūt, uidelicet, quod hoc procedit etiam si statuto caueatur, q̄ uerba statutorū intelligentur ut ia cent. nam illo non obstante, recipiunt interpretationē à cōi usu loquendi, secundum eos. Et idem si statuto ca ueretur, quod statuta deberent intelligi ad literam, sive q̄ glossari uel interpretari non possent. Ita dicit Bal. in d.c. omnes populi in uerbi, unde quero nu nquid ius cō mune, & Fel. loco suprà allegato: quod habet locum ēt in legibus\* peritorum, & alijs dispositionibus, conditis Legib⁹ etiam à uiris doctis. ita sig. decidit Fel. i loco p̄realleg. Vnde de ubi copiosissimē loquitur in hac materia: quod manda hoc Alc. memoriae, quia ex hoc habes nouam limitationem ad Rubr. ff. 1. 3. §. hæc uerba, cum ibi no. ff. de ne. ge. & ad ca. in no. de no. op. stra, de iniur. ubi habetur, quod in statutis uerba debet mun.

ADD.\*  
Legib⁹  
hoc Alc.  
Rubr. ff.  
de no. op.  
mun.

capi propriè: quia hoc est uerum, nisi apparcat uerba in statutis posita ex communī usu loquendi aliud significare, quād p̄ se ferat proprium eorum: significatum; q̄a tunç ille cōmuniſ usus loquendi præferri debet & at tendi, per prædicta. & ita reperio expreſsè uelle Lāfrā cū in repetitione l. si uero, §. de viro. ff. solit. matrimo. in materia interpretationis expostivæ seu declaratiōne & Sal. in repe. 2. C. de nox. act. & est de mente Barto. & aliorum i d. Rubr. ff. de no. op. nū. quod tene memoria. Hinc etiam dicit singulariter Bal. i consil. 476. 3. part. q̄ ex † cōi usu loquendi uerba queq; alias blasphemā, solum sapiūt cōtumeliā: & hoc dicūt refert & seq tur Alex. de Im. in l. item apud Labone. §. ait prætor, in apostol. ad Bar. ff. de iniu. & est de méte Ang. in l. his uerbis. §. j. de hær. inst. de quo tamen uide ibi latius per Ioā. de Imol. Hinc etiā hodie nihil necessario infertur a mona-

## 128 LOC. AB OPINIONE VVLGLI.

à monasterio ad solitudo em propter cōem vsum eius vocabuli repugnante, nam pleraq; monasteria nihil minus sunt, quam solitudines, imo plus quam mundū in eis repertes licet aliud sit de propria significatione vocabuli, vt patet i.c. placuit 1. & 2. 16. q. 1. Ergo bñ dixi runt Alb. de Ros. & Ias. in l. 2. §. appellata. ff. si cer. per non procedere t̄ argumentum ab etymologia, quando repugnat communis vsum loquendi: & dixi suprā in loco ab etymologia. Perrò per prēmissa vidi ego decidi vñ arduam q. matrimoniale, in qua fuit articulatū & probatum, virum protrusisse ad mulierē padicam & virginem, cū ad copulam admittere nolentē, nisi ipsi fidem coniugalem daret, hæc verba: faciam tibi tantum honoris, quantum inferam scādali uel dedecoris si me ad copulam admiseris: quæ credēs sibi p. hoc fidem coniugalem dari, eundem hoc pacto ad copulā admisit. Fuit etiam articulatum & probatum, q. ex cōi usū loquendi loci seu patriæ, hæc verba, faciam tibi tantum honoris quantum inferam scādali nel dedecoris, prolata à uiro ad mulierē, quā hoc medio seducit, & deflorat, importans fidei dationem: cū extra statum coniugij nō possit ei tantum honoris impendere: & fuit iudicatum pro matrimonio, propter significationē, quam recipiūt dicta uerba ex communi usū loquendi loci seu patriæ, & propter copulam quæ responderet ad oē quare, ut dicitur Host. & Io. And. in c. tua nos, de sponsal. Pro quo, etiā bene facit c. 1. de adul. & d. c. ex literis 1. cū ibi pulchritud. not. per Innoc. Panor. & alios, quod tencas mente. Debet ergo aduocatus esse cautus ut articulet & probet, uerba libellata ex cōnuni usū loquendi importare matrimonium uel sponsalia, quando ex dispositione iuris hoc non important, ut in dicto casu & similibus, & idē in alia materia. nam communis usus loquendi, cum cōfilit in facto, non praesumitur l. quæcumque. §. final. iuncta glossa in verb. tutore, auctore. ff. de publiciana. & ergo debet articulari & probari, ut uult notabiliter Barto. dī. l. Labeo, & Angel. in princip. Institutionum in Rubrica, & Feli. i. d. princi. compilationis Gregorianæ, & Anton.

## LOC. AB OPINIONE VVLGLI. 129

Anton. Butrio in repetitione cap. final. de confuetud. circuifinem: quos omnino vide. Debet autem articulari & probari, quod à decem annis citra, & per totum ipsum tempus in loco vnde est cōtraheens vel testator, aut ubi conuerſabatur, communis vsum loquendi fuit talis, &c. Nec sufficere articulari, à 10. annis citra, nisi adderetur & per totum illud tempus, secundum Bar. in d. l. Labeo, & Ant. de But. ibi suprā, vel nisi articularetur à decem annis & citra, interposita copula, secundum Panor. in c. licei causam. in 11. not. de proba. & ibi Cano. & Doct. sapienti alibi, quod nota. & quod plus & notabilius est, debet articulari & probari, talem communem vsum loquendi, tempore quo dispositio de cuius interpretatione agitur, fuisse in e. e productam & per decena annos ante: alias probatio non relevaret. Ita sing. dicit Soc. in l. Gallus. §. si eius, in s. ff. de lib. & post. non enim potuit testator, vel disponens respectum habuisse ad communem vsum loquendi, qui postea emerit, & quem ignorauit. quod nota & tene perpetuò meti. Cae tamē, ne decipiaris, quia dicta doctrina, cōis vsum loquendi p̄ferendus est propriæ significatiōi vocabuli, recipit plures notabiles declaratiōnes, fallentias, seu limitationes. Quarum t̄vna est, qñ statutum diceret, q. verba debet intelligi secundum propriæ significationem vocabuli, tūc enim non est attendendus communis vsum loquendi: quia illa non est propria significatio vocabuli. Ita not. dicit Bart. in d. l. Labeo, & Fel. ibi suprā, & hoc tene, licet quidam aliter sentiant, dicentes proprietatis vim, & ius penes vsum esse. Secunda fallentia est, quando statuto conuerteret, quod verba debeant intellegi, nullo extrinsecus addito, vel intellecto. Tunc et non est attendendus communis vsum loquendi, quia ille venit extrinsecus, cum nō sit propria significatio vocabuli, vt statim dixi, & probat late Bar. in d. l. Labeo: & ita sing. uolunt An. de But. Panor. Feli. & Can. in d. principio compil. Grego. Roman. singul. 419. incip. communis doctrina est, vbi dicit, se per hoc obtinuisse Florentie in magna quest. Tertia fallētia est, vt dicta doctrina nō procedat, quando verba sunt prolata ab homine

**130 LOC. AB OPINIONE VVLGI.**

ne illiterato, uel rustico : quia tunc intelliguntur gross modo secundum qualitatem personæ, à qua proferuntur l. stipulatio ista. S. hæc quoque, cum ibi not. per gl. & Bar. ff. de uer. obl. & est glo. singu. secundum unum intellectu in l. quod si nepotes, qua legitur sub l. si quis filiabus, ff. de test. tut. cum dicit, quod talis docendi varietas nō cadit in idiotam. Quarta nota. fallentia est quando verba ex vulgari translata sunt in latinum sermonem, ruré enim non attento communis usu loquendi intelliguntur secundum interpretationem iuris. Ita singulariter vult Bar. in d. l. si quis filiibus, & sequitur Pa. de Cast. in d. s. hæc quoq; & Alex. de Imo. in consi. 2. 1. uolu. & niemnit Soc. in d. l. Gallus. §. si eius, licet quotam nō alleger, in illa notabilissima q. an filius legitimatus instituti, & de restituendo grauati si decedat sine filijs naturalibus, & legitimis, excludat suuirtutum. Quinta fallentia est, ut d. do. & tria procedat, quando communis usus loquendi contrarius propriæ significationi vocabuli, & que est apud peritos, & imperitos : secus si apud imperito stantum. Italo. dicit Bal. in c. 1. de success. feu. in vñibus feu. & hoc dictum refert & sequitur Ioá. de Imo. ia d. c. cum tibi, circa fin. Nimiris enim absurdum esset dicere, q. oper tet abusuum modum loquendi personarum illiteratarum, siue uulgatum uerbum prolatum inciuitér, exten datur ; & quod deberet recedi à propria significatione vocabuli : vel quod communis usus loquendi cansari posset ab insensata vulgi assertione, ut inquit Bal. in l. 1. C. de succ. ed. & est de mente Fel. ibi supra ; ubi reperies per eum in hac materia plura alia vñilia & singularia dicta quotidie seruentia in p. etica ; que non refero, & uide no. per Rom. Alex. de Imo. & Ias. in d. Rub. ff. de no. op. nunc, & ad eundem Alex. in d. l. stipulatio ista. S. hæc quoque in fin. in quibus locis reperies ad satietatē. Quibus addit elegantissimum verbum Fabij lib. 1. orat. Inst. c. 12. vbi singulariter dicit, consuetudinem sermonis vocari consensum cruditorum, sicut uiuendi, consensum bonorum; aliqui si ex eo quod plures faciunt, cōsuetudo nomen accipiat, periculorum dabit præceptū nō orationi

**LOC. A SIMILL.** 131

orationi modò, sed quod maius est, vite: secundum eum. Et illud dictum tamquam præclarum refert & sequitur Budæus in l. princeps, in fi. ff. de legi. hoc tamen singulare dictum Fabij declarat, & limita, vt dicam infra in loco ab usitato, seu à solitis, circa finem, ubi vide.

**LOCVS A SIMILL.**

- 1 *Vbicunque est eadem ratio, vel aequitas, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*
- 2 *Ius idem statuitur, ubi est eadem ratio.*
- 3 *De similib. & connexis idem est iudicium.*
- 4 *Similia sunt, quorum est eadem quantitas.*
- 5 *Eadem sunt, quorum est eadem substantia.*
- 6 *Probatio incumbit ei qui dicit.*
- 7 *Argumentum à simili recte sumptuēt forte: & procedit etiā in contraria. & ms. 8.*
- 8 *Vbi duo sunt similia, magis simile est eligendum.*
- 9 *Affimilatio que sit per legē quando probabilis & necessaria.*
- 10 *Argumentum à simili non procedit in decem casib; quos uide usque ad fin.*
- 11 *Optimus modus tollendi argumentum à simili, est per distinctionē instan i.e.*

**L**ocus à simili persuasionib. aptissimus est, ut inqt Boe tius in Topicis, & ad explanandum, docendū, at alli ciendum potius, quam ad conuincendum, Rudolpho Agricola recte, accommodatus. A quo sumptum argumentum formari potest dupliciter. Uno modo sic: *Vbicunque est eadem ratio, vel aequitas, ibi debet esse eadem iuris dispositio, l. illud, ff. ad leg. Aqui. & l. à Titio, ff. de uerbo. oblig. cum finu.* Illa enim, que in radice & causa conueniunt, conuenient etiam in effectu, l. de quibus, & ibi Ang. & Doct. not. ff. de leg. Et casus quos necit paritas etiā. *Quod in vñilia vbi disserunt, conuenient etiam in effectu, l. de quibus, & ibi non est l. à Titio hic alter gat. P. Oldra. & est originaliter verbum Cic. in Topicis, & isto argumento à simili vñitur glo. in Auth. matri, & autæ, in Præt. 1 2 uerb.*

*A.D.D.  
Simili.  
Quod in  
telige vñilia vbi disserunt, conuenient etiam in effectu, l. de quibus, & ibi non est l. à Titio hic alter gat. P. Oldra. & est originaliter verbum Cic. in Topicis, & isto Præt.*

uerb.tutelam.C.quan.mul.tur.offi.fun.po.et glb.in l.r.  
in fin.ff.sol.mat.& gl.in Auth.Vt hic qui obli.per hi.se  
hab.res mi.in prin.Et gl.in Auth.minoris debitor,C.  
qui da.tut.pof.Hoc arg.ét vtitur gl.in pulchra q.in l.si cō  
stante,in prin.ff.sol.mat.& in l.ubi ad huc,C.de iure do.  
Eo etiam utitur gl.in pulchra q.in l.r.& ibi Io.de Platea  
notat.C.de fiscar.lib.i r.& gl.in l.Si tibi 10.¶.quædam.  
ff.de paſt.Hoc argumento vtitur etiam Iac.in pulchra &  
quotidiana q.in singul.libel.feud.quem omnino vide.  
Eo etiam utitur Ang.in S.fere igitur,Inſt.de re.diui.Vbi  
per hoc singulariter dicit,q.licet omnes textus dicentes  
licere uenari,& aſcupari in fundo alieno ante prohibitio  
nem domini,nihil dicat de piftatione in alieno:tamen  
2 † quia eadem eſt ratio vtrobiq;.ſentit idem iuriſ eſſe de  
bere,per d.l.illud,cum diſtinctione tamen,de qua ibi p  
eum.Ilo argumento etiam utitur Bar.in l.naturaliter,  
verſi,idem forte dicēdū ff.de vſu.Vbi per hoc ſing.dicit,  
q.sicut tempore hostilitatis non currit pſcriptio,ſed dor  
mit.c.ex traſmiffa,cū ibi not.de prefc.Ita ēt tempore  
peſtis,vel mortalitatis ſi ius non redatur in loco,non  
debet currere pſcriptio.Et hoc ſequitur ibi Pau.de  
Castr.in fi.& Ang.in l.cum notissimi,C.de prefr.30.  
uel 40.anno.hoc ēt ſequitur & cōmendat Pan.& Can.  
in d.c.ex traſmiffa:quod teneas mente,quia habui de  
facto.Hinc ēt dicit Io.de Imo,in l.ex conſentu,in prin.ff.  
de appell.q.sicut à iudice dato de cōfensu partium potest  
appellari,vt ibi.Ita ēt potest appellari à iudice,cuius iuriſ  
dictio eſt prōrogata de conſensu partii eadem ratione.  
de quo ibi latius per eum,& per DD.in l.epiſcopale,&  
in l.si quis ex conſensu,C.de epis.and.Hinc ēt procedit  
argumentatio à corporalibus ad icorporalia:quod enim  
operatur traditio in rebus corporalibus quoad traſlatione  
nem dominij,hoc idem operatur cefſio in iuribus incor  
poralib.quo ad traſlationem illius iuriſ,vt dicit gl.no.in  
l.in foliutum,in verbo ſuo autem nomine.C.qnando fisc.  
& ibi Bart.Bal.Ang.Sal.& Doct.Hinc etiam eſt,quòd li  
cet in l.fin.C.de petit.hær.diverſa ponatur decisio inter  
legatarios ex vna & creditores ex altera:tamen quando  
legata

legata eſſent repertis eb.intestato,ut quia in testamento  
eſſet poſita clauſula codicillaris:idem iuriſ eſſet in uno,  
quod in alio,ut ſcilicet non praſtetur cauio,cū tunc ea  
dem fit ratio in utroq;,ex quo legata tunc non poſſint  
fieri indebita.Ita ſing.dicit Pau.de Caſt.in d.l.fin. quod  
no.Ilo argumento à simili etiam ſæpè utitur Ioan.And.  
in reg.Ignorantia,de reg.iur.lib.6.in Mercur.& Cyn.in  
l.mater maximè in 3.& 7.q.C.de rei uendicat.Et Doct.  
in infinitis alijs locis,quos commenmorare magis eſſet la  
boriosum,quām ſubtile.Secundū argumentum ex hoc  
loco formatur ſic.De † ſimilibus ad ſimilia idem eſt iu  
dicium c.inter cetera,de reſcr.c.2.de transla.epiſc.c.  
cum ſecundū Apo.in prin.de p̄b.c in cauſis de reiud.  
c.2.ibi,ad inſtar,de ſpōnsa.capit.dudum circa fi.de p̄b  
end.lib.6.¶.reſtē,in uerſi,& huic ſimile.Inſt.mandati,  
l.non poſſunt,l.nam ut ait Pedius,l.sed & posteriores,&  
d.l.de quibus,ff.de legibus,&l.r.C.que fit long.conſ  
cum infinitis ſimil.in quibus,tam legum quam canonum  
conditores utuntur hoc argumento a ſimili.Ilo etiam  
utitur gl.pulchra q.in c.literas,de fi.praſ.& gl.in l.forma  
ma.¶.r.ff.de censi.& Docto.ſæpè alijs.Hinc etiam quoti  
diè arguitur a dominio ad quāſi dominium,& econtrā.  
¶.ſed iſtæ.Inſt.de actio.&l.r.¶.de pollic.à quadrupē  
de ab bipede,lib.pen.ff.si quad.paupe feci,dic.& à lege  
scripta ad conſuetudinem,d.l.de quib.in fin.cum ſim.  
Et quod dixi de ſimilibus,idem intellige de connexis.c.  
translatō,cum ibi no.de conſt.cum ſimil.Et procedit tūc  
demum iſtud argumentum à ſimili,quando eſt ſimilitu  
do in eo,in quo fit comparatio,quod iſſufcit,licet in alio  
fit diſſimilitudo.c.que mādmodum,& ibi Pan.notat in j.  
nota,de iure iur.:Quando autem duo ſunt ſimilia ſecun  
dum quid,ſed non ſimpliciter,tunc non procedit argu  
mentum à ſimili,ſi in eo in quo fit comparatio,fit diſſi  
militudo.Ita uolunt Archid.Domin.& Præpo.in c.re  
latuti.37.dicit,Et apertiſſ Pan.Ioan.de Imo.Fel.& DD.  
in d.c.translatō,& idem Pan.in c.conſtitutus,in 3.nota.  
de appell.quem omnino vide:& probatur hoc quoad  
primum membrum in iuribus ſuprà alleg.& in c.cum

dilecta, de confir.vti.vel iniuti. Vbi plus sing.probatur, si delicer, quod etiam casus exceptus a regula trahitur ad alium casum ex identitate rationis, ut ibi pulchre inducit Pan.circa quod omnino vide quod dixi suprà, in loco ab exceptione ad regulam. Quo verò ad secundum mem-  
brum, probatur in c. per venerabilem, in uers.verum, ubi pulcher tex. qui fil. sunt leg. & in c. nuptiarum, 27.q.1. Et in c. sicut virgeri, & ibi no. per gl. 1. q. 1. Debet autem similitudo sumi a pari ratione uel maiori, non autem a minori. Ita not. dicit Bal.in addit.Spec.in tit.de disputa. & alleg. post prin. & idem Bal.in liliud. C. de sac. eccl. Et idem Bal.in l. si quis non dicam.C. de episc. & cler.vn 4 de similia t̄ sunt quorum est eadem qualitas. Sed eadem sunt, t̄ quorum est eadem substantia: & nullum simile est idem, vt vult gl. que ad hoc semper allegatur in l. qd Nervia. ff. de depo. & est similis gl. in uer. cōsimili, in c.ca pīnūlū S. crucis de rescrīpt. Et ibi Ioa. de Imo.not. Sed quia ridiculus est allegare gl. ubi tex. habentur: allego pro hoc tres tex. Unus est in c. iunioruit, & ibi hoc not. Pan. in 7.no. de elect. Secundus est in d.c.2. de translat. epic. Et tertius est in l. 1. C. de vet. iu. enu. Et hoc est, quod vult. lo. And. in c. non potest, de præben. libr. 6 in Nou. dicens post Boetium in Top. Cicer. q. similitudo est rerum differentium eadem comparatio, seu qualitas, & huc faciunt no. per Bal. Ang. Ioan. de Imol. & DD. in l. qui liberis, in prin. ff. de iulg. Et hinc dicit Bal. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iu. q. similitudo est recta adaptatio, quā do sit processus ab uno particulari ad aliud particulare. p. aliquid, quod est cōmune utrique, puta per eandem rationem, & allegat. l. his solis, C. de reuoc. dona. & l. non solum, S. qui primipilum, ff. de excus. tut. qui sunt tex. ad hoc not. Allegans autem similitudinem haber hoc proba re saltē coloratē, quia non est credendum nec standū simplici uerbo allegantis, sicut nec statutū simplici uerbo arguentis Pau. in c. translato. versi. in gl. fin. extra de confir. sed ei qui dicit, t̄ incumbit onus, probandi, l. 2. ff. de prob. & c. acto, 6.q. 1. & d. c. cum dilecta. vbi bonus tex. Oftenso at saltē coloratē quod aliqua sunt similia, stan- dum

dūm est similitudini, nisi dissimilitudinis ratio reddatur: unde tunc neganti similitudinem incumbit onus proban- di. Ita not. dicit Specu. in d. tit. de disputa. & alleg. in S. post hoc, circa prin. & uolunt. Io. An. Pan. Io. de Imo. & DD. in d. c. translato". Debet ergo aduocatus illius cōtra quem allegatur aliqua esse similia esse vigil, ad ostendendū dissimilitudinem: prout facit Papa in d. c. p. uenera bilem, S. verum, qui est tex. ad hōc nota. Nec sufficit allegare aliquam dissimilitudinem in genere, sed debet es- se dissimilitudo in eo ad quod fit cōparatio vt benē declarat Pan. in d. c. translato : & ratio huius est, quia in materia extensio fatis est, q. militet eadem ratio deci-  
sionis, licet etiam aliquo respectu minor sit ratio in casu ad quem fit extensio: tex. est no. in l. 2. S. ex his, iuncto S. præc. & ibi Soc. in 1. no. ff. de uerbo. ob. quod tene me- ti. Nec obstat, q. hæc est negatiua; quæ probari non po- test, c. bone. i. de elect. c. quoniam contra falsam, de pro- ba. & l. actor, C. de proba. cum simi. quia illud procedit in uera negativa, sed ista non est huiusmodi. Imo est negatiua pregnans includens in se affirmatiā hanc, s. quod est dissimile, ergo debet probari per negantem, cap. h. p. hoc, ubi bonus tex. de renunc. & talis negatiua ita bene potest probari sicut affirmatiua, & pariformiter quilibet negatiua coarctata loco, & tempore: ut singulariter decla-  
rat Felin. in c. in nostra, de testibus. Et istud t̄ argumentum à simili ( si benē sumatur iuxta modum iam dictū ) est forte: alias est multum fragile, claudicans, ( vrita loquar ) uno pede: quod ex eo prouenit, quando nou est similitudo in eo, ad quod fit comparatio. Pro quo ul- tra iura suprà allegata facit tex. cum gl. in l. & ibi Pau. de Cast. not. C. de inoffi. test. & tex. cum glo. in l. fin. & ibi etiam Pau. de Cast. notat. c. communia utriusque in- dicij. Et generaliter naler hoc argumentum à simili, quo ties duo a lege, uel canone equiparantur; tunc n. statutū, uel dispository in uno extēditur ad reliquum, et in penalibus, ut est glo. not. in c. si post quam, S. 1. & S. fine de electio. lib. 6. & in exorbitantib. a iure cōmuni, ut est gl. in uer. facile in l. si quis feruo alieno suaferit, C. de fus-

136 tis, & in i. quod uero contra, ff. de legib. quod teneas me  
te. Et procedit † hoc argumentum a simili etiam in con-  
tractibus, l. 2. & ibi Bal. not. C. de actio. & oblig. & in statu-  
tus, & consuetudinibus, d. l. de quibus, & uult Barto. in  
l. non dubium, C. de legi. & Panor. in d. c. translato, circa  
fi. ubi dicit, hoc esse not. & menti commendandum. Et  
(quod fortius est,) procedit etiam in maleficijs, & pœ-  
nis maleficiorum: ita nota. dicit Bald. in d. l. si quis non  
dicam circa prncip. & est tex. melior de iure in cap. 1. §.  
porro, & sequenti, quem ibi ad hoc not. Bal. & post eum  
Aluaro. in tit. que fuit pri. cau. bene. amit. in usibus seu  
& est glo. not. uersi. dicamus ita, in d. c. si postquam. §. 1.  
& §. fi. Vnde dixit Bal. in l. 1. C. de interd. q. stante statu-  
to, q. percutiens aliquem in platea, amputetur, & ei ma-  
nus, tale statutum habebit locum in eo qui per-  
cutit in palatio priorum ubi est maior ratio: & si statu-  
tu punit percutientem in gula, habebit locum in percu-  
tiente in mammilla sinistra, quia quod ad periculum est  
locus similis, imo maius periculum est secundum eum:  
quod nota. Hoc tamen uolo te nō ignorare, quod simili-  
tudo quandoq. est probabilis, & necessaria, puta qn lex  
facit assimilationem d.l. pen. ff. si quadrupes paue. fe. dic.  
cū sim. quandoq; autem est probabilis \* tantum, puta qn  
index, uel aduocatus facit assimilationem personæ ad p-  
sonam, uel rei ad rem, uel facti ad factum. Ita nota. dicit  
Bald. in l. data opera, C. qui accu. non poss. subdens † q.  
ubi duo sunt similia, magis simile est eligendum, alle-  
gans not. per Docto. in d.l. de quibus, de quo ultimò ui-  
de, q. dicam latius n.f. in loco a ratione legis larga ampla  
seu generali, ad extensionem ipsius legis circa fin. Et p-  
hunc arguendi modū dixi alias in qu. facti q. spurius pot  
per patrem institui heres dummodū graueretur alteri pu-  
re restituere, fraude cessante: quia spurio hodie possunt,  
imo debent per parentes relinquiri alimenta, ut tex. in c.  
cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul.  
& sic spurius p̄t hodie aliquid capere à parentib. sicut fi-  
lius naturalis tantum, cui in hoc spurius hodie xquipara-  
tur, attēta dispositione iuris canonici, de qua suprà: cui  
quidem

**ADD.**  
\* Proba-  
bilis. Si-  
militudi-  
ne in tria  
genera di-  
stribuit.  
Bald. in  
l. data C.  
q. accus.  
non pos.  
uersi. hec  
malef. P.  
Pras.

137 quidem iuri canonico fundato in iure naturali, & xequita-  
te standum est hodie in ntroq; foro, secundum Host. An-  
to. de Bu. Panor. & DD. in d. c. cum haberet, & Nico. de  
Vbal. in tra. & succes. ab intest. circa quartam speciem li-  
berorum: modò regula est q. qui aliquid capere potest, li-  
cet solidum capere non possit, potest institui, & grauari  
alteri pure restituere: ut est tex. in l. cogi, §. hi qui solidū  
ff. ad T reb. & exemplificat ibi gl. 1. in filio naturali. Cum  
ergo spurius hodie possit aliquid capere à parentibus, &  
xquiparetur in hoc filio naturali, d. c. cūm haberet, ergo  
&c. & ita in specie determinant Ang. & Io. de Imo. in l.  
in tempus, ff. de hær. insl. & idem Ang. in l. 2. C. eo. titu.  
& Alex. de Imo. in d. §. qui solidum. Ex quo patet, q. li-  
cet decisio gl. in l. eam quam circa fi. C. de fideicō. sit iuri  
dicat: DD. ponentes ibidem exemplum in capace in to-  
tū in spurio, errant per inaduentiam, habentes solum  
respectum ad ius ciuile, vetans spurijs à parentibus et ali-  
menta relinquiri, Auth. ex complexu, ff. de inc. nupti. in  
Auth. qui mod. nat. effi. sui, §. fi. & non re/pacientes ad  
ius canonicum, de quo in d. c. cūm haberet, cui standi est  
ut pdixi: quod nota, quia aliqui duræ ceruicis hoc capere  
non potuerunt. Hoc tñ quod dixi suprà post Bal. assimila-  
tionē † q. fit per legē esse probabilis, & necessaria, intelli-  
go procedere, qn est facta assimilat jo per legem in eadē  
materia, saltem in genere: securis si in diuersa. Itē qn est fa-  
cta assimilatio, parificatio, seu xquiparatio communiter  
seu generaliter in omnibus: securis si vno casu tantum: qd  
declara, ut benè declarat Ant. de But. in rep. c. fi. de con-  
sue. in 6. fallentia, & Lanfrancus in rep. l. si uero, §. de ui-  
ro. ff. sol. matr. in 5. conclusione interpretationis exten-  
siue: quod nota. quia ualeat ad multa, & uide quod di-  
cam infra in loco à ratione legis larga, ampla, seu genera-  
li ad extensionem ipsius legis, in 2. casu principali. Causa  
tamen, ne erres, quia licet hac argumentatio à simili sit  
multum frequens, utilis, & probabilis, tamen non pro-  
cedit in 10. casibus. Primò enim non † procedit in casi-  
bus expressis per se in iure. Pone exemplum in c. 1. de so-  
lu. ubi successor in beneficio xquiparatur hæredi quoad  
solutio-

solutionem debitorum per defunctum contractorum tamen, quatenus contracta sunt in necessitate uel utilitatem ecclesiarum, non alias: & ratio diversitatis ponitur ibi per Ioan. An. Pan. & Io. de Imo, qui ceteris clarius loquitur, non ergo potest in distinzione argui ab herede ad successorem in beneficio, sed solum ualeat argumentatio in his in quibus a iure equiparantur, non autem in his in quibus a iure diversimode statuitur, non autem in casu d.c. 1. de solut. & simili. & ratio istius est, quia casus prouisus & expressus facit silere & cessare tacitum, l. fin. C. de part. con. Argumentum autem à simili uenit ex conjectura, ut uult Bal. in d.l. data opera, sicut argumentum à contrario sensu, ut uult gl. & Bal. in l. apud antiquos, C. de furt. nil mirum ergo, si cesseret, quando contrariū illius quod fuerat inferendum per argumentum à simili, est clare in iure expressum & decisum, quia in incertis, non in certis locus est conjecturis. l. continuus, §. cum ita ff. de verb. obli. Et ad hoc quod argumentum à simili procedat, requiruntur duo extrema habilia, scilicet extremū, à quo, quod debet esse certum & extrellum ad qđ, quod dicit esse dubium, l. in testamento. ff. de cond. & dem. & l. comparationes, C. de fi. instr. & uult Bal. in d. l. data opera, & idem Bal. in d. capitulo inter ceteras, circa fin. quod no. Secundo non procedit, ubi tractatur de legum correctione, Ita notab. dicit Bald. in d.c. inter ceteras, per no. in Aut. quas actiones, C. de sacros. eccl. & idem ante eū uoluit Bart. in d.l. non dubium, & Pan. in d.c. translato circa fi. in quibus locis dicunt, idem esse in statutis, & consuetudinibus, per l. de quibus suprà alle. quod Pan. illuc dicit esse notabile & menti tenendum: de quo articulo quotidiano uide, quod dicam latius infra, in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionē ipsius legis, in primo calū principali, ubi reperies satis plenē. Tertiò non procedit, quando statutum imponeret pœnam, habito respectu ad priuilegium aliquius personæ: quia tunc nulla potest fieri extensio: Ita dicit gl. singul. in §. item mixta, super uerbo in iudicium, Inst. de actio. gl. quam ad hoc notat: & ualde commendat Bal.

in

in d. s. porrò, & post eum Prepo. ibidem, & sequitur Fel. in d.c. translato, & in d.c. 2. de spon. & sentit Bal. in d.c. inter ceteras, licet d.g. non alleget. Quartò non procedit, quando datur dissimilitudo etiam parua: Ita dicit Ant. de But. in rep. d.c. fi. quem omnino uide, & voulent 12 Doc. in d.c. translato, & dixi suprà. Optimus tamen modus tollendi hoc argumentum à simili est per dationem instantiæ: hoc probatur in d.c. sicut urgeri, & ibi gl. tangit, & est tex. pulcherr & ibi Pan. not. in c. cum Martha, in princ. de cele. miss. & bonus tex. in §. paonii in uersi. Nec ad rem pertinet, Inst. de rer. divini. & Inst. de reb. corp. & incorp. Et faciūt no. per Pan. in c. at si clerici, in §. de adult. de iud. Quintò non procedit, quando lex, uel dispositio est odioſa, & in ea est dictio taxativa: quia tunc propter similitudinem non infertur ad similem casum odioſum: & de hoc est tex. iuncta gl. in l. 2. C. de pat. q. fil. dist. Et uult Bal. in d.l. illud, & idem Bal. in l. fi. C. de interd. mat. in noua lect. & ibi ēt Alb. de Ros. & sequit Fel. in d.c. translato, & in d.c. 2. de quo uide quod dicā latius infra, in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali ad extensionem ipsius legis, in 2. calū principali. Sexto non procedit, qđ effemus in materia priuationis: quia pœna priuationis non imponitur, nisi lex expresse dicat gl. est not. in c. fi. de iur. pat. quam ibi commendat Pan. & est bonus tex. qui non confuerit ad hoc allegari in §. cūm igitur, ncrs. fin. aut. in Auth. de nō elig. sec. nub. quē ad hoc ponderat Bal. in Authen. ex testamēto, in 9. lect. C. de fec. nup. ubi per hoc decidit notab. q. sequitur Fel. in d.c. 2. & in d. translato, licet corruptè alleget Bald. de quo articulo uide latè per Ias. in l. 1. C. de trāf. Septimò non procedit, quando in dispositione diceretur, qđ uerba intelligantur ad literam prout iacēt: Ita not. dicit Bal. in d.l. 2. C. de pat. qui fil. dist. & sequitur Fel. ibi sap. Sicut enim tuac non habet locum argumentum à contrario sensu, ita nec argumentum à simili, cum utrōbīq; ueniat ex conjectura, ut suprà dixi. Octauò non procedit, quādo in aliqua parte ledereatur ius naturale: Ita not. dicit Bal. in c. 1. ante fi. in tit. An agn. vel fil. aqua. iusib. feu.

Vbi

Vbi per hoc decidit notabilem & quotidianam q. & cu sequitur Paul. de Cast. in l. leg. 12. tab. C. de leg. hær. ubi etiā Bal. in effectu idem dicit, & Feli. ibi sup. Non nō procedit, quando lex vel statutum non habet in se aliqu rationem, nisi quia ita placuit statuenti, test. hēs. & exemplum in l. prospexit. ff. qui & a quibus quod optimè declarat Bar. in l. 3. in noua lect. C. de iur. dot. quem omnino vide, & sequitur Feli. ibi suprā. Decimō non procedit, quando per argumentum à simili uellemus extenderē, uel trahere legem retro ad præteritam. gl. est not. in p. detestanda, de concess. præb. lib. 6. quā refert & sequit Bal. in c. 1. ante si. in tit. An. nra. sūc. a. o. benef. in usib. Et Felin. ubi sup. Postremō nō te scire, & memorie commendarē, q. argumentum à simili, uel ab identitate rationis, nō cadit directe in sensum testis, sicut nec argumētū à contrario sensu: quia ista consistunt in peripac cia intellectus, testis autē debet depōnere de his quae p. cipit sensu corporeq. Ita notab. dicit Bal. in l. conuenticula, in fin. C. de episc. & cler. ubi recurre, que omnia cōmenda memorie, tanquam pulchra, utilia, singularia, & quotidianā.

## LOCVS A PARI.

- 1 Argumentum à pari frequens, & utile.
- 2 Parium eadem est natura & potentia.
- 3 Pena eadem punitur faciens contra mentem regis tantum, que faciens contra uerba & sententiam.
- 4 Dominij translatio ubi cuncti impeditur, & usucapiendi condi.
- 5 Regula correlatiōrum est regula parium. (tio.

**C**ongruenter subiectitur hic locus à Pari, quē inter alios locos legales ponit Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cle. A quo sumptum t̄ argumentum nedum est p. bibile, sed fortē, vtile, & ualde. frequens. tex. est not. in l. si sacer à genero, in pri. & ibi gl. & Bal. not. ff. sol. mat. & tex. in l. Pomponius scribit si negotium, in uer. & quemadmodum, & ibi ēt gl. & D.D. no. ff. de neg. geit. & tex.

& tex. in l. de quibus, circa fin. & ibi Ang. declarat in 6. notab. ff. de legib. & pulcher tex. in l. si de eo. §. fin. & ibi gl. Pau. de Cast. Io. de lmo. & D.D. t̄ agunt. ff. de acq. pos. & tex. in l. 1. §. ueteres, illo eo. tir. & ibi gl. uulgata dicit, q. a si nū intumescit q̄m uidet se à compare comprehēdi. Vnde uulgō de rebus nūlīl. inter se distantibus dicit, solet, Attio. idem quod Tr. ius esto ut refert A. Gell. l. 3. Noct. Atti. c. 16. auctor autem in Chil. alio detorquet. Et pōt argm̄ à parisu m̄ tr. pl̄iciter ut dicit Bald. in A.D.D. d.l. conuenticula in uerbi. item est argumentum à pari. \*Tab. Hu. 2 Vno modo sic. Parium t̄ eadem est natura, uel sic. Pariu legis eadem est potentia, & non maior, uel sic, A pari potētia meminit cause, par effectus procedit: uerbis suprā allegatis. Et i- idem Ci sto argumentum à pari utitur gl. in c. unico, de gta. & qua. cero in ord. li. 6. Bal. & Pau. de Cast. in l. aduersus, in pulchra q. Ora. pro c. si aduersus rē iud. Alb. de Ros. in 2. par. stat. q. 2. in quo Cecima tidiana q. & idē Alb. in quotidiana q. in Auth. nonissima & M. l. p. C. de inof. te. & Mathefi. in pulchro casu, no. 191. & me in Epist. minit gl. in l. nam potest. §. si si qui temporali, ff. de jure. in. 19. iur. & DD. s̄pē alibi. Et de isto pulchri ponit exemplū. Sed inf. Cicer. in Topicis, & post eum clariss. ibidem Boetius. E- capione exemplū at tale est ex l. 12. Tab. \* vsls & auctoritas fun transformib. ienniū, esto, ceterarum Vsls annuūs esto. Porrò de mandam, exdibus āt nihil dicit lex, undē diuabitatur de exdibus an & eiusē usucaperent biennio, uel anno uti res mobiles, & conclu- pora pro dunt, q. usucapiūt biennio: quia sunt res immobiles. si- ducenda cut fundi, subiungētes rōnem, q. a. equitas paribus in cau- sanxit. In sis paria iura desiderar, q. not. Hinc ēt est, q. eadē t̄ p̄gna sit. l. 1. punitur faciēs contra mentē seu s̄niām legis t̄m, qua pu. C. & usuc. nitur faciēs contra s̄niām & uerba legis. l. nō dubium, de trāform. legib. cuius non est alia ratio nisi quia facere contra uer. Huius. ac ba & sententiam legis, & facere contra sententiam legis loci exem. tantum, sunt paria, d.l. non dubiū, & l. contra legem, & l. p̄la passim. fraus, ff. de legib. Sicut econtrario, facere secundum uer. in iure ba legis, & secundum s̄niām & facere secundū sententiā sparsa qf legis tantum uerbis nō seruatis, sunt paria l. nominis, & que fibi rei. §. uerbum ex legibus, iuncta gl. ff. de uerb. sign. & no colligat. tant Dy. & alij in regula, Certum, de reg. iur. lib. 6. Qd. Prat. igitur

Igitur dicitur in uno ex parificatis, merito locum haber in alio, per hunc locum à pari. Hinc etiam est, qd disposita à iure in causa redēptionis captiōrum, locum etiā sibi vēdican in causa alimētorum: quia causa redēptionis captiōrum, & causa alimentorum iudicantur à pari gl. est not. in l. sancimus 1. & ibi eam valde commendat Bal. & sequitur Sal. C. de sacros. ecc. Et idem vult gl. 12, q. 2. in summa, quam refert & sequitur Pau. de Cast. in d. l. sancimus. Ex quo sequitur primō, qd sicut res ecclesiæ possunt, & debent alienari pro redēptione captiōrum: ita etiā pro aliimentis pauperum. Itē ex isto sequitur secundō, qd sicut in donatione, quā sit fit pro redēptione captiōrum non requiritur insinuatio: ita nec in donatione, quā sit pro aliimentatione pauperum. Ex isto ēt sequitur tertio, qd ubiqū; t̄ impeditur translatio dominij facta traditione per verū dominium propter errorē vel alia seclusa autoritate iudicis, ibi etiā impeditur usū capiendi conditio, cūm h̄c sint conuertibilia, & iudicetur à pari, l. clauib. ff. de contrahē. empt. & ita concludunt Sal. Pan. de Cast. Alex. Ias. & Doct. in l. 3. §. subtilius. ff. de con. cau. dat. & idem vult Bar. & Doct. in l. Pomponius. §. f. ius. ff. de acquir. pos. & Bart. in l. non solum. §. si mihi. ff. de vusū cap. & ita communiter tenetur, quicquid dicat glo. in d. §. subtilius, quē cōiter reprobatur, quod nota. Hinc etiam bona est argumentatio à dispositis in ecclesijs cathedralibus ad regulares, & econtra p. hunc locum à pari. c. ne pro defectu. de elect. & c. cupientes, eo. tit. libr. 6. nisi alter expreſſe decisum reperiatur, vt est text. cum gl. in c. quanquam, de elect. lib. 6. qd nota. Illud autem certum est, qd argumēntum à pari semper procedit in correlatiis: quia regula t̄ correlatiōris est regula parum. l. Julianus. §. si procurator in f. ff. de act. empt. quam legē ad hoc notat Bal. in l. cūm te in Gallia. C. si cer. pet. Postremō uolo te scire, qd aliquādo est reperire identitatem rationis inter duo, & tunc procedit argumentum à simili; de quo suprà loco proximo quia vbi est cadem, vel major ratio: ibi debet esse idem ius & cadem juris dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aqui. & l. à Titio.

à Titio.

à Titio. ff. de verb. obli. Interdum autem est rēperire paritatem potentie causē, & tunc procedit argumentum à pari. de quo hic: Interdum autem sit similitudinis seu idē titatis collatio. & tunc procedit argumentum à proportione. de quo inf. in loco à proport. quod nota: & vide de quod dixi sup. loco proximo, & quod dicam infra in loco à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensōne ipsius legis, in z. casu princ.

1. S. id de quo minus videtur inesse inest, & id de quo magis.
2. Argumentum à minori, & argumentum à maiori unde sumantur.
3. Incrementū allusionis an accrescat & acquiratur emphyteuta.
4. Argumentum à minori quando non procedat.
5. Propter quod unumquodque tale, & illud magis.
6. Quicquid est causa cause, est causa causati.

Effert se nūc locus à Minorī, seu fortiori, à quo sumptū argumentum est fortissimum, frequens, & vrile. Et formatur dupliciter, semper tamen constructiū seu affirmatiū. Vno modo sic. Si id de quo t̄ minus videtur inesse inest, & id de quo magis. text. est elegans in l. fin. iuncta gl. & ibi habetur per Io. de Plat. C. qui cōate, lib. 10. & bonus text. in c. cum in cunctis, in princ. & ibi gl. Io. An. Panor. Io. de Imo. & Can. notant, de elect. & tex. in l. 3. C. de cond. indeb. in l. si quando. C. de testib. in l. si non singuli. C. si cer. pet. & tex. in Aut. multò magis. C. de sacr. ecc. in c. si dominus, & ibi gl. not. de sim. & in l. 1. §. sed consulto, & ibi gloss. ff. de his, quid in test. del. & tex. in l. q. pignoris, & ibi Io. de Imo. not. ff. de acq. poss. & in §. illud quoq; i Aut. vt deter. sit nucle. & in l. pe. in f. ff. si quis caut & in l. 2. §. quēdam, iuncta gl. ff. de interd. & tex. in c. quēdam modum poss. princ. de iure iur. & in c. inter corporalia in prin. & ibi Aut. de Buit. notat, de trās lat. episc. & in c. quēcta, & ibi Archi. not. 1. 3. q. 2. & tex. in §. filiu-

§. filius fa. in fin. & ibi Bal. not. Inst. quib. mo. ius pat. po. fol. & tex. in c. dilecto, circa fin. de sent. excom. lib. 6. & in c. quanquam, & ibi Philip. Fran. not. de censib. eo. lib. & in l. vnicā. §. 1. C. de rei vx. a. f. licet gl. ibidem per inaduertentiam illud baptizatā maiori, que in hoc reprehenditū ibi, per Cy. & Sal. cum curiali quadam saluatione, quos omnino vide, ne in eundem errorē incidas. Et isto argumento à minori vtitur salvator noster Iesus Christus Math. 7. Io. 13. & sēpē alibi, & Pa. Apost. 2. ad Cor. 3. & ad Rom. 5. Eo etiam vtitur gl. in l. 2. C. de patri. qui fil. distraxe, & gl. in Auth. vt non fiant pig. §. 1. super verbo formam, in fi. & gl. in l. vnicā, C. de mul. qui ser. prop. feiunt. Isto argumento etiam utitur Pau. de Cast. in l. si filius, C. de neg. gest. & Pet. de Anch. in rep. reg. Accessorium, in 6. quæst. de reg. iur. lib. 6. Et Philip. Fran. in quotidiana q. in Rub. de testa. lib. 6. Et meminit Zasius in gl. sua noua super l. tripli. ff. de verb. fig. Eo etiam vtitur Io. Andr. in regula In toto, & in reg. In pari, & in reg. Nō est obligatorium, & in reg. Non debet aliquis & in regula. Non licet, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. in quibus locis repertus, per hunc arguendi modum plures quotidianas 2 quæstiones decisas. Et sumittas iste † arguēndi modus à minori, ab eo in quo est minor ratio, ad id in quo est major ratio: vt patet iurib. suprà alleg. & ergo rectè appellatur à minori, & etiam à fortiori. argumentum autem à maior, de quo infra loco proximo, sumitur econtra, ab eo in quo est maior ratio, ad id in quo est minor ratio: vt videri potest in iurib. illic alleg. Et fundatur istud argumentum à minori in illa vulgata regula, Cui licet quod est plus, licet vtiq; quod est minus. Et istud argumentum à minori est fortius, quam argumentum à simili. quia quæ libert probatio est fortior quam illa, quæ sit à simili. §. si vero nullus, iuri Authē, de ialtiu. caute. & fid. Imò istud argumentum à minori est necessarium, & nunquā fallit, secundum Salic. i. l. 1. C. de iure emphyt. & habet locum in statutis permisissis: tex. est not. in l. nec in ea. §. ius occidendi, cum ibi not. per Bar. ff. de adul. & in l. relegatorium. §. interdicere, & §. seq. cum ibi no. per Bar. ff. de interdict.

terdict. & rel. & vult. Cyn. in l. 1. circa fin. C. quæ sit lög. consue. Vnde si uigore statuti liceat occidere bannitum, uel adulterum, fortius licebit uerberare, uel vulnerare, iuribus præal. & si licet occidere, licet & capere, secundum Bal. in l. fi. C. de exhiben. reis, ubi magistraliter loquitur. Item per istud arguendi modum Alber. de Rosate, Ang. & Laf. in l. de quibus, ff. de legibus, & Salic. in d. l. 1. C. de iure emphyt. & Ant. de Butr. in rep. cap. fin. de consuet. decidunt quæstionem illam pulchram, & quotidianam, An incrementum † alluvionis accrescat, & acquiratur emphyteuta, necne: & post multa concludunt, quod sic, instar vſufructuarii, cui incrementum alluvionis accrescit, l. item si fundi, §. huic vicinus, ff. de vſufructu arguendo a minori, ut uidere poteris per eos. Hinc etiā est, quod si per statutum excludatur filia a successione paterna extante filio masculo, fortius excludetur neptiss. Ita sing. uolunt Bal. Pau. de Cast. & Io. de Imo. in l. si uero. §. de viro, ff. solut. mat. & idem Bal. in l. q. uero cōtra, ff. de leg. & in l. 2. C. de in ius vo. & Bal. & Pau. de Cast. in l. maximū, C. de lib. præt. Istud argumentum à minori etiam habet locum in prohibitiis, delictis, f. & pœnis eorum, l. si quis nos dicā rapere, & ibi Bal. in 2. no. C. de episc. & cler. nam si punitur attentatum, multò fortius consummatum, per d. regulam. Si id de quo minus videtur ineffe ineft, & id de quo magis iurib. suprà alleg. & ad hoc sing. facit lex, si adulterium cum incestu. §. liberto ibi, cuius famæ, multò magis vita parcedū est. ff. de adul. cum ibi no. p. Dy. Bar. Alb. de Ros. et alios. hinc et singulis dicit Matr. in no. 135. q. non licet occidere, vel vulnerare suum nocturnum, pro vitando periculo perditionis rei vilis: Si enim parcitur fa ma hominis pro re vili, quia nō datur actio de dolo, l. si oleum, §. si. cum l. seq. & seq. ff. de dolo: multo fortius uita hominis parendū erit pro re vili, & allegat d. l. si adulterium cum incestu. §. liberto limitans hoc modo omnia iura permittentia forem nocturnum occidi pro evitando periculo rerum, ut ibi latius per eum. & hoc dictu referit & sequitur Laf. Inst. de act. princip. quod nota. Et istud argumentum à minori nedū

est probabile, sed etiam necessarium in delictis, quæ tendunt ad eundem effectum, secundum Io. Andr. in reg. odio, de reg. iur. lib. 6, in Merc. d.l. si quis non dicam: in aliis autem licet posset esse probabile, non tamen est necessarium, secundus eum. Non procedit tamen hoc argumentum à minori, quando id quod minus videtur, est in veritate maius eo respectu, quo ius plus illi resistit ex causa glo. est not. in Cle. fin. sup uerbo, defensor, de reb. eccl. non alie. quam ad hoc ponderat Pau. de Cast. in d. Aut. multò magis, & idem est de mente Hosti. & Præp. in c. per uenerabilem, qui fil. sint legi. vbi dicunt, q. tūc procedit istud argumentum à minori, quando minus continetur sub maiori, ut species uel pars, d. reg. cui licet, & alijs iuribus suprà in principio allegat. alias secus. nam quis potest dare equum magnæ affirmationis, qui non posset dare capram? ut est tex. in §. præterea si quis, Inſide actio. item multi possunt maiora, qui non possunt minora, iure, consuetudine, uel priuilegio repugnantibus, secundum eos, & idem uult Car. in cle. ne Romani, in 4. oppo. de ele. & idem est de mente Dyn. in reg. Plus semper, de reg. iur. lib. 6. vbi plura alia reperies exempla. Nō procedit etiam hæc argumentatio à minori, quando quis arguere uellet in exorbitibus à iure communi, de permisso ad non permisso, etiam si forent minora. Ita not. dicit Io. An. in pulchra, & quotidiana quæſtione, in reg. que à iure, circa ſi. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. Nec etiam habet locum hic arguendi modus à minori, uel etiam à maiori in penalibus, identitatis rationem in ſe nō habentibus, nec in ambitionis de ſe non penalibus: ita dicit gl. no. in uer. est censendum, in extrauā. Antiquæ concerationi, de uoto & sequitur Hen. Boich in c. coniugatus, de conuer. con. quod tene mēti. Non procedit etiā hæc argumentatio in casib. in quib. fallit d. regula, cui licet: ex quibus annotati quatuor infra in loco à ratione legis larga ampla seu generali: ad extentionem ipsius legis, in primo caſu principali circa principium, quos omnino uide, quia declarant hanc materiam. Et generaliter non procedit hæc argumentatio in reſtringibilibus, ita

not.

not. dicit Io. And. in addit. ad Spe. in tit. de actio. & peti. in §. Super petitionibus, in addit. mag. circa med. quem refert, & sequitur Pau. Caſt. in couſi. 340. incip. hæritas. Secundò istud argumentum à minori formatur aliter sic. Propter t. quod unumquodq; tale, & illud magis, d. Auth. multo magis, & ibi Bal. & Pau. Caſt. not. & est tex. iusta glo. in Cle. unica, in princ. de reli. & ve. ſanct. & ibi. Card. not. & tex. in c. cum Marthę, poſt princ. de ce. miſ. & tex. in L. ex diuerso, §. 1. & ibi Bal. Io. de Imo. & Alex. not. if. ſol. matr. Et iſto argumento utitur Io. And. in reg. ſine culpa, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. in illa pulchra & quotidiana q. An filius naturalis tantuſ primò natus, & deinde poſt nativitatem filii naturalis, & legitimus, preferatur filio naturali & legitimo, ut p̄t mogenitus, nec ne, vbi recurre. Iſto argumento utitur etiam loan. And. in c. ſanè, de cel. miſ. in illa pulchra q. An malefactor confugiens ad uenerabile sacramentum delatum per ſacerdotē in platea, gaudeat immunitate, qua gauderet, ſi ad eccleſiam cofugiffet: & decidit: quod ſic arguēdo à minori, per d. regalā, propter quod vnu. quodque tale, &c. Et ante cum hoc uoluit ibi Host. & ſequuntur Card. Petr. de Anch. & Pau. quos uide, quia pulchrè loquuntur, & vide etiam Corſetum in ſing. 62. De captiuo autem recipiente uenerabile sacramentum, an per hoc fit tutus à manu iudicis ſecularis, commu- niter concluditur q. non, vt videre poteris per omnes in d. c. ſanè, & per Arch. in c. quæſitum 13. q. 2. & hoc eſt te- nendum, quicquid dicat glo. in d. c. quæſitum, que & in hoc, & in preceſcenti caſu tenet contrarium, ſed commu- niter reprehenditur per Doct. in locis preal. & per Rom. ſing. 339. Iſto argumento etiam utitur Bald. in L. affinitatis, C. commu. de ſucces. ubi per hoc ſing. dicit, q. itante ſtatuto, q. affines cogantur ad compromiſum, li occur- rat quæſtio inter viurom & uxorem, licet non ſint affi- nes ſed principium affinitatis, cogantur ad compromiſum per d. reg. Propter quod unumquodq; tale, &c. & idē uult Sali. in L. idē minus, C. de hær. iniſi. & Pau. de Caſt. in L. 1. C. vnde viu & uxor. Nec mirum, quia tale

K 2 sta-

statutum est favorable, ergo extendendum ut in singula  
ri casu consuluit Pet. de Anch. in consilio 187. incipiens  
in Christi, & capud me quæstio ista dubitabilis est, &c.  
Hinc etiam est, qd quia propter Ecclesiam interdicta est  
alienatio honorum ecclesiæ, ergo multò magis interdicta  
est alienatio ipsius ecclesiæ, d. Auth. multò magis, vbi de  
hoc est causa. Hinc etiam est, qd municipium restituitur  
aduersus sententiam contra se latam, quia absens pro suo  
municipio restituitur l. i. C. ex quib. cau. ma. ergo fortius  
ipsum municipium, arguendo à minori per d. reg. Pro-  
pter quod vñ quodque tale, &c. & ita decidit Paul. de  
Catt. in d. i. & Bar. Bal. Sali. & alij in l. respublika, illo  
eo. tit. & Doct. sepè alibi. Hinc etiam est, qd quia sacer-  
habet beneficium ne conueniatur vltra qd facere possit  
propter filiam, quia loco parétes habetur, & ei reuerteria  
debetur, ergo multò magis filia, quæ dote promisit ma-  
ritto, huiusmodi beneficium vel priuilegium habebit, d. l.  
ex diuerso. §. i. quem communiter Doct. legunt sub l.  
rei indicata, & ibi Cy. Bal. Io. de Inol. Alex. & Doct. no.  
qd illud quod repertur in secunda causa, multò fortius:  
etiam repertur in prima: nec mirum, quia omne ius poten-  
tius est in causa, quam in causato, & t quicquid est causa  
cause, est causa causati, l. manu missiones, & ibi Bal. no. ff.  
de iust. & iur. & idem pleniū in c. i. quib. mo. feu. amit. in  
principi in vñib. feu. Hinc et est, qd quia actio serui corru-  
pti vñilis filio corrupto datur pari, l. vt tantum. §. i. ff. de  
seruo corrup. fortiori ratione dabitur ipsi filio corrupto,  
maximè patre absente, per d. reg. Prepter quod vñum  
quodque tale, &c. & ita decidit Iac de Rauen. Pet. de  
Bel. Pe. Ang & alij in. §. omnes autem in ver. in duplum,  
Instit. de aet. quæ omnia commenda memoriæ, tanq; pul-  
chra, vñilia, singularia, & quotidiana: & vide quod dicam  
infrā loco proximo.

## LOCVS A MAIORI

- 1 Argumentum à maiori procedit de fructu seu negative.
- 2 Locum habet in delictis, & panis delictorum.
- 3 Fur nocturnus pro re vili occidi non poterit, cum pro vili nō de-  
sur attiv.

Com-

Commodissimè nunc subsequitur locus à maiori,  
quo sumptum argumētum est forte, frequēs & vtile.  
Et formatur destruetu, seu negatiue rātum, hoc mō. Si  
id de quo t magis vñ inesse, nō inest: nec ēt id, de quo mi-  
nus, c. licet vñiuersis, & ibi gl. in uerb. multò minus de-  
test. l. nec ex uera, C. de acq. posse. & l. i. C. de neg. gest. l.  
cer gl. & Pau. de Catt. ibi dicant, & male, qd illic sumitur  
argumentum à minori. Vnde si rex, non pōc expugnare  
castrum, ergo nec miles: quod enim non licet maiori, non  
licet minori, c. si ergo, & ibi glo 7. q. i. & c. si Paulus, & ibi  
etiam gl. 32. q. 5. & no. per gl. Ioan. An. Panor. & Docto.  
in c. cum in cunctis, in princ. de eleſt. & optimē facit l.  
qui in dignus, cum ibi no. per glo. Alb. Docto. ff. de sena.  
Et isto argumento à maiori utitur Saluator noster in  
Euang. Luke 16. in fine, & Paulus Apost. 1. ad Timo. 3.  
c. & Pau. Iuris. in l. Julianus veram debitorem, ff. de cōd.  
ind. secundum vnum intellectum illic commemoratum  
per gl. & Doc. Hoc argumēto utīt ēt summus Pontifex  
in d. c. licet vñiuersis, & Imperatores Diocletianus &  
Maximianus in l. quicunque, in f. C. de fid. inst. & iu. ha-  
fis lib. x. Eo etiam utitur Imperator Instin. in Aut. ut de-  
ter. sit nu. cle. circa med. & gl. in l. i. C. in quib. cau. in in-  
te. rest. non est ne. Et Pan. in q. inci. Ep̄s, & quidā rector.  
& Io. An. in reg. nō est sine culpa. de reg. iu. lib. 6. in Mer-  
cu. in illa q. An. testis, qui non iuratus sē immissuit feren-  
do testimonio & falsum depositus, teneatur pena falsi. &  
Io. de Imo. in l. si sacer. §. Lucius, ff. lo. ma. & Bal. in l. f. §.  
& si prefatam, in pulchra q. C. de iu. deli. & Pirrhus in  
l. uni. C. de stud. lib. vrb. Ro. lib. 1 i. & Doct. sepè alibi. Et  
istud argumentum à maiori haber locum ēt t in delictis  
& peccatis delictoru secundum Bal. in l. si quis non dicam  
in princ. C. de epis. et cle. Vnde benē valet consequen-  
tia, si non puniatur delictum consummatum, ergo nec  
etiam attentatum: et si non licet vulnerare, ergo etiam  
non licet occidere, secundum Bal. loco predicto. Hinc e-  
tiam est, qd libertus, qui nō debet lacescere famam patro-  
ni sui, nō potest cum in adulterio cum uxore deprehen-  
sum occidere, quia cuius famæ, multò magis uite par-  
cendum

K 3 cendu

cedum est. Ita singulariter hoc argumento usus decidit Papinianus, in l. adulterium cum incestu, s. liberto, ff. 3 de adulterio. Hinc etiam est, q. fur nocturnus t pro re vili occidi non potest, nam cum pro re vili non detur actio famosa, l. si oleum, ff. de dolo: multo minus ergo poterit occidi, arg. d. s. liberto: & ita per illum texum singulariter decidit Mare, in not. 135, limitans hoc modo, l. furem ff. ad leg. Cor. de fice: & alia iura vulgar. de pena furum nocturnorum loquentia, de qua ramen poena furum unde magistratiter lo quentem Gessium libr. 1. capite 18. vbi plene reperies. Hinc etiam est, quod si per statutum filia dotata non succedit patri ab intestato, extantibus filiis masculis, nec est nepos ex filia succedit, per d. reg. Si id de quo magis videtur esse non inest, nec est id de quo inest, & ita sing. determinat Cy. p. 107. Nicol. Mat. in l. 1. ante ff. C. que sit lon. consue. & referit Alb. de Rosa. licet videatur vacillare, in 1. parte statutorum, q. s. & hoc firmant Paul. de Cast. Bal. & Io. de Imo. in l. si uero, s. de viro, ff. sol. matr. & Bal. & Pan. de Cast. in l. maximum, C. de lib. præter. & idem Bal. in l. 2. in fin. C. de in ius vo. & l. quod nec contra, ff. de leg. Hinc etiam singul. decidit Io. And. in addi. ad Spec. in Rub. de testam. circa s. quod si testator habens duos fratres, Seini & Meuium, Seum instituit heredem, & rogat eum, vt si decedat sine liberdibus masculis. Post hoc decidit testator, Deinde Maxima res resto nepote ex filia, & ultimo decedat Sei<sup>s</sup> sine liberis: quod talis nepos ex filia ad fideicommissum non admittetur, quia filia Meuij que est in gradu propinquiori non admittetur ad fideicommissum, propter illa uerba, heredibus masculis ergo multo minus nepos ex filia: qui est in gradu remotiori, admittetur ad fideicommissum, quod commendata memorie. & vide quod dixi supra loco proximo, & quod dicam infra in loco a pacto ad legem, statutum, uel consuetudinem. Vide etiam Redolp. Agri. c. 25. libr. 1. de inuent. dale. circa s. cum scho. lijs Ioannis Phrisemij in capit. 26. \*

ADD.  
\* 26. Ar  
gumentum  
et a matri  
ni potest  
filius affe  
rentur, l.  
Decimus, l.  
non debet  
aut ff. de  
rogari.  
s. Prior.

## LOC. A PROPORTIONE.

- 1 Argumentum à proportione quomodo formetur.
- 2 Argumentum à simili, & à proportione quomodo differant.
- 3 Proportionis due species.
- 4 Argumentatio à proportione quando procedat.

**S**ubsequitur conuenienter hic locus à proportione, a quo sumptum argumentum est probabile, freques, & utile. Comparatis enim facile per uincuntur rudiores animi, non enim facilis quisquam credit, quam quod iam in alio uideretur probasse: nec quicquam est quod acrius expendere uim rerum intuerique doceat, quam comparatio, Rod. Agri. test. Et licebit formare hoc modo. **V**bicunque per maius, minus, uel par conficitur similitudo, procedit argumentatio à proportione. Vel sic, Sicut se habet unius proportionale ad aliud, ita aliud ad: re liquum. tex. est no. Inst. quod cum eo, qui in alie. po. in prin. iuncto s. que diximus, eo. tit. & tex. cum gl. in l. sufficit, in uerbo ita prorsus, ff. de condit. inde. & tex. no. in l. si filius. & ibi gl. & Bal. ff. si cer. pe. & pulcher tex. in l. de quibus, & ibi Ang. no. ff. de leg. Et isto argumento à proportione utitur Celsus Iuriscō. in l. qui quadrangenta ff. ad Tebellia. & Vlpianus in l. Marcellus, eod. titu. Eo etiam utitur Julianus Iuriscon, in l. si ita scriptū, in prin. ff. de liber. & posthum. & idem Julianus in l. si quis testamento, s. apud Julianum, ff. de legat. 1. & Paulus Iuris. in l. Clemens. ff. de her. institut. & Africanus inter Iuriscō. sultos subtilissimus, in leg. qui quadrangenta, in princip. ff. ad leg. Falcid. idem in l. si ita scriptum, s. quidam testamento. ff. de hered. inst. Eo etiam utitur Justinianus Imp. si bene perpendamus, in s. de præscriptione, uerbi. alios tantos in Auth. vt sponsa larg. Ex quo s. sumpta est Authen. quod si quis quibusdam, C. de prescrip. lon. temp. quod declarat, ut dixi supra in loco a toto ad partē. Isto argumento à proportione utitur etiam Oldradus in cons. 121. incipien. ad primam quæstionem, in decisione primæ q. Et Gandinus in quotidiana quæstione

in tractatu suo maleficiorum, in tit. de præsumpt. & iud. indu. Et Bal. librios; C. de aduoc. diuerso. iud. & idem Bal. in Auth. cessante, C. de legi. hære. & Iacobinus in libello feudi: in illis verbis, praesentes & recipientes, & gl. in c. 1. Super uerb. nunquid ergo, equiparando Angelicum. exē pto, de priuili. libr. 6. & gl. in c. auctoritate, super uerbo, non exemptis, eo. tit. § lib. & gl. in l. illud, C. de sacro. eccl. & glo. in l. sancimus, circa prin. C. de donatione quæ arguendo à proportione minori singulariter dicunt q̄ donatio ad pias causas hodiè valet sine insinuatione usque ad octingentos aureos: quod nota. Isto argumento etiam vtitur gl. ad alium effectum in l. fin. in §. fin autem à locis, C. de iure delib. vbi uide, & de eo meminit Bal. in l. l. in ff. de rer. diuis. & idem Bal. in l. 2. in 3. quæstione C. de rescin. ven. Et Bal. in Auth. Sed & si quis, in princ. vbi est & tex. C. de sec. nup. & Io. de Plat. in l. fin. i. fin. C. de commenatu, lib. 12. Et Bal. in l. si emancipa. C. de colla. & Gellius libr. 1. c. 1. & meminit gl. in Procremio Insti. in prin. & gl. in c. omnia's principes, de maior. & obœd. Et alto argumento à proportione lèpè vtebatur lac. Butr. in disputationibus, ut refert Bal. in d. l. si filius fam. Et quia istud † argumentum à proportione magnam habet conuenientiam cum argumēto à simili, idcirco ibi dicta hic habeas pro repetitis. In hoc tamen differunt, quia ibi a simi litudine duciur argumentum, hic uero similitudinis fit collatio, quæ collatio dicitur proportio. Nihil enim aliud est proportio, quam duarum rerum inuicem facta comparatio, seu collatio. Exempli gratia, ut sicut se habet magister ad scholas, ita rector navis ad nauem: sed ille debet esse felicitus, ergo & iste: sicut debet eligi meritis, & arte, non fortuitō, ita & iste. Argumentum autem à simili fit ex equiparatione duorum inter se. Vnde si recte consideremus, argumentum à simili est tanquam an tecedens, & argumentum à proportione est tanquam cō sequens. Primo enim sumenda sunt duo similia, & ex illis ad inuicem comparatis, quia pariter in alterum operā sur, sit argumentatio à proportione: hoc modo. Sicut se habet filius ad patrem, ita seruus ad dominū. Itē sicut se

habet

habet curator ad adultum, ita tutor ad pupillum, circa ad ministranda negotia, & sicut se habet procurator cuī mādato circa negotia gerenda, ita negotiorum gestor sine mandato. Itē sicut se habet trāslatio dominij a principio, ita consumptio ex post facto. Item sicut se habet promissum in diem certum, ita promissum purē, cuius solutio ex post facto dilata est in diem certum. Item sicut se habet promissum in diem incertum ab initio, ita purē promissum cuius solutio dilata est ex post facto in diem incertum. subsumendo, & concludendo prout rei conueniet. Ex quib. patet, q̄ inter filium & seruum, inter tutorem, & curatorem, inter procuratorem, & gestorem, inter translationē dominij a principio, & consumptionem ex post facto, inter promissum in diem incertum, & promissum purē, cuius solutio ex post facto dilata est in diem certum, itē inter promissum in diem incertum ab initio, & promissum purē, cuius solutio dilata est ex post facto in diem incertum, est quædā proportio, d. ti. Insti. q̄ cum eo in princ. iuncto, §. quæ diximus, eo. tit. & l. si curatorem, C. 3. de in integr. rest. & l. 1. ff. de procur. & l. 1. ff. de neg. ge. & d. l. si filius fa. præal. l. sufficit, cum sim. Duæ † autē sunt species proportionis, scilicet Geometrica, & Arithmetica, ut plenissimè uidere poteris per Budgum in L. ius ciuile, ff. de iust. & in ad quem brevitas gratia te remitto. Hoc autem nolo te ignorare, quod tunc demum hæc argumentatio † a proportione procedit, q̄a per omnia proportio nalia sunt eiusdem rationis, & conditionis, secus autem, si sunt diuersæ uel aduersa rationis, uel conditionis, & no. dicit Bal. in d. l. si emancipati, aliqua. n. non possunt conuenire, & esse proportionalia respectu effectus, & finalis causa, & tamen non esse proportionalia respectu initij obligationis, uel actionis. vt est tex. in d. l. sufficit, & ibi hoc pulchre declarant Bar. & Pau. Calt. Hoc autē extra controvēsiam est, q̄ ea quæ conueniunt secundum formam, dicuntur simpliciter conuenire: & econtra, ea quæ differunt secundum formam, dicuntur simpliciter differre. I. Julianus, §. sed & si quis. ff. ad exhib. & dixi sup. in loco a defectu formæ, quod tenes mente.

¶ Locus

153. LOCVS A SEP. DIF. &c.

LOCVS A SEPARATIS, DIFFERENTIBUS, seu diuersis.

1. Separatorum separata est ratio, & per totum.
2. Beneficium esse meum aliud est, & aliud esse mihi debitum.

Svbne statamus nunc locum à separatis, differentibus, seu diuersis, vel (ut alij vocant,) à disparatis: At quo sumptum argumentum est forte, frequens, & utile. Et formatur hoc modo. Separatorum t separata est ratio, I. f. & i. bi: not. Bartiss. de calum. Vel sic. Ex separatis non inferuntur ad aliud; d. l. f. & l. neque natales, C. de probat. cū similibus, de quibus infra, innititurq; contrario fundamento ab illo, q; è loco à simili deponitur: cū illud in identitate, vel maioritate rationis, suum capiat fundatum, istud verò è contrario ex diuersitate rationis. Nec initeris, si utrumque validum sit, & suo Marte procedar: quia ratio in omnibus dominatur, & identitatem uel diuersitatem iuris inducit, ut plenè dicam infra in loco à ratione legis stricta seu limitata, ad restrictionē ipsius legis, larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis. Et ito argumento utitur Cyn. in Lea logo, C. de condic. ob cau. vbi reperies pulchrum exemplum. Eo etiam viritur Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta, in r. oppositione, de constit. in ardua quæstione. De isto hēs è elegans & quotidianum exēplum per Ciceronē & Boetium in Topic. & per Vlpianum Iuris. in l. Quintus Muttius. 2. S. argento, si de aur. & arg. leg. vbi deciditur, argēto omni uxori per testatorem quod suum esset, legato, non debet argentum quod in credito est, & subiungitur ratio, quia non uidetur suum esse; quod vindicari non potest. Si etiam aliud est, beneficium t esse meum, uel esse mihi debitum, cle. auditor, & ibi not. in glos. in uerb. debitum de referi. & ergo non idem iuris est in uno, qd in alio: ut habes tex. sing. in c. si tibi absenti, de præb. li. s. Vbi pater, quod de beneficio mihi absenti per episcopum collato, non tamē per me acceptato, & sic nō me sed

LOCVS A CONTRARIIS, &c. 154.

sed mihi debito, episcopus disponere potest, si sibi constet me non uelle illud acceptare: sed de beneficio quod est effectum meum per acceptationem, episcopus disponere non potest: quod est no. dignum. Hinc etiam recte decidunt Imperatores Diocletianus & Maximianus in d. I. neque natales, hanc consequentiam nō valere: pater fuit ingenuus, ergo & filius eius est ingenuus: uel hāc, Pater gessit honores solis ingenuis permisso, ergo filius eius est ingenuus: cū nihil prohibeat patrem esse ingenuū, & filium esse seruum, ex quo hāc sunt separata, & per con sequens de vno ad aliud non fit recta illatio nec bona argumentatio positivē, uel remotiā d. l. f. & l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acq. poss. & l. permisceri, in prin. illo eo. tit. & ibi Io. de Imo. no. & l. si maritus t. C. de dona. inter vir. & uxo. & l. Papinianus exuli. ff. de minorib. qui text. semper ad hoc alleg. Hinc etiam quotidie dicimus in practica, q; alia ratio reformat pactum l. interpolatas. C. de transact. & nō probat hoc esse; quod ab hoc contingit abesse, d. l. neq; natales, & l. matrem, eo. ti. Nec ualerit cōsequentia, qn̄ oppositum consequentis star cū ueritate antecedentis, l. non hoc, C. unde cog. & e. in præsentia de proba. & præalleg. l. neq; natales, & l. matrem, cū sim. pro cuius pleniori intelligentia uidenda sunt ea, qz dixi supra in loco à simili, & dicam infra loco proximo.

LOCVS A CONTRARIIS, ADVERSIS, repugnantibus, seu oppositis.

1. Contrariorum eadem est disciplina, cognito enim uno de contrariis cognoscitur & reliquum.
2. Contrariorum tamen non est eadem dispositio, immo contraria. nūmero 7.
3. Privilégium dignitatis non exinguitur dignitate extinta.
4. Actore nihil probante, an reus tenetur necessariō subire iuramentum sibi ab actore delatum, uel illud referre.
5. Filius non potest cogere patrem nisi in certis specialibus casib. ut se posestat paria liberet: nec pater potest cogere filium naturalē tantum iniuriam redigere in suam potestatem.

## 156 LOCVS A CONTRARIIS, &amp;c.

8. Quod operatur propositum n<sup>o</sup> proposito, id operatur oppositum in oppositio.  
 9. Statuum licet caueat, q<sup>o</sup> soror non succedat fratri, non tamen videtur disponere quod frater non succedat sorori.  
 10. Posito uno contrariorum in esse, removetur reliquum.  
 11. Quod alicui conuenient, id eius contrario non potest conuenire.  
 12. Contraria sunt duplicita.  
 13. Contraria proprie non sunt que se compatuntur in origine & effectu.

**N**on incongruē subnecetur hic locus à contrarijs, aduersis, pugnantibus, seu oppositis. A quo sumptum argū est probabile, forte, frequens & utile. Et potest formari dupliciter ad duplīcē effectū. Vno modo sic. Contrariorum † eadem est disciplina & ratio, cognito enim uno de contrarijs, cognoscitur & reliquum, l. & si cōtra, in f. ff. de vulg. & pupil. & Inst. de his qui sunt sui uel a. die. iu. in princ. & ibi I. o. Fab. & Ang. & I. j. ff. eod. tit. & ibi Bal. & Alber. & bonus tex. in §. illud, & ibi glo. Inst. de societate, & Inst. de tut. in princ. & tex. notab. in l. pen. & ibi Bal. C. de solut. cum simil. & huius loci meminit Bal. in l. conuenticula. C. de episc. & cler. si enim diminutio non minuit, nec augmentum auger, secundum eum & allegat d. l. pen. & d. l. & si contra. Eius etiam meminit Dynus in reg. possessor, in prin. de reg. iu. lib. 6. Vbi ad declarandum, quis dicatur bonifidei possessor, multis medijs declarat, quis sit malefidei possessor. Et eo utitur Apostolus Paulus ad Rom. 5. ante f. & ad Gal. 5. circa f. Et Vlpianus Iurisconsultus in l. Julianus. §. si procurator. ff. de acti. emp. & idē Vlpianus in l. adoptium, §. patronum, ff. de in ius uocan. & Caius Iurisconsultus in l. nam quem, ff. de uerb. sig. Eo etiam utitur gl. in Rub. C. de acq. poss. & gl. in Rub. ff. de acq. poss. ad concordandū d. Rub. Eo etiam utitur gl. ad notabilem effectum in Cl. f. super verbo, repulsione, de appell. q. not. & ualde commendat Franciscus Aret. in d. Rub. ff. de acquir. poss. quem uide. Isto argumento etiam multipliciter utitur glo. in quotidiana q. in l. si merces. §. uis major, ff. locati.

## LOCVS A CONTRARIIS, &amp;c. 157.

ti. Hoc argumento etiam utitur Panor. in c. fraternitatis de testib. ad probandum qui dicuntur articuli antiqui :

quod est utile scire, ut uidere poteris per Doctores in l.

per hanc, C. de tempor. app. & in dicto c. fraternitatis

& in Clem. 2. de test. Eo etiam utitur Pan. in c. de prio-

re, in 2. not. de appellationibus, ad probandum, quod sicut

punitur non deferens appellationi iustæ, vt ibi, & l. qm̄

judices, C. de appellat. Ita etiam puniri debet deferens ap-

pellationi friuolæ & iniustæ, c. cū appellationibus de ap-

pell. lib. 6. quia contrariorum eadem est disciplina, \* ut.

Isto argumento etiam utitur Henr. Boich. in c. Rai-

naldus, in f. de testam. ad illum not. effectum, q<sup>o</sup> sicut

fortior est dispositio testatoris, dispositione contrahētis

in transferendo dominium : ita etiam sit fortior dispo-

sitione testatoris dispositione contrahentis in impediendo

ipsam dominij translationem, ut contrariorum eadē sit

disciplina. De quo vide ibi latiū per eum, & per Cyn.

in l. ea lege, C. de condit. ob cau. Isto argumento à contrarijs utitur etiam Ang. in l. non est nouum, ff. de leg. per

hoc concludens, q<sup>o</sup> si abbas iuravit non infeudare de nō

uo, poterit nihilominus de feudo ad monasterium rever-

so eundem uel alterum inuestire : quia non est nouum,

sed Vetus per locum à contrarijs, secundum eū. Isto ar-

gumento etiam utitur Bal. in conf. 173. inci. In ciuitate,

in 3. part. & idem Bal. in c. j. circa f. de mut. pet. ubi per

hoc cocludit, q<sup>o</sup> si ex forma statuti exceptio nō potest pro-

bari per testes, nec est actio uel replicatio, ut ibi per eū.

Eo etiam utitur Hipp. de Mars. in sing. 107. ad probandum, q<sup>o</sup>

sicut infamia non extinguitur extincta cā infamiae. Ita et

non extinguitur † priuilegium dignitatis, finita dignita-

te : cum contrariorum sit eadem disciplina, inferens ex

hoc, q<sup>o</sup> Iudeus factus Christianus non potest admitti

ad testimonium contra Christianum, nec admitti ad of-

ficia publica, c. constituit, cum gl. 17. quæst. 4. nec decurio

postquam desistit esse decurio, poterit torqueri, & si tor-

quetur, dicit confessionem factam intortura non uale-

re, quod est memorie commendandum. Et de hoc

uide per Rom. in sing. 676. in sing. 492. Isto argumento

a con-

*ADD.*  
Discipli-na. *Quod intelligi*  
*ubi est ea*  
*dēratio.*

à contrarijs utitur etiam Paul.de Castr.in pulchra q. in lvt vim , quam legit sub. S. ius gentium.ff. de iustit. & iur. Vbi per hoc dicit, quòd sicut vbi offensa est à iure p. missa,ibi defensio est denegata,l.si seruus, in fine, C.de his qui ad eccl. confug. & l. i. C. quan.l.vni. fine iud. se vind. Ita econtrario,vbicunque est prohibita offensa, ibi permitta est defensio, d.l. ut uiri.cui consonant not. per Bald.in l.fina.C. de exhib.re.ubi sing.dicit,quòd vbi cun que licitum est aliquem capere , si ille resistat & ex illa, resistentia interueniant uulnera , ille,qui ibat ad capendum,non debet puniri:& allegat d.l.si seruus , dicens se id de facto uidisse: & idem firmat ipse Bal.in rep.l.i.C. unde ui , etiam si talis occidatur recalcitrando ne duca tur ad iudicem:per dict.l.si seruus .quod memori teneas mente , quia est quotidianum in practica: limita tamen quod dictū est,dum modò interueniat moderamē incul patæ tutelæ iuxta ea,quæ habentur & notantur in d.l.i.. C.unde ui .Ita singu.dicit Io. de Imo.in rep.l.ex consen su. S.fina.ff. de appell.quod nunquam exeat métem tuā. Hoc argumento à contrarijs utitur è Franci. in sing.li bel. seu.par.3.uersific.28. Quero in illa pulchra & quotidiana q. An femina semel admisla ad successionem feudi,excludatur postea per superuenientiam masculi,quæ omnino uide. Isto arg. à contrarijs utitur etiam Iaf.in l. manifestæ turpitudinis.ff. de iureiur. & idem Iaf. in re pe.l.admonendi illo eo. tit. in illa subtili & quotidiana

3 quæstione , An actore † nihil probanter reus teneatur necessariò subire iuramen.sibi ab actore delatum,uel illud referre,de quo plenè per eum ibi , & per Pan. in c. fi. de iureiu.& per Hip.de Mar.in sing.83.ad quos recur re. Hoc arg. à contrarijs etiam utitur Bartol. in pulchra quæstio.in leg. i . C. de iur. emphyt. Hoc argumento à contrarijs utuntur etiam Cardin.& Imo.in cap. relatum i. de testament. ubi per hoc dicunt , quòd sicut ad ualitudinem legati ad pias causas sufficient duo testes d. capit. relatum . Ita etiam ad reuocationem legati pī sufficiunt duo testes, quia contrariorum eadem est disciplina:& tam naturale, quam eodem genere quoque dissol

uere

uere quo ligatum est. In nihil tam naturale ff. de reg.iuri, & cap. i.eod. titu. in antiq. & hoc dictum refert & sequitur Alex. de Imo. in d. Rubr. ff. de acq. poss. Hinc etiam est,q. tot testes requiruntur ad probandum pœnitentiam,errorem,obliuionem:quot requiruntur ad pœ bandum ipsum testamentum. Ita no. dicit Bal.in l.f. in nerf. & Icias,C. de fideicom. per glo. quam reputat sing. in l.cum proponebatur, in glo. fin ff. de leg. 2.& sequitur Alex.in d. Rubr. Hinc etiam dicit idem Bal.in pœal.l. fin.circa finem, q. sicut i casu illius.l.hæres rogatus restituere fideicommissum negans fideicommissum fore li Etum,cogitur iurare uel soluere, nec auditur uolens se queri ex minus solenni uoluntate. ita etiam reuocatio legati potest probari per delationem iuramenti fidam legatario,qui prius negauit legatum reuocatum, quia contrariorum eadem est lex & disciplina . Et ex hoc infert, q. si statuto utatur , quòd legarum potest probari per duos testes,etiam reuocatio legati poterit probari per duos testes, per d.l.cum proponebatur , cum sua gl. qd not.Hinc etiam est,q. sicut † filius non potest compelle re patrem,se de sua potestate patria dimittere, nisi i certis specialib, ut habetur & not.in S.fi.Instit.quib.mod. ius pa. potest. solu. & in l.si lenones, C. de epis.aud. ita etiam econtrario,ut contrario , ut contrariorum eadem sit disciplina, pater non potest filiu m naturalem tantum inuitum redigere in suam potestatem,procurando eum per rescriptum principis legitimari:ut est text. ubi utru que probatur in S.generaliter,in Auth. quib. mod. na effi. filii. Hoc ultimum tamè limitatur singulariter uerū, nisi filius occultaret matrem suam, ne pater eam duce ret in uxorem:quia tunc poterit filius etiam inuitus per rescriptum principis legitimari,ut est tex.in S. sit igitur in Auth. qui.mod.nat.effl.leg. quem unicum & singularem reputat Roma.sing.230. potest Ang. illic per eum relatum:quod tene menti. Hinc etiam est,quòd sicut ua fallus † non debet copulare amicitiam cum in imicis domini sui:& si contrarium fecerit,potest priuari feudo:ut est gl. not.in l.liberi, & ibi hoc firmavit Bal. Sal.Iaf. &

Dicit.

## 160 LOCVS A CONTRARIIS, &amp;c.

Doct. C. de. inoffi. test. & bona gl. in l. i. §. cum prefe. vrb. Ita etiam non debet habere inimicitias cum amicis domini sui, vel offendere amicum domini sui: quia contrariorū eadem est disciplina. Ex quo sequitur, q̄ vasallus offendēs dominum domini sui, potest priuari feudo: de quo est tex. notab. i. ca. Imperiale. §. illud quoque, & ibi Bal. Iac. Aluar. & Doct. not. de prohi. feu. alien. per Feder. in vſib. feu. Hinc ēt est, q̄ sicut statutum non potest habilitare forensem in territorio statuentium aliquid facientes, vt concludunt Bar. Bal. Iaf. & Doct. in l. cūstos, C. de sum. tri. & fi. cath. vbi dicunt, q̄ licet per statutum huius oppidi permittatur filiis familiās huc venientes non poterunt hic valide testari: Ita ēt statutum non potest inhabilitare forenses in territorio statuentium aliquid facientes, quia contrariorū eadem est regula & disciplina, secundum Bar. Bal. Iaf. & alios in d.l. cūstos. Vnde si statuto huius oppidi minor 25. annis nō possit condere testamentum vel facere codicillos, tamē forense maior quatuor decem annis hic cōdēs testamentum secundum ius commune, rite dicetur testamentum condidisse. Et si per statutū huius oppidi maritus non possit relinquere vxori: forense tamen hic existens ualde relinquet uxori. & idem in similib: quod nota, quia est quotidianum, & facit ad multa. Hinc ēt est, q̄ sicut tēpus non tollit obligationem ipso iure, l. obligationum ferē. §. placet. ff. de actio. & obli. ita nec inducit obligationem, l. si certis annis, C. de pac. quia contrariorū eadē est disciplina, de quo per Doct. in d.l. si certis annis, & in l. cūn de in re uerfo, ubi pulchre per Bar. Bal. & Sal. ff. de usur & per gl & Can. in c. peruenit de censib. & in c. querelam, de electi. Hinc ēt est, q̄ apud quē est onus seu periculum, apud eundem debet esse lucrum, & econtra, regula. Qui sentit, & regula, Rationi cōgruit, & utro bique Dyn. de reg. iur. lib. 6. & l. uni. §. pro secundo, C. de cad. toll. & §. cūn autem, Inst. de empt. & uend. cūn sim. Hinc ēt est, q̄ testis dicens delictum fuisse commissum de nocte, & interrogatus qualiter est facta dies, dicat nescio, non probat delictum esse commissum de nocte:

## LOC. A CONTRARIIS, &amp;c. 161

Et: & idem si testis dicat, quod Titius est male fama; & interrogatus quid intelligit per bonam famam, dicat nescio, non probat: contraria enim contratis probantur: ut album per nigrum, & optima est probatio, quae fit per suum contrarium, ut est tex. iuncta glo. in c. sciendum, 8. q. i. nam teste Arist. 2. de celo, & mundo, opposita iuxta se posita magis eluiscunt: sic etiam contraria contrariis curantur, cap. 1. de pēnit. distinct. 2. & c. legitimis de consecr. dist. 5 de quo per Bal. in d.l. 1. ff. de his qui sui uel al. iur. & per Bal. in l. eam quam, C. de fideit. ubi hoc argumento a contrariis uitit, & multa bona dicit. Adferunt enim † contraria seu pugnantia, magnū, atque ingens, lumen orationi, & ut Greci dicunt σέρπετα, id est, perspicuitatem seu evidentiam. Nullus enim clarissimus perspicit bellī mala, & calamitatē, nisi qui eam cum pacis commodis confert, l. uni. in princ. C. de cad. tol. & si nouerimus, quantum malū secum ferat iniustitia, quantum boni secum ferat iustitia, nosse poterimus, & sic de similibus. Hinc etiam est, quod habitus facit cognoscere priuationem, & econtra, ut est tex. in l. manumissionis, & ibi Bal. ff. de iustit. & iure, & tex. Instit. de liber. in priac. & ibi Ang. not. Vnde quando contra dictus est bona fidei, tunc etiam distractus seu liberatio ab eo contractū est bona fidei. tex. est not. in l. ab emptione, & ibi Bar. Angel. & DD. id not. ff. de pac. & bonus textus. in l. i. C. quan. li. ab em. disc. & ibi Bal. & Pau. de Cast. qui dicunt, quod ubi habitus est bona fidei, similiter eius priuatione, quod est ualde utile, ut ibi uidere poteris per eos, & p. Iaf. in d.l. ab emp. Contrariorū enī eadē est regula, & disciplina, iurib. p̄tēal. Istō argō à contrariis uitit ēt Bal. in c. ex literis de offi. deleg. & idē Bal. in rep. l. Amilius, ff. de minor. & Zabius in deela. l. qđ Nerua. ff. depositi. & idē Zabius in declar. l. de pupillo, §. si plurimi 2. ff. de no. opēnū, & Salic. in Auth. si quas ruitas, in fi. C. de sac. san. eccl. & Doct. in plurib. aliis locis, quos cōmemorare esset infinitum, & magis laboriosum, quam subtile, quare omitto. Circa p̄dicta tamē uolo te scire, q̄ licet contrariorū eadē sit disciplina, id est, doctrina uel

L. noti-

notitia, iuribus supra allegatis, contrariorum tamen non est eadem dispositio, imo contraria: nam contrariorum contrarij sunt effectus, & contraria ratio, l. qui accusare, ff. de accusatio. sicut separatarum separata est ratio, & ius & l. fina. st. de calum. Ita not. dicit Bald. in pulchra q. in l. Imperator, in prima lectura, ff. de statu homin. & idem Bald. in l. cum mulier. ff. sol. ma. ubi dicit, quod si eut se haber causa ad effectum in productione: sic se habet destructio cause ad destructione effectus. quia per est potentia contrariorum, d.l. ab emptione in fine, & l. ff. §. fin. ff. de leg. 3. & hinc quotidie dicimus in practica, quod id operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito, d.l. ff. & §. plus autem, & ibi Ang. & Ias. not. Inst. de actio. cum sim. Hoc tamen intellige uerum, quando non est per omnia per ratio in utroque contrariorum: uel quando datur inhabilitas personæ; ut in d.l. fin. §. fin. & in d.l. qui accusare, & in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de uer. obli. & in §. ff. Inst. de leg. patro. tut. cum sim. alii autem nendum est eadē disciplina, id est, notitia contrariorum: sed eriam, eadem dispositio, vt in d. reg. qui sentit, & in d.l. & si contra, in d. §. cum autem, & in d.l. pen. cum sim. intelligendo tamen, quod de quolibet contrariorum respondetur affirmando, uel de quolibet negando: secus si de uno affirmando, & de alio negando: Ita notab. declarat Dy. quem omnino uide: in d. reg. Qui sentit, & ibi Ioā. And. in Mercur. & est de mente Bar. in d.l. inter stipulantem. §. sacram, & de mente Pau. de Castro, in leg. qui proprio, §. procurator, ff. de proc. & de mente Bal. in l. nō nudis, in ff. C. de prob, & de mente Cy. in d.l. 1. §. pro secundo, in 7. oppo. & de mente Io. Fabr. & d. titu. Inst. de his qui sunt sui uel alii, iur. in princ. & faciunt notata per gl. in d. reg. qui sentit, & nota per gl. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & no, sing. per Archi. in c. cum renunciatur 32. q. 1. Et hinc singulariter dicunt Bal. & Pau. de Castro. in l. Lege duodecim tabularum, C. de legit. hær. q. si statuto caueatur, quod soror & non succedat fratri, non tamen in casu contra-

rio uidetur statutum disponere, quod frater non succedit sorori: quia non est per ratio, sed contraria, conseruandæ, scilicet agnationis, q. illam decisionem sequitur Petr. de Anchar. in repet. cap. Canonum statuta in 14. q. princ. in uersi. ulterius pono, de constit. & Alexan. de Imo. in d. §. sacram. & Iason in l. final. C. de indicta vi. dui. Sic etiam statutum excludens sororem, successione fratris, extante alio fratre, ut singula, decidit Pau. de Castro in consilio trecentesimo quadragesimo incipien. hæreditatis prædicta. Hinc etiam magistraliter dicit Francisc. in dicto suo singulari libello feudorum, parte prima quæstio. 8. in uersicul. sed hic cadit pulchra, & quotidiana dubitatio, quod licet feudo nouo concessio alicui cum clausula, ut habeatur, & possideatur per eum iure feudi antiqui, censeatur per hoc recipere naturam feudi antiqui, præposita potestate concedentis: tamen aliud est, si feudum antiquum cœcedatur cum clausula, ut habeatur iure feudi noui, cum alia, & diuersa sit ratio, ut ibi per eum, & sic non habet locum d. regu. Contrariorum eadem est disciplina: quem omnino uide. Et hinc rectè dicit glo. in Clemen. l. in uerb. obseruare, de sent. excons. com. quod contrariorum non est eadem disciplina, ubi mens, & uerba resistunt, & ad idem tendit glo. singu. in extranagan. suscepti. in uerb. aliis ecclesiæ oneribus, de elect. cum dicit, q. dicta regula, qui sentit, procedit, nisi ex dispositione iuris uel hominis alius ad supportandum onera sit astristus, & idem uult. Bald. in l. si pries, in princ. quomodo & quando iud. & ideni Bald. in d.l. non nudis, in fin. quod memori teneas mente, quia per præmissa reducuntur ad concordiam multa iura diuersam mode loquentia, quorum aliqua dicant, contrariorum eandem esse disciplinam, vt iura in princ. allegata: alia dicunt, contrariorum eandem esse dispositionem, ut dict. leg. penul. & præall. §. illud, & l. fi. C. de fruct. & lit. expen. alia dicunt, contrariorum contraria esse dispositionem, ut d.l. fi. §. fi. cum fin. alia autem dicunt, quod contrariorum contraria est ratio, ut d. l. fin. ff. de calum. cum fin. Sed concordantur modo prædicto. Hoc autem vo

lo te non ignorare, nullum cōtrarium esse sine contrario altero, vt benē declarat Chry.apud Gellium lib.6.c. 1.vbi vide. Secundō argumentum ex hoc loco formatur aliter sic: Positof vno cōtrariorū in esse, remouetur re liquum. tex.est nō. in l. si inter me & te. ff. de exce. rei iud. & in l. Pomponius. §. sed & is, in. ff. de procur. & pulcher. tex. in l. hæc uerba ille aut ille, circa prin. ibi, aut dies aut nox est. ff. de uerb. signi. cum sim. Ista enim duo sunt contraria, scilicet quod una & eadem res sit mea insolitum, & etiam tua insolitum, quia duo non possunt esse domini eiusdem rei insolitum: nec duo possunt eandem rem insolitum possidere. l. si ut certo, §. si duob. cum ibi sing. no. ff. commo. & l. 3. §. ex contrario, cum ibi no. ff. de acquir. poss. Si ergo ponitur vnum, scilicet, q. res sit mea, sequitur destrucción alterius contrarij, scilicet, q. sit tua: quia non potest esse mea, & tua insolitum, ut dixi. Et ergo si per sententiam pronuncietur, quod res sit mea, censetur tacitè pronunciatum, quod non sit tua, d. l. si inter me & te, & præal. l. Pomponius, §. sed & is, in fin.

Vel potest formari ad idem sic. Quod alicui t conuenit, id eius contrario non potest cōuenire: & habes exemplum plurim quoridianum per Ciceronem & Boetium in Topis. vir leguit vxori usum fructum bonorum suorum, is habebat vinum, oleum, & alia quæ usi consumuntur: queritur an illa debentur vxori, & decidunt, quod nō quia ususfructus vxori relictus est, non abusus in istis autem, quæ usu consumuntur, non cōsistit propriæ ususfructus, sed potius abusus: ergo &c. & pro hac decisione optimè facit §. constitutur, Inst. de usu fructu. & l. 1. 2. 3. 4. & 5. ff. de usu ear. re. quæ usi confu. quod tenè menti. Iste arguendi modus èt facit pro decisione illius q. quotidiana, an delictum commissum in aurora, cùm alter ab altero discerni posset, ante tamen ortum solis, dicatur commissum de nocte, uel in die: quod expedit scire propter statuta diuersorum locorum, quæ grauius puniunt delicta perpetrata de nocte, quam in die, in qua quest. multi multa dixerunt. Et quia materia est longa, remitto te ad not. per Panor. & alios Can. in cap. si. perfos diens,

diens, de homi. & anno. per Bar. in leg. aut facta, §. tempus, ff. de poenis, & ad not. plenius per eundem Bart. & Rom. in l. 1. §. hoc aut. ff. ad Sil. & ad no. per Bal. in l. Titius, §. Lucius. ff. de lib. & post. vbi præ decisione huius q. uidetur casus secundū eum, qui illic notat: q. id quod fit de mane in aurora, dicitur fieri de die: & idem est de mente Ang. in l. 1. C. de custo. reor. per d. l. Titius, ubi re. curre. Sic etiam illud, quod fit de sero, dicitur fieri de die, & non de nocte: quando agitur de poena imponenda, vt sing. decidit Gandinus in tract. malef. in ti. de po. reo. in uer. præterea pone contineri in statuto, &c. & Alb. de Ros. in 2. parte statu. q. 19. quod nota, quia potest frequenter contingere. Hoc aut volo te scire, quod quedam tñ non sunt propriæ & immediate contraria, sed potius subdivisum tñ primi generis: quorum natura est, medium admittere, d. l. hæc verba ille aut ille, §. subdivisum: & in his, licet ad positionem vnius cōtrariorum sequatur remotio seu destrucción alterius: tamen ad destructionem vnius non sequitur positio alterius, d. l. si inter me & te, & ibi Pau. de Cas. no. licet uideatur fundamentaliter non intellexisse, ut ex inf. dicendis patet. Vnde si in his destruitur unum contrariorum, quia scilicet per sententiam pronunciatur, rem non esse meam, per hoc non sequitur positio alterius contrariorum, s. q. est tua, nec hoc censetur tacitè pronunciatum, d. l. si inter me & te, in si. quia pót esse tertij: & sic oppositū consequētis stat cum veritate antecedentis, nec probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, l. neque natales. C. de proba. cum sim. sup. loco proximo adductis. Sic èt non sequitur istud non esse album, ergo est nigrum. quia pót esse glauci vel rubeum. Nec èt sequitur, Titius nō sedet ergo ambulat, q. a pót accubere, seu iacere, d. l. hæc uerba ille aut ille, §. subdivisum, & uolunt Cicero & Boetius in Top. nec èt sequit, nō est pðo, ergo est bonæ fidei professor, ut è gl. no. i. l. sed & si leg. §. scire, & ibi Pa. de Cas. ff. de pet. here. sic èt iter uelle & nolle reperit mediū nō velle, ut est gl. no. in l. j. x. scientiā, ff. de tribu. quam gl. declarat Bal. in l. verbū, C. de fideic. & Bar. in l. iam dubita-

## 366 LOCVS A CONTRARIIS, &amp;c.

ri, ff. de her. in st. & in. Io. An. Car. Pan. & DD. in c. prudential. §. 6. de off. deleg. & facili no. per gl. in c. in scripturis, in verbo plenē, 8. q. 1. Quædam autem sunt propriæ & immediate contraria, aduersa, pugnantia, seu opposita, nec medium admittunt: & in his procedit hæc argumentatio à contrariis ita bene negatiue sicut affirmatiue. Exempla horum si petas, collige ex infra dicendis. Esse sui iuris, esse alieno iuri subiectum, esse obligatum, esse liberatum, esse viuum, esse mortuum, esse liberum, esse seruum, & sic de infinitis alijs: in his enim necesse est ut si unum eorum negetur, alterum affirmetur, & econtrâ, si unum eorum affirmetur, alterum negetur, pro quo faciunt ea, quæ habentur & notantur per gl. Domin. Prepo. & alios in c. hospitium, 32. distinct. ubi reperies bonam distinctionem, in illo articulo. An uno contrariorum existente bono, reliquum sit malum, & econtrâ: & notata per Archid. in d.c. cum renunciat, & istud si fallor uoluit Bald. post Iaco. in l. si maritus, j. C. de do. inter vir. & uxo, ubi dicit, quod quædam sunt separata ita quod contraria, & tunc per unum non inferitur ad aliud per essentiam, sed bene per exclusionem, l. sed & si pupillus, §. si institutor, & ibi gl. ff. de institutor. Quædam at sunt diuersa, ita q. non contraria: & ista se nullo modo hæc in serue, id est, nec essetialiter nec exclusive, secundum eum. Et his possumus dare propriæ sedes seu locum à separatis, differentibus, seu diuersis: de quo dixi obiter s. loco proximo. Et hinc dixit no. Bal. in l. unita, in 8. no. & 9. opposi. C. si ser. ext. emi se man. q. illa proprie dicuntur contraria, quorum finis est contrarius, 13 & incompatibilis: illa autem t. que se compatiuntur in origine & effectu, non sunt propriæ contraria, quibus ad de magistralem doctrinam Bal. in l. 1. C. de dimer. rescri. ubi pulchre per eum de natura cōnexorum, separatorū, & contrariorum, quorum fines sunt diuersi, ut ibi p. eū. Et ex isto resultat aliud, uidelicet quod licet copula uelit cadere inter diuersa, ut est gloss. in Rub. ff. de iur. & fact. igno. & ibi Bar. & bona glo in c. querelam, & ibi Pa. de fimo. tamen non uult cadere inter contraria seu incompati-

## LOCVS A CONTRARIIS, &amp;c. 167

possibilitia, & si ponatur inter contraria, resolutur in disti-  
ctuam text. est not. in l. si Titio fundus, ff. de usufru. le-  
ga. Et ibi hoc inducitur per Bar. ad multas quotidianas q.  
stiones ad quem remisisse sufficiat. Et nide quod dicam  
infra, in loco à natura copula. Postremo uolo te scire, &  
memorize commendare, q. licet uno contrariorum posi-  
to in esse remoueatur reliquum; iuribus sup. alleg. tamen  
uno contrariorum posito in potētia, non remouetur po-  
tentia contrarij quia eadem potētia potest se habere ad  
duo contraria, tex. est netab. in l. j. C. de fur. quā ad hoc  
notat Bal. in d.l. conuenticula. Quæ omnia commēda me-  
morize tanquam pulchra, singularia, utilia, & quotidiana.

## LOCVS A CORRELATIVIS.

- 1 Correlatiuum quid sit, & unde dicatur.
- 2 Positio uno correlatiiorum, ponitur & reliquum.
- 3 Statutum uel dispositum in uno ex correlatiis, uidesur etiam.
- 4 Statutum seu dispositum in alio.
- 5 Vno correlatiiorum destructo, destruitur & reliquum.
- 6 Ad remotionem unius correlatiiorum sequitur removatio ali-  
rius.
- 7 Petitorum & possessorum sum correlativa.
- 8 Pater & filius, & patronus & libertus, sum correlativa.
- 9 Lex correctoria uel penalis in uno correlatiiorum verifica-  
tur in alio, & no. 9.
- 10 Correlatiiorum idem indicium & disciplina. 10.
- 11 Dominus & vasallus sum correlativa & indicantur a pari.
- 12 Assassini qui dicantur.

Oportunè nunc se offert locus à correlatiis. Cuius meminit Bal. in l. conuenticula, C. de epis. & cle. & DD. ssp. alibi, A quo sumptum argumentum est probabile, forte, vtile, & multum frequens, & procedit constru-  
ctione & destruccióne, quia in correlatiis ex natura rela-  
tionis, quæ requirit duo extrema in actu, necesse est, q.  
L. 4. aut.

aut utrumque sit verum, aut utrumque falsum, secundum  
 1 Bald. in dict. l. conuenticula. Correlativum enim t̄ nihil  
 aliud est, quām duorum vel plurium ad imūcem mutua  
 relatio; vel duorum aut plurium vltro citroque repræ-  
 sentativum. Componitur enim correlativum ex dictio-  
 ne Con, quā exponitur pro simili, & hoc vocabulo relati-  
 vium; & per consequētis etymologia huius vocabuli Cor-  
 relativum, importat, id est, quod simul relativum, argu. l.  
 Labeo, §. contractum, ff. de verb. sig. & l. reos, in princ. ff.  
 de duob. reis. Et dixi notanter, duorum vel plurium, ad  
 denotandum, q̄ correlativum ad minus constat ex duo-  
 bus: sicut suprā loco proximō dixi de contrario. Forma-  
 tur: autem constructiū sic. Posito t̄ uno correlatiuorum  
 ponitur, & reliquum gl. est no. in Cle. vni. in uerb. x-  
 ternaliter, de suin. tri. & fid. catho. Ut si pater est, filius est: si  
 maritus est, vxor est: si venditor est, emptor est: si loca-  
 tor est, conductor est: si actor est, recus est: si mandans est  
 mandatarius est: si scrinus est, dominus est: si patronus  
 est, liberterus est, & sic de similibus. Vel potest formari alii-  
 ter constructiū sic. Statutum t̄ seu dispositum in vno ex  
 correlatiis videtur etiam statutum seu dispositū in alio.  
 tex. est notab. in l. fin. C. de indict. viduita, & in l. fin. ff. de  
 accep. & in l. i. C. de cupre. libr. t̄ i. cum simi. Destructiū  
 4 aut̄ formatur sic. Vno t̄ correlatiuorū destruto, destrui-  
 tur, & reliquum: vel sic. Ad remotionem vnius corellati-  
 uorum, sequitur remoto alterius. tex. est not. in d. l. f. ff.  
 de accep. quā ad hoc notant Bal. in Auth. si quas ruinas,  
 C. de sacro. eccl. & tex. in d. l. i. & ibi Bar. & Io. de Pla-  
 notat, & pulcher tex. in d. l. f. C. de indi. vid. quā ad hoc  
 notat Bal. in Auth. quas actiones, C. de sacro. eccl. &  
 idem Bal. in l. nemo martyres. Quod vt euidentius appa-  
 reat, aliquot adducam exempla quotidiana. Et in primis  
 hinc est, q̄ ubi non est reperire petitorum, ibi etiā non  
 est reperire possessorum, quia t̄ possessorum, & petito-  
 rum sunt correlativa, & per hoc deciditur quæstio illa  
 quotidiana: Aliquis pluribus aīis solvit mihi par caponū  
 vel duos ducatos, modò recusat soluere: an mihi cōpetat  
 possessorum, & sic interdictū, & certe non. De qua quæ-  
 stione.

stione vide plenē per Cyn. in l. si certis annis, circa s. C.  
 de paſt. & per Bar. in l. si. per illum tex. ff. quo bo. & per  
 Panor. & Can. in c. peruenit, de censib. & in c. querelam,  
 de elect. & per Bal. in l. iubemus nulli, in princ. C. de fa-  
 cro. eccl. & per eundem Bal. in d. l. hac edictali, §. his il-  
 lud, in prin. C. de sec. nupt. & per Francif. in sua sing. li-  
 bel. feu. par. i. q. 6. Hinc ēt est, q̄ sicut pater conuentus à  
 filio emancipato habet privilegium, ne teneatnr ultrā q̄  
 facere potest, & similiter patronus si conueniat à li-  
 berto, l. sunt qui in id, in s. cum l. seq. ff. de re iu. ita etiam  
 econtra, si filius emancipatus conueniat à patre, vel li-  
 bertus a patrono: cūm pater t̄ & filius, patronus, & liber-  
 tus sint correllatiua, & eadē sit ratio hinc inde: cūm quili  
 bethorū teneatnr alterum egentem alimentare, l. si quis  
 à liberis, §. si vel parens, & l. alimenta, ff. de lib. agn. & pri-  
 uilegium debeat esse reciprocum, l. i. ff. quod quisq. iud.  
 & ita notab. determinant Io. Fabri. Arg. Iaf. & DD. in §.  
 sed, & si quis, Inst. de actio. Item per hunc arguendi mo-  
 dum ex natura correlatiuorum dixit Iac. Butr. q̄ sicut fi-  
 lius ex filio repræsentat personam patris, & succedit vna  
 cum patruo in hæreditate aui defuncti, §. cum filius, Inst.  
 hære. quā ab intesta. defer. cum sim. ita ēt auus repre-  
 sentat personam filii sui defuncti, & succedit nepoti vna cū  
 matre defuncti, secundum eum, sed cōtrarium decidit gl.  
 & post eam Bal. in Auth. defuncto, in prin. C. ad Tert. &  
 sequitur Nic. de Vbal. in tract. suo success. ab intest. in 2.  
 parte principali, assignans rationem diversitatis, & quod  
 fortius est, dicit hoc procedere in bonis undecunque  
 7 quæstis, quod tene menti. Hinc ēt est, q̄ lex t̄ noua cor-  
 rigens in uno correlatiuorum, puta in uxore, intelligitur  
 etiam corriger in alio, & sic in marito. tex. est not. in  
 preal. l. fin. C. de indict. vidui. & ibi hoc not. Bar. Ange.  
 Iaf. & Doct. uolunt. Bal. Pau. de Cast. & Doct. in d. Auth.  
 quas actiones, & Pet. de Anch. in rep. c. canonum, in 6.  
 q̄. principali de const. & Io. Baptista in rep. l. omnes po-  
 puli, in 9. fall. ff. de iust. & iure. Hinc etiā uidemus, q̄ Icx  
 corrigenſ in actore extendit, ut etiam corrigit in reo,  
 ut est gl. in l. per interuallum, ff. de iudicijs, & glo. in Au-  
 then.

then, qui semel, in uerbo, per interualla 30. dierum, & ibi Salic. & Doct. C. quo, & quando iudex. præmissa tamen intellige uera, quando eadem est ratio in utroque corre  
latiuorum. Tunc enim † dispositum in uno ex correlati  
uis uidetur etiam dispositum in alio, iuribus præall. alias  
fecis. text. est notab. in l. curatorem, cum ibi nota . per  
gloss. Cyn. & Doct. C. de interdicto matri. & in l. fin. &  
ibi Salic. not. C. de rescin. uend. & habetur pulchre per  
Ias. in l. transigere, C. de transf. & per eundem in d.l. fin.  
C. de indict. uidui. & hinc singu. dixit Benedictus de be  
nedictis, in cons. 1. quod licet dispensatum sit cum filio  
spurio, ut possit succedere parentibus suis, tamen uigore  
huiusmodi dispensationis, non poterunt parentes succe  
dere filio spurio: quia non est eadem rō displandi cum  
parentibus sicut cum filio spurio, cūm ipsi parentes deli  
querint, & non ipsi filij, c. nasci, in prin. § 6. dist. propter  
quod non ita facilē princeps cum parentibus uerisimili  
ter dispensasset. Vnde, cūm non sit eadem rō, dispositū  
in uno ex correlatiuis, non habebit locū in alio, d.l. cura  
torem, cum ibi not. maximē per Cy. Hinc ēt est, quod licet  
familiaris domesticus, vel seruitor, non possit produci  
in testem pro domino, l. etiam, C. de testi. econtrā tamē  
dominus pro familiari domestico vel seruitore benē po  
test esse testis, ita singuliter dicit Salic. in d.l. etiam, & ra  
tio diueritatis est, quia primo cau. producens pott imperare  
producto in testem, secundo non: & idem in simi  
libus casib⁹ dici pott, quod nota. & his consonant nota  
ta in additione decisiōis 4. Capellæ Tolosanæ , vbi ple  
nē tractatur materia, d.l. etiam. & quē admodum lex no  
ua † correctoria loquens in vno ex correlatiuis, extendi  
tur ad reliquum, vt suprā dixi: ita etiam lex penalis lo  
quens in vno correlatiuorum dumtaxat, verificatur in  
alio, & fit extensiō de vno ad aliud, quod eadem ratio mili  
tat in utroq; correlatiuorū, licet solū de altero correla  
tiuorū fiat méto in cōstōne vel lege penali. ita no. vult  
Bar. i præal. l. fi. p illi tex. ff. de accepti. & idē Bar. Ang.  
Ias. & Doct. in d.l. fin. per illum tex. C. de indicta vidui.  
& idem Bar. & Ioan. de Plat. in d.l. 1. & Bar. & Pau. de  
Cast.

LOCVS A CORRELATIVIS. 171  
Cast. in l. cūm lex. ff. de fideiū. & Ang. Instit. de succē  
sione. & idem Bal. in l. 1. in prin. C. de com. ser. manum. &  
Salicet. in l. 3. C. quæ res ven. non poss. & Fabianus, de  
monte S. Fauni in libello contractuum, in 2. quæst. prin  
cipali, circa fi. & Pan. in procēsio Decretalium, in qui  
bus locis prefati DD. dicunt, quod statutum puniens uendi  
torem, punit etiam emporē propter correlationem, quod  
eadem subest ratio in utroq; licet in statuto de emporē  
nulla fiat mentio. & confundit Bar. ut ipsemet refert in  
d.l. fi. C. de ind. uid. & est communis opinio Legist. ut di  
cit Pan. in c. quia clerici, de iure patro. In correlatiuis  
† enim idem est iudicium, & eadem disciplina, ut quod  
statuit in uno, intelligatur statutum & in alio, iurib.  
præall. & l. fi cūm dies. §. pen. ff. de arb. & luereres. ff. de  
act. emp. & l. cūm empator. ff. de rescin. uend. Et regula  
correlatiuorum est regula parium, secundum Bal. in l.  
cūm te in Gallia, C. si cert. pet. De hoc tamen articulo uis  
de plenius per Domi. & Philip. Francum in c. 1. de tēp.  
ord. lib. 6. & per Pan. in c. 1. de locato , & p Iaso. qui ma  
gistraliter loquitur in d.l. fin. C. de indicta uid. & per  
Fabianum loco predicto ; & magistraliter per Hyp  
politum de Marsilijs in pulchra quæstione in l. si quis  
uiduā. ff. de quæst. Hinc eram est, quod sicut propter  
delictum uafalli commissum in dominum, uafallus priua  
tur feudo, & utile dominium uafalli consolidatur cuna  
proprietate domini: ut est casus in §. deniq; in tit. quæ  
fuit prima cau. benef. amittit. in usib. feu. ita ēt propter  
delictum domini cōmissum in uafallum, dominus prima  
bitur directo dominio, & illud consolidabitur cum utili  
dominio ipsius uafalli: ita dicit tex. in c. 1. §. domino com  
mittente, si de feu. fuerit controu. in usib. feudorum: &  
ibi Aluar. not. & tex. in c. uni. qual. dominus proprietate  
pri. & est gl. expressa in c. 1. §. item qui domino. in d. tit.  
13 quæ fuit pri. cau. ben. ami. Dominus. n. & † uafallus sunt  
correlatiua, & iudicantur à pari, ut est text. pulcher iuu  
eta gl. in tit. de forma fideli. in fi. & ibi Bal. Aua. & Doct.  
istud notant, & ualde exclamant: Et ita tempore nostro  
pta-

practicari uidimus in rege Francie quoad comitatum Flandrie, & Arthesij: quod commenda memorie. Hinc etiam est, quod sicut uassallus committendo feloniam, ut uocant, uel infidelitatem aduersus dominum, potest deficiente probatione per Dominum prouocari ad pugnam personaliter, nec admittitur per championem secundum legem Longobardorum, & eius uigore, poterit donec minus feloniam committens contra suum uassallum, putare eum cucurbitando, ut loquuntur, uel simile quid faciendo, prouocari ad pugnam seu duellum personaliter, nec admittetur uolens dare championem, nisi in casibus per dictam legem exceptis: tex. est iuncta sua singulari gl. in c. non est consuetudo, in tit. de alie. feu. pa. in usi. feu. & ibi hoc not. Aluar. & Doct. ubi recurre. Hinc etiam dixi aliás in q. de facto occurrente, q. licet c. pro humani, de hom. l. & graniter puniens mandantes hominem Christianum occidi per assasinos, sit pœnale & exorbitans, & non imponat pœnam assassinis seu mandataris, tale turpe mandatum pro pœnâ suscipientibus, sed duntaxat mandantibus. & fieri procuratibus, debeat etiam quoad pœnam sibi locum uendicare in huiusmodi assassinis seu mandataris, propter naturam correlatiuorum: ita quod prohibitum in uno censeatur etiam prohibitum in aliis iurib. præal. quod si ē uerum, sequitur q. cum tales sint à toto populo Christiano perpetuò diffidati, ut haberur in d. c. pro humani, edito in concilio generali, poterunt impune etiam per priuationem occidi. & occidens, si de hoc accusetur & eos tales fuisse probauerit, absoluī debet. sicut in simili dicit Bart. de bannito, quem impunè licet offendere d. l. omnes populi, & hoc pro indebitato quo ad mandantes tenet Dominic. in d. c. pro humani, circa fin. post Ang. de Perus. in confi. 14. Imò plusdicit ibi Domini. uidelicet, q. clericus tale crimen committens possit per judicem secularem puniri, absque alia degradatione, ut ibi latius per eum, sed quod idem sit in ipsis mandataris seu assassinis, nullibi aperte legi, nisi q. Ang. in d. conf. 14. hoc uidetur tacite sentire, non separando assassinos à mandatoribus quoad pœnam d. c. pro huma-

ni: sed

ni: sed eos simul miscendo, cum tamen i casu, in quo ipse consuluit grauius punierit assasinos quam mandatores: & idem sentit Bart. in l. non solum. S. si mandato. ff. de injur. & Sali. in rep. l. non idem minus, in fin. C. de accus. Et ita ego, faluo meliori iudicio, putarem in practica ab seruandum proper naturam correlatiuorum & exorbitatiam criminis, maximè in hæc prouincia, ubi quamplures pro obtinenda pecunia, & gratia magnatum, ad talia perpetranda pronissimi sunt, licet sit per quam durum, & licet sciām contrarium sentire Francis. de Aret. subtilitatem principem in suo eleganti consilio 165. Sed homicida maximè sic qualificatus quod fecit semper expedit, l. 3. C. de epis. aud. & nihil iustius, quam necis artificem arte perire sua, multisq; graftantibus opus est 12. exemplo, l. aut fact. S. ff. de pœz. De his autem t' qui homines occidūt, p pecunia, uide aliud per Bart. in l. nō solum. S. si mandato, & per eundem in l. Cicero. ff. de pœn. & aliquid per Sali. in d. l. non idem minus; & plenissimè per Canon. in d. c. pro humani. Hoc tamen qdā dixi supra dominum & uassallum iudicari à pari, limitatur singulariter uerum, qnā eadem subest ratio in utroque, alias secus. Et hinc est, q. licet uassallus interficiens aliquem proditorē, priuatur feudo, & feudum aperiatur domino, quādo feloniam eum respicit, ea. unico, in tian ille qui inter. fra. do. tamen dominus interficiens aliquem proditorē non priuabitur proprietate ad instantiam uassalli, quia eius non interest, nec subest eadem ratio. Ita sing. decidit An. de Iser. omnium iudicio in feudorum materia maximus, & post eum Alua. & alijs in d. c. unico. Hinc et est, q. licet uassallus teneatur domino prestare iuramentum fidelitatis, non tamē econtra dominus tenetur uassallo prestare iuramentum fidelitatis, ut sing. decidit Aluar. post alios per eum relatos, in d. titu. de forma fidel. ad fin. Iacobinus libello fendorum, in illis uerbis, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, & c. ubi plures alias ponit di spartates, & Fraci s. libel. fendl. par. 3. i uers. singulariter aduerte, qdā tene mēti. Et hoc iudicasse, abūde sufficeret

bet

## 274 LOCVS A CORRELATIVIS.

bet iuuenibus. Qui autem latius instrui volet in hac materia correlatiuorum, uidere poterit Baptistam de S. Blasio in suo singulari tractatu correlatiuoru. Vbi reperiet ultra centum casus, in quibus sibi locum uendicat regula correlatiuorum de qua suprà. Reperiet etiam ultra ceterum fallentias, in quibus dispositum in uno ex correlatis non habet locum in alio correlatio. Ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat.

## LOCVS AB EFFECTV.

- 1 Argumentum ab effectu est probatio sensitiva, & quando procedit uel non nū. 7.
- 2 Ex efficacia effectus arguitur potentia causæ efficientis.  
Exitus acta probat, & effectus denotat causam.
- 3 Vulneratus absque longo intervallo decedens presumitur ex vulnera decedere.
- 4 Animus presumitur ab effectu.
- 5 Vxor dicitur domina dotis.
- 6 Pena commensurari debet delicto.

D'Retereā habemus in iure locū ab Effectu, à quo sum p̄tum argumentum est frequens, forte, & multū effīcax: quia est t̄ probatio sensitiva, qua nulla est efficacior. Nam quærere rationem ubi habemus sensum, est infinitas, seu debilitas intellectus, ut post Aristotelem & Auerroim dicit Bal. in Rub. ff. de rer. diui. & idem Bal. in l. i. C. qui accu. non poss. & idem Bal. in l. f. C. de execu. rei iud. & Ang. in conf. 275. incip. Thēma super quo consil. petitur tale est, circa fin. Et isto arg. ab effectu, utitur Imperator Iustinianus in prōḡmī init. in §. quorū utrāque uiam, in uers. & bellicos, & ibi Ang. not. Isto argūto ēt utitur Paul. Iuris. in l. debitor, & ibi Pau. Calt. no. ff. ad Treb. Isto argumento utitur ēt summus Pontifex, in c. ubi periculū, in pri. & in c. fundamēta, circa me. de ele. l. 6. & de eo prōnunc recordor, gl. quā ordinaria uocant, facere mentionē in quatuor locis. Primo in Cano. quatuor, 12. q. 2. in gl. l. ubi ēt est bon' tex. Sed & l. 3. C. de sū. tri. Tertiō in l. nullus uero dolo, ff. de teg. iu. & quarto in l. cuius effectu illu eo. ti. Isto argō ab effectu utitur etiam

## LOCVS AB EFFECTV. 175

Et Bar. in rep. l. si is qui pro emptore, in 6. q. prin. ff. de v. sic. & Alb. de Ros. in 2. par. statut. q. 30. & Bal. in c. l. in 6. q. in ti. quib̄ modis seu amitt. in usib. feudo. & Bal. in consilio suo 136. incipien. proponit in 2. par. & idem Bal. in l. si pater puellæ. C. de inoff. test. & Salic. in l. i. in f. C. quando non pet. par. pet. ac. & Dect. in pluribus alijs locis, quæ commemorare magis haberet laboris, quā ingenij, & licet Bald. qui dicebatur, omnia scire & nihil ignorare, ut commemorat Roma. singulari 379. & Iason in l. i. C. de summa trinitat. & fide catholice. de hōc loco ab effectu mentionem non faciat in leg. conuenticula, C. de episc. & cler. vbi ponit plures alios locos legales, non est mirum: quia omnium habere memoriam, diuinitatis magis est, quam humanitatis, l. 2. post medium, C. de vet. iu. encl. Et argumentum ex hoc loco potest for mari hoc modo. Ex efficacia, t̄ effectus arguitur potentia causæ efficientis. \* Exitus enim acta probat & effectus denotat causam, l. rem non nouam, circa f. C. de iudic. & d. S. quorum utramque uiam, & præall. c. quatuor, in quibus iuribus ponuntur exempla, & gratia eidēntioris in 3 tellectus addo aliud exemplum quodtidianum, ut t̄ si vulneratus absque longo intervallo decedit, presumitur ex vulnera decedere: & sic presumitur uulnus uuisse lethale, arguendo ab effectu; nisi ex aduerso allegetur & proberetur, quod mors secuta est ex adiuncta culpa uulnerari. Ita singulariter determinat Bal. in d. c. 1. in 6. q. Et sequitur ibi Pr̄ apol. idem etiam uult Angel. de Arer. in tract. maleficiorum super illis herbis, & ex dictis uulneribus mortuus fuit, & c. ubi eiā exemplificat de multiplici culpa vulnerati, vt quia non adhibuit medicum, uel tardè adhibuit, uel adhibuit imperitum, nel ei non obediuit, uel cum uxore aut alia muliere concubuit, & idē uoluit notab. Bal. in l. qui occidit. §. fin. ff. ad leg. A quilibet & idem Bal. in l. si ab hostibus. §. 1. ff. sol. mat. & Felic. in c. præbyterum, de homic. & Hyp. de Mat. in l. nihil in terest, ff. ad leg. Corn. de sicut. quod commenda memoria, quia habui de facto, q. potest quotidie occurrire in practica. Hinc etiam singula dicant Bald. & Ang. post Cyn.

A.D.D.  
\*Efficiē.  
E: no . q.  
effectus  
se  
quitar se  
am causā  
l. generalis  
ter , C. de  
episc. &  
cler. P.  
Prat.

Cyn. & Iac. in 1. consti. Digestorum in fin. uerb. per illa  
 4. text. quem not. pro argumēto ab effectu, quod t̄ animus  
 pr̄sumitur ab effectu. & ergo si statutum dicit, q̄ si quis  
 studiosè percutserit, puniatur tali pena: pr̄sumitur sibi  
 diosē factum, nisi ex aduerso animus defuisse probetur,  
 & alleg. Bal. ad hoc l. 1. C. ad Corn. de sica. quia iuncta  
 sing. gl. 2. hoc optime probat. quod not. Hinc etiam ho-  
 mo qui irrationabiliter uiuit & contra decentiam ciuilē  
 ab effectu potest appellari bestia: ut notat gl. in uerb. de  
 centi. in Auth. de mona. in princ. col. 1. sic t̄ uxor dicitur  
 domina dotis, & habere possessionem quoad effectū re-  
 stitutionis, quā ei fieri debet sol. matr. l. in rebus, C. de  
 iur. dot. licet constante matrimonio, maritus sit domi-  
 nus dotis quoad effectum vendicationis, l. doce. ancillā,  
 C. de rei uend. Et istis denominationibus plerūque vtū-  
 tur Theologi, qui ex similitudinibus uita nūc homines  
 porcos, nūc grues appellant, & ad p̄missa bene facit  
 §. sed sui, cum ibi not. Institut. de her. qual. & diff. & l. li-  
 tibus, iuncta gl. in uerbo restituuntur, in fī. C. de agric. &  
 cen. lib. 1. 1. Hinc etiam est, q̄ ex genere poena regulari-  
 ter arguitur majoritas delicti, quia t̄ poena debet com-  
 mensurari delicto, c. non afferamus, 24. q. 1. & in Auth.  
 et fra. filij, §. quia uero. Hoc tamen fallit interdum in ca-  
 sibus, in quibus pro minori delicto maior imponitur po-  
 na propter frequentiam delicti, uel inclinationem ho-  
 minium ad illud committendum, ut retrahantur: Ita dicit  
 gl. not. in c. admonere, 33. q. 2. & gl. in c. proposito, 27. q.  
 1. Hoc tamen nolo te ignorare, quod in his quā respi-  
 ciunt effectum t̄ procedit istud argumentum: in his au-  
 tecia, quā respiciunt originem, argumētum ab effectu nō  
 procedit, quod declarari per exēpla, ut not. declarat Bart.  
 inl. constitutionibus. ff. ad muni. & in kneç ci. §. fin. ff. de  
 adop. & faciunt eleganter not. per Panorm. in c. de uxo-  
 re, de sepul. ubi recurre. Aduerte etiā, quia effectus, seu  
 euentus noxius nūc denūm attenditur, quando proce-  
 dit a causis proximis & immediatis: non autem quando  
 procedit à causis remotis, quā potius sunt occasio,  
 quam causa immediata: tunc enim euentus uel effectus  
 non

attributione illi principio remoto, sed causis propin-  
 quioribus. l. si mulier, iuncta gl. in verb. uilis in fī. & ibi Al-  
 ber: not. ff. rer. amo. & l. scripture. §. fī. ff. ad leg. Aqui. &  
 sic tunc non procedit argumentum ab effectu. Ita sing.  
 dicit Bal. in conf. 136. circa fin. in pulchro & quotidiano  
 casu, ad quod etiā eleganter not. per gl. & Henr. Boich  
 inc. de cætero, de homi. & not. per Hippol. in d. l. nihil in  
 terest, & not. per Fran. de Aret. in conf. 147. incip. vīsa  
 consultatione, in 2. dub. quod tene mēti. Et hæc de causa  
 efficiente, & eius effectu dicta sufficient: quib⁹ addit ea,  
 quæ dicā infra in loco ab autoritate, circa princ. De cau-  
 sa autem materiali causante, & causata, formalī & finali,  
 vide per glo. & Docto. in l. 1. C per quas pers. no. acq: &  
 supra in loco à minori & in loco à defectu formæ, & in-  
 fra in loco à uirtutē finis, & aliquid per Bal. in l. 1. in 27.  
 opp. C. quan. non pe. par. pet. acc. Illud autem certum  
 est quod ad plenam notitiam causarū, requiritur notitia  
 suarū causarū, l. 1. in pri. & ibi notatur per Angel. ff. de iust.  
 & iur. & ubi pender causa, pender & causatum, l. sed & si  
 quis. §. interdum ff. de usufru. cum sim. De uirtutibus au-  
 tem & operationibus causarū uide plenius per Cice-  
 rōnem, & Boetium in Topicis, ad quos te remitto.

LOCVS AB EFFECTV EORVM QVÆ  
 simul requiruntur ad esse.

- 1 Quando plura coniunctim requiruntur ad esse rei, vel proba-  
 tionis, non sufficit alterum esse, vel probari cum nu. seq.
- 2 Impertrans rescriptum, vel offerens libellum teneat probare  
 causam expressam in rescripto &c.
- 3 Petens se admitti ad actum ut talis, debet probare se tales.
- 4 Responso, que fī positionib. solū referunt ad id, super quo prin-  
 cipaliter fī positio, &c. non ad enunciatiū narrata.
- 5 Actus requisitus cum aliqua qualitate, non valet sine quali-  
 tate. Clausula illa, super p̄missis omnib. & singulis peti milio-  
 nis dici, &c. quos habeat effectus & nu. 8.
- 6 Index non potest condemnare ex apta causa, quando actum est  
 ex inepta.

## 178 LOCVS AB EFFECTV EORVM, &amp;c.

**N**unc subiectamus locum ab effectu eorū, q̄ simul requiruntur ad esse. A quo sumptum argumentum est forte, frequēs, & valdē vtile: & huius loci meminit Bald. in l. conuenticula, C. de episc. & cler. dicens eum esse nullum not. in materia probationis. Et formatur argumentū ex hoc loco, hoc modo: Quando t̄ plura coniunctim requiruntur ad esse rei vel probationis, non sufficit alterū esse probari, tex. est not. in l. unde etiam, §. hoc autem, versi, itaque, & ibi glo. ff. de iti. actuque priua. & tex. in l. Fulcinius, §. cum hoc, & ibi Bar. ff. qui. ex cau. in pos. eatur, & tex. in l. habebat; in princ. & ibi no. per Doct. ff. de inst. & tex. in l. si per alium, §. docere, & ibi Pau. de Cast. & Ias. nor. ff. ne quis es, qui in ius voc. & facit tex. in l. 2. §. quod diximus, cum ibi not. per Bar. & Doct. ff. si quis cau. Et hinc est, q̄ t̄ impetrans rescriptum uel offerens illi bellum, tenetur probare causam uel demonstrationē expressam in rescripto vel libello; quando intentio impenetrantis, vel libellantis principaliter fundatur super illa causa uel demonstratione, ita not. dicit Inno. in c. ex parte abbatissæ, de priuili. & sequitur ibi Panor. dicens: hoc bene notandum, quia sēp̄ venit in practica; & hoc dictū referunt, & sequuntur Pau. de Cast. & Ias. in l. interpos. ras, C. de trans. dicentes hoc perpetuò tenendum menti, quia pōt in facto frequenter contingere. Hinc ēt est, q̄ si impediōr venire ad certum lōgum, non sufficit docere de impedimentoo, vel q̄ impedimentū suberat quare vere non poteram, sed necesse est, q̄ docēā me fuisse paratum ad eundem, & q̄ iuissim, nisi per tempestatem, uel aliud impedimentū legitimū impeditus fuīsem: & de hoc protestet. Ita sing. probat tex. in d.l. 2. §. quod diximus, & tex. in l. qui commeatus, in prin. ff. de re milit. & vtrobiq; id no. Bar. & volunt not. Inn. Pan. & Can. in c. ex transmissa, de prescr. & DD. sēp̄ alibi: quod tene p̄peruō menti, quia est quotidianū in practica. Hinc ēt est,

3. q̄ t̄ petens admitti ad aliquē actū ut talis, debet probare se talē, alias nō admittitur: tex. est not. in l. non ignorat. Et ibi DD. C. qui accu. non poss. & ergo volēs admitti ad retrahit ex vi statuti, uel consuetudinis, vt & tāquā cōfors,

## LOCVS AB EFFECTV EOR. &amp;c. 179

fors, vel agnatus, debet probare se esse tales, alias nō admittitur. Ita fin. decidit Pau. Calt. in cōs. 6. 9. in antiqu. in c. super eo vero quod queritur: & sequitur Alex. in consil. 60. 2. vol. quod tene menti, quia pōt quotidie ferunt in practica. Hinc ēt est, q̄ si aliquis sit accusatis de percussione cum sanguinis effusione, uel de percussione facta eum armis, vel de nocte: licet contra eum probetur per cassio, si tamē non probetur qualitas libellata, scilicet sanguinis effusio, cum armis, de nocte, vel famulis, debet reus absolvui, quando alia poena imponitur per statutum pro simplici percussione, & alia pro percussione qualificata, & ad illam concluditur: licet posset nouus processus inchoari super simplici percussione. Ita no. dicit Cy. post Lac. de Are. in l. p. C. de prob. & ibi Pau. de Ca. vers. & istud inducit Sal. & Doct. & volunt Ant. de Butrio. Io. de Imo. Pan. Fel. & alij Doct. Can. in c. licet causam, de proba ubi recurre. Hinc etiam est, q̄ constitutio apostolica tollens pactum, uel statutum, non censemur tollere pactum uel statutum iuratum, uel alia qualitate uallatum: & est ratio, quia plus potest hoc tale, quam hoc simplex: de hoc sunt duæ glossæ singulares, una in c. cum non deceat, in uerb. effectus, circa fin. de elect. libro 6. alia in Cle. dubiū, circa fi. super uerb. pacta, de sepul. & ibi Doct. & its sing. decidit Alb. de Ros. in 1. parte statut. q. 16. in fi. & Rom. sing. sing. 8. & Ludo. in repe. l. si vero, §. de viro, in 2. 3. fal. ff. sol. mat. & Pan. in c. constitutus, de rescri. & Docto. sēp̄ alibi: quod tene menti. Hinc etiam est, q̄ lex, vel statutum puniens vnum delictum, & presupponens alium, non includit illum, in quo non verificatur delictum presuppositum quasi qualitate seu uno ex requisitis deficiente, tex. habes iuncta gl. in l. mancipia, C. de serui. fugi. & ibi istud valdē commendat Iac. But. illam gl. ēt reputat unicam, & sing. in iure Rom. sing. 493. incip. statutum: & Soc. in cōs. 55. ubi omnino uide. Hinc ēt est, q̄ aliter t̄ procedendum est contra clericum simplex homicidium, uel aliud delictum cōmūtētem, & aliter cōtra clericum cōmūtētem homicidium uel aliud delictū qualificatum: ut ualde singulariter dedit Pano. in c. at fi. cle

## 180 LOCVS AB EFFECTV EOR. &amp;c.

rici, de iud. & Petr. de Ancha. in rep. reg. ea quæ sunt, in  
12. q. circa si. & in q. 19. de reg. iur. lib. 6. & Dominicus in  
cap. pro humani, de homic. eo. libr. & Io. de Ana. & Felin.  
in c. 1. de homic. in antiqu. & DD. sapè alibi: quod tene-  
menti, quia occurrit quotidiè in practica: licet per quos-  
dam cœcos iudices ecclesiasticos male obserueretur. Hinc  
etiam est, qd quando positio qualificata est in parte falsa,  
potest cum bona conscientia in totum negari, nec incur-  
rit per hoc periurium: ita dicit glo. ualde notabilis  
\* in cap. 2. in verb. absque rationabili, de confes. libro 6.  
& glo. in c. 2. in verbo sigillatim, de testib. eod. libro, &  
nult Panor. in c. vniuerso, de plus petit. subiungens ratione:  
quia uidetur aliud factum, & idem reperio sentire Ioan.  
And. in reg. nullus pluribus, de reg. iur. lib. 6. in Merc. &  
est originaliter dictum Spe. in tit. de pos. §. 7. ver. 1. ubi  
etiam sing. dicit, qd responsio t̄ quæ sit positionibus, so-  
lum refertur ad id, super quo principaliter sit positio, &  
non ad enunciatiæ narrata: Vnde si positio habet, qd  
mutuani Titio X. cuius tu es hæres: & tu respondes, ce-  
do, per hoc non uideris confiteri te hæredem Titij, sed  
solum mutuum: & hoc dictum res fert, & sequitur Math.  
in not. suo 34. quod tene menti, quia est frequens, &  
quotidianus in practica. Hinc etiam est, qd si ad validitatem  
actus requiritur iuramentum cum tactura scriptura, si  
præstatur iuramentum sine tactura scriptura: non est fa-  
tis factum dispositioni, de hoc sunt duæ gloss. not. una est  
in c. ut circa, in verb. præstito, de electio, libr. 6. & alia est  
in Clem. 1. de hær. quas ad hoc not. Corser. in sing. suo  
270. Hinc etiam est, qd ubilex, uel statutum pôderat sci-  
er, qui se sit actum, & ignorat qualitatem. Ita est deci-  
sio gl. no. in c. concertationi, in verb. sciuerit, de appellat.  
lib. 6. quam ibi commendat Dom. dicens eam notandum  
pro statutis imponentibus pœnam scienter receptanti-  
bus bannitum, & non reuelantibus: nam receptans ban-  
nitum, nisi sciuerit illum bannitum esse, non incurret pœ-  
nam, ut ibi latius per enim, & idem uult Bar. in l. omnes,  
2. C. de agri. & cens. libr. 1. Et per hæc, & alia singul. dicit

Barba.

AD D.  
\* Notabi-  
lis. Nota  
ex d. glo.  
casus, q-  
bus non  
est positio  
nibus re  
sponden-  
dum P.  
Prat.

## LOCVS AB EFFECTV EOR. &amp;c. 181

Barba. in c. cum vigesimum, de offi. deleg. se in contingen-  
tia facti consuliisse, qd cum Bononie esset facta constitua-  
tio, qd loquens cum rebelle puniatur pœna mortis, & fuis-  
set inquisitum contra quandam, quid fuisse locutus  
cum rebelle, quia tamén in illa inquisitione nō fuit articu-  
latum nec probatum, quid sciuat illum rebellem, qd debe-  
bat absolui, & non condemnari: & hanc decisionem re-  
fert, & sequitur Corser. in sing. 328. quod tene perpe-  
tuò menti, quia ualer ad multa. Hinc etiam dicit singul.  
Io. And. in d. c. pro humani. Nouel. se liberasse quandā  
prælatum à pœna illius cap. quod loquitur de Christia-  
no assasinato. nam erat probatum contra prælatum, qd fe-  
cerat per assinos occidi quandam hominem, sed quod  
ille homo assassinatus fuit Christianus, non fuit probatum:  
& sic non erat probata qualitas requisita per d. cap. pro  
humani. Vnde ille prælatus evasit à pœna illius c. secun-  
dum eum ibidem: quod dictum tanquam irridicū sequū-  
tur ibi omnes Doct. posteriores, & Bal. in l. si quis non di-  
cam, C. de epis. & cle. & Doct. sapè alibi, quod tene men-  
ti, quia est singulare, & quotidianum. Et ratio istius, &  
multorum aliorum suprà commemoratorum est: quia  
t̄ ubi requiritur actus cum aliqua qualitate, non sufficit  
actus sine qualitate, d. §. cum hoc, & cap. ab eo, iuncta gl.  
de elect. libr. 6. cum simil. & ubi qualitas est causa alicuius  
effectus, puta pœnæ inferende, non sufficit probare fa-  
ctum, nisi præcisè deducatur, & probetur qualitas, l. non  
solum. §. sed ut probari, & ibi Bar. if. de no:ope. nun. l. ma-  
trem, & ibi Bal. C. de proba. glo. & Ang. in l. eum actum,  
ff. de neg. gelt. & Pan. in c. in præsentia, de proba. & faciunt  
not. per Alb. de Ros. in l. spadonem, §. qui liberatus, ff. de  
excu. tu. Imò ( quod fortius est) si canon, uel lex ad per-  
ditionem priuilegij uel incursionem pœnam requirit duas  
qualitates, requiritur concursus utriusque qualitatis,  
gloss. est de hoc sing. in Clem. 1. in verb. publice, & perio-  
naliter, de uita, & honest. cler. quod tene menti. Sic etiā  
ubi qualitas est causa delate iurisdictionis, non sufficit ad  
factum, nisi adsit qualitas, ut est text. iuncta sua sing.  
gl. in c. 1. de offic. del. libr. 6. & ibi tangitur per Doctor.

M 3 &amp;

& per Innoc. Pan. & Doct. in c. cum sit generale, & in c. si clericus, de fo. comp. Potesit etiam assignari alia ratio in predictis: quia effectus condemnationis est diuersus propter qualitatem. Vnde nisi sit detractio qualitatis pendente iudicio, iuxta doctrinam auream. l. in delictis. §. si detracta. ff. de nox. acti. non poterit sequi condemnatio: de quo videlicet plenissime per Bart. in l. denunciatur. §. quid tamen. quem legit. sub l. qui vxori. ff. de adul. & late per Sali. in l. tutoris, C. ad legem Iul. de vi. & per Hipp. de Marsi. in sing. 187. Et pulchre per Pau. de Cast. & Iaf. in d. l. si per alium. §. docere. & per Fel. in e. z. de re scri. & p. Can. in d. c. licet causam, & latissime per Gandinum in tract. suo malef. in tit. de pen. reor. in ners. ultimo circa. & per Alb. de Ros. in z. parte statut. q. 44. & per Ang. in l. quid ergo. §. poena grauor, versie. sed si causa. ff. de infra. Ex cuius dictis habentur duæ limitationes ad præmissa. Prima est, ut præmissa non procedant, quando per qualitatem non alteratur actio. Secunda est, ut præmissa non procedant, quando vna actio continetur sub alia: quem omnino vide. Vide et Bal. referentem plura motiva pro & contra, in d. l. z. C. de proba. & in l. & si securior, C. de quib. cau. infra. irro. Ex cuius dictis habetur alia & tercia singularis limitatio ad præmissa, videlicet, quod præmissa procedunt, nisi in libello accusatorio sit posita illa

7 † clausula in libellis poni consueta, super præmissis omnibus & singulis peto mihi ius dici, & iustitiam ministri, quæ distinguit qualitatem à facto, ita quod altero probato obtinebitur in eo, secundum eum, quod est menti tenendum. Circa quod volo te scire, quod dicta clausula super præmissis omnibus & singulis peto mihi ius dici, &c. haber alium maximum, & singularem effectum: nam si in libello concludente in postulatio, narratione facta de responsivebus possessorio & petitorum, subiectatur dicta clausula: tunc probato petitorio, & non possessorio, poterit iurare dicta clausula ferri sententia in petitorio. Ita singulariter dicit Ioh. Calde. & post eum Pavorm. in c. cura dilectus, de ord. cog. & Ioh. de Imo. in c. cura ecclæsa, circa fi. de cau. pos. & i. a. cm. Ioh. de Imo. in l.

in l. si cuan nulla, & in l. in summa, ff. de re ind. & Bal. in l. incerti, circa fi. C. de interdi. & Fel. in c. licet heli: circa fi. de simo. & Alex. de Imo. in l. z. §. prius, in fi. ff. de vulg. & Ang. & Iaf. in §. omnium, Insti. de actio. & Soci. in col. 128. inci. iustissimè iudex, in princ. & ergo tu sis cautus, ut nunquam omittas eam ponere in libello per te confi ciendo: quia uidi plures succumbere ob omissionem dictæ clausulæ, capta per eos inepta conclusione, quia non succubuerint, si dictam clausulam in conclusione posuerint: quod etiam uult Pan. in d. c. cum dilectus, & reputat ualde not. & tanto magis sis cautus, quia in bene, & aptè formando conclusionem faciliter errat, qui natura actionis ignorat. Propter quod contingit plures succumbere, l. i. cum ibi nota per gl. sing. ff. si men. fal. mo. dixe. & c. examinata, cum ibi no. per gl. & Can. de iud. Scias tamē † quod dicta clausula, quantumcunque utilis sit, nō operatur effectum suum, quando contra generalitatem libelli, in quo dicta clausula adiecta est, reperitur exceptum, & petitum fieri specificationem: Ita singu. decidit Alex. de Imo. post Bal. Ang. & alios per eum relatios in consil. 121. l. vol. ubi plura bona dicit. Scias etiam, q. vbi cunqne † appetat male esse actum ex vna causa, appetat tamen ex actis, quod ex alia causa benè potuisse agi, nō potest iudex condemnare ex illa aperte causa: sed debet reum absoluere referuando nihilominus in sententia parti ius agendi sibi cōpetens ex alia cā apta, de isto est tex. ualde sing. in l. Bebius, ff. de pact. dot. quem text. ad hoc no. Bal. in authen. sed & si quis uer. in contrarium allegabatur. C. de secū. nup. & illum tex. Bald. semper habuit in ore, ut refert Ang. in l. Claudius, ff. qui po. in pigr. hab. & Corse. in sing. 159. est etiam bonus tex. in d. c. ex animata, & faciunt not. per gloss. & Doctor. in d. l. i. ff. si men. fal. mo. dixe. quæ omnia memori tenetas mente tan quam pulchra, utilitia, singularia, & in practica frequenter occurrentia.

## LOCVS AB ABSVRDO.

<sup>1</sup> Argumentum ab absurdō validissimum.

<sup>2</sup> Non est affrendum, dicendum, vel faciendum id, aut suuēdne

- ille intellectus, ex quo sequi posset absurditas, inhumanitas, scandalum, vel inconveniens.
- 4 Dispositio generalis sive legis, sine statu restringenda ad viam absurdum.
- 5 Dicō plus, ad quantitatem modicam referitur.
- 6 Verba simpliciter prolatā restringi debent ad id quod est ratio nis, ne sequatur absurditas, vel inhumanitas.
- 7 Regula, quād ubi lex non distinguunt, nec nos distinguere debemus, limitatur.
- 8 Absurdum quid sit.
- 9 Aequum illud est, cuius contrarium est absurdum.
- 10 Argumentum ab absurdo tollitur, si absurdius sequitur.

**A**B hoc loco, quem ab absurdo, seu à vitatione absurditatis, inhumanitatis, scandali, vel inconvenientis, iurisconsulti appellant, de prōptum t argumentum est validissimum: cum sumatur à discretione naturali, & huius loci meminit Baldus in lege conueticula. Cod. de episc. & cler. & idem Bal. in l. Pomponius, 2. ff. de neg. gest. & Io. And. in reg. pro possessore, in regul. in toto, in regul. mora. & in reg. qui sétit, de reg. iur. lib. 6. in Merc. & Hyp. de Mars. in singul. 151. & gloss. in l. 1. in verbo, eundem iudicem, ff. de quibus rebus ad eundem iud. cat. Et eo utuntur tam legum quam canonum conditores, iurisconsulti & Doctores in diuersis locis, vt ex infra dicendis patebit. Et in primis isto argumēto ab absurdo vtitur Imperator in l. fin. C. de auct. preſt. & in l. vnica. §. pro ſecundo, C. de cad. toll. & in l. ſi quis iufurandum, & in Egeneraliter. C. de reb. cred. & i ſi. Inst. qui & ex quib. cauſa. ma. pos. & ſep̄ alibi: Hoc argumēto est utuntur canonum conditores in diuersis locis, ut patet in ca. uenerabilem, & in c. in genesi. de elect. & in c. ex ore, & ibi Pan. no. de priu. & in c. solite. & ibi etiam Pan. no. de maio. & obe. & in c. cum inter, & ibi ſimiliter Pan. not. de except. & in c. quemadmodum, & ibi etiam Pau. de iure iur. & in c. dudum, & ibi gl. & Domi. no. de præbeh. lib. 6. & in c. cum fatis, de offic. archi. & in c. clericos, de offici.

offic. ntar. & ſep̄ alibi. Hoc argumēto etiam utuntur iurisconsulti in diuersis locis, ut patet in l. 1. unde queritur. ff. de publi. & in l. nam abſurdum, iuncta l. præced. ff. de bon. lib. & in l. obſeruare. §. ſi. ff. de offici. procon. & in l. ſi quis ex argentiarijs. §. fin. ff. de eden. & in l. ſcire oportet. §. aliud, & ibi Bal. no. ff. de excu. tut. & in l. ſue hæreditaria, in fin. de neg. gest. & in l. 2. ſ. ſed ſi agant, & in ſ. ſed & ſi dubitetur, ibi, alioquin. ff. de iudic. & l. Offilius, in uer. pone inquit, & ibi gl. perpendit. ff. de leg. 3. & in l. ſurti. §. pactus v.e. ff. de his qui not. infa. & in l. eum qui ades, ff. de vſucap. & in l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. & in l. Pomponius. 1. in uer. cæterum. ff. de neg. gest. & l. 1. aliud. ſ. ſin. ff. de reg. iur. & in l. ambigua. ff. de legib. & ſep̄ alibi. Eo etiam utuntur Doct. in diuersis locis, & in primis Pan. ad ſingularem effectum in eleganti ſua diſpu. incipien. epifcopus & quidam rector. item Petrus de Anch. in conf. 179. incip. prima facie, in pulchro caſu, quem refert & ſequitur Felin. in c. ſi. de præſum. Eo etiam utitur Bal. in conf. 2. 1. uolu. & idem Bal. in Aut. ſed nouo iure, in ſi. C. de epifcop. & cler. ubi per hoc decidiſt notabilem & quotidianam queſtio. quam ego uidi de facto in ecclēſia Niuellensi, & Doct. ſep̄ alibi. Ex quibus pater, validissimum eſe argumentum ab absurdo ad interpretationem cuiusque diſpositionis. Eſe procedit argumentum ſumptum ex hoc loco, etiam ſi non allegetur autoritas, ut inquit Panor. in c. iniuſum, & dere. perm. nec mirum, quia ſumitur à discretione naturali, ut ſuprā dixi. Et formiſatur hoc modo. Non eſt alſerendum, dicendum, uel faciendum id, aut ſumendum ille intellectus, ex quo ſequi poſſet absurditas, scandalum, uel inconveniens. Debet enim quilibet diſpoſitio ſic intelligi, ut nulla ſequatur inhumanitas, uel absurditas, quæ uitanda eſt, iuriibus ſuprā alleg. & hoc modo, iſto argumēto utitur ſubtiliter Io. An. in reg. cui licet, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. contra Archidi. ad eliciendum uerum intellectum, c. nemo contemnat, 11. q. 3. quem omnino uide. Eo etiam utitur idem Io. Andr. in d. reg. in toto, dicens eſſe bonum modū arguēdi.

Huic

3 Hinc etiam est, q. excusat† nō obtemperans mandato superioris, quando ex hoc sequeretur absurditas, scandalum, uel inconueniens, tex. est not. in c. si quando, de rescri. & in c. cūm teneamur dē præb. & ita singul. uolunt, Car. Io. de Imo. Feli. & Doct. in d. c. si quando, & idē Fe li. in c. 2. illo eo. tit. & habetur pulchre per Card. in cons. 142. incipi. Sanctissimus dominus noster, & Roma. rep. l. si verd. §. de viro, in 7. fallen. ff. sol. matrī. quod tene men ti, quia est quotidianum. Et uide omnino quod dicam in frā in loco a plenitudine potestatis. Hinc etiam est, q. 4 pro † exitanda absurditate, restringenda est generalis dispositio. tex. est not. in l. 2. C. de noxa. act. & in l. ut gra datim. §. 1. ff. de muneribus, quod habet locum in dispositio ne statutaria, ut est tex. secundum unam lecturam in d. l. 2. & vult not. Bar. in repet. I. omnes populi, in 6. q. principali post pri. ff. de iust. & iur. & sequitur Pan. in d. c. solitæ, in quibus locis per hoc decidunt, q. licet statutum generaliter disponat, q. quicunque extraxerit sanguinem in platea, puniatur poena manus : barbitonſor ta men, qui extraxit sanguinem in platea phlebotomiā fa ciendo, non punietur poena statuti: licet ex generalitate verborum comprehendiri videatur : nam restringēda est illa generalitas, ne absurdum uel inhumanum sequatur. Absurdum enī & inhumanum eſſet, dicere barbitonſorē, poena statuti teneri, cūm in eo nō possit argui dolus. Statutum autem intelligit de extrahente sanguinem in pla tea dolosē, & cum iniuria alterius, & ita etiam vult Bar. in l. non dubium, C. de legib., & idem Bar. in L. in fin. C. de agric. & censi. lib. 1. & Bal. in l. benignius, in prin. ff. de legib. & idem Bal. in l. Græchus, C. de adul. Verba enim legis non debent captari, l. penul. ff. ad exhib. que est ad hoc not. & istud eſt verum, etiam si præcedat aliud statutum generale, quo cauetur, quod uerba statuti intelligantur præcisē, & ad literam, sine ulla interpre tatione, sub maxima pena. Et istud eſt, quod faciebat du bius, & propter quod barbitonſor erat in maximo per iculo, dum quæſtio fuit de facto Bononiae : tamen propter absurditatem uitandam fuit iudicatum pro barbito fore.

fore, & recte, ut refert Alb. de Ros. post Iacō. Butr. in l. q. uis, ff. de in ius uo. & Iaf. in d. l. non dubiu: quod tene mēti. Hinc etiam dicit Bal. in l. data opera, C. qui accu. non po. & Pau. de Caſt. Iaf. & Doct. in l. 1. ff. de legib. & idem Pau. de Caſt. in l. 1. C. ubiſen, uel cla. & in l. 3. C. de epis. pau. & in d. l. non dubium, & gl. in l. & si ſeuerior, ſup uer bo, certis rationibus, & ibi Bal. & expreſſius Pau. de Caſt. C. ex quibus cau. infa. irrogatur, & Cep. in cau. 18. & 19. ſecundum numeros meos, quod statutum generali ter & indiſtincte diſponens, quod homicida poena capi tis punitatur, reſtrigi debet ad dolosē occidentem, nec habet locum in eo, qui per laſciuiā, uel per ualatiā aut culpam occidit: & multo minus in eo qui ſine culpa occidit: & ſic reſtriguntur statutum, ut non ſequatur ab ſurdū, & idem vult Alex. de Imo. in cons. 102. 3. uol. in cip. domini redemptoris, &c. ſuper eo de quo quæritur, &c. & Pau. de Caſt. in cons. 192. incip. in Christi nomine amen, in cauſa incarceratedorum, in anti. & Cappola in cōf. 30. & Io. An. in d. regula. Pro poſſefſore, & habetur late hoc per Iaf. in l. in actionibus, ff. de in item iur. quod te ne mienti, quia eſt quotidianum, & uidi ſeptiū de facto. Hinc etiam ſingulariter dicit Albe. de Roſa. in prima par te statutorum, q. 173. quod ſtante statuto, quod habens centum in bonis vel plus, debeat tenere equum, & ar ma ad cōmodū communis, licet diſcio † plus ad modi cam quantitatē referatur. l. hæc adiecit. ff. de verb. ſi gn. tamē in diſcio ſtatuto non ſic capietur, ne ſequatur absurditas: ſcilicet q. habens 20. milia non reſeatetur te nere equum & arma, contra mentem ſtatuti: cum ratio ne diuitiarum huiusmodi onus imponatur, ut ibi latiū per eum, & ſequitur Iafon in l. & ſi poſt tres, ff. ſi q. ſe qua tio, quod eſt memoriz commendandum. Hinc etiā not. dicit Bal. in Authent. in griffi, C. de ſacrol. eccl. quod itā te ſtatuto, quod nemo ex magnatibus ingrediatur palatiū, intrare tamē poterit medicus uel artifex neceſſa tius pro illis existentibus, licet ſit de magnatib. Verba. n. 6 † ſimpliſter prolata reſtrigi debent ad id quod eſt ra tionis, d. l. quamvis, ne ſequatur absurditas, uel inhu ma-

## 188 LOCVS AB ABSVRDO.

manitas; & idem nult Felin.in d.c.solitæ multa enim sive  
specialiter inducta contra regulas iuris ad uitandū scan-  
dalum,absurdum, uel inconueniens: ut magistratiter de-  
clarat Roma.in rep.dict. §. de uiro,in 7. fall. & longè ple-  
nius Fel.in c.2. de præscrip; quos non refero, quia ab om-  
nibus habentur. Et licet h.ec abunde sufficient pro iuue-  
nibus, non uidetur tamen omittendum, q per præmissa  
habetur nota limitatio ad legem , de precio , ff. de pub.

- 7 ubi habetur, quod ubi lex non f distinguit, nec nos di-  
stinguere debemus: & ad iura decentia, quod gene-  
raliter dictum generaliter debet intelligi, d. capit. so-  
litæ, & l.1. §. generaliter, ff. de leg. præstan. cum sim. q.  
hoc est uerum, nisi subit aliqua causa, uel ratio restrin-  
gendi,puta si sequeretur absurdum uel inhumanitas, ut  
in exemplis præmissis, & uide sing.nota.per Roma. in d.  
repe. si uero. §. de uiro: ubi reperies 55. fallentias ad d.re  
gulam, Generaliter dictum , &c. & idem est dicendum  
fortiori ratione , quando propter aliam legem oportet  
restrictionem facere ; quia una lex declarat a-  
liam,l.non est nouum, cum duabus sequent. & ibi pul-  
chrè Paul.Castr. ff. de legib. & statuta & consuetudines  
recipiunt interpretationem restrictionem è iure commu-  
ni,c. cum dilectus,de consuetu. & c.ad audientiam , & c.  
cum dilectus,de cle. non resid.& d.l.2.C.de noxa.aft. q.  
nota, & uide quod dicam in fratre in loco à ratione legis frtri  
ita seu limi.ad restrictionem ipsius legis, ubi succinctè  
declarabo , an & quando ex uirationis possit & debeat  
restringi lex nel canon , & quomodo intelligitur dicta  
regula , Generaliter dictum generaliter debet intelligi,  
& quemadmodum dixi suprà , legem esse restringendā  
ne sequatur absurdum : etiam è conuerso debet exten-  
di lex etiam correctoria ad uitandam absurditatem . de  
hoc habes gloss. singularem in Clem.final.de rescriptis ,  
quam ad hoc notat Ioan.de Imol.in repetitione d. §. de  
uiro.quod nota. Ne tamen procedas ex ignotis, uolo te  
scire f quod absurdum dicitur id,in quo neque ratio,ne  
que æquitas militat, sed ex quo omne malum aptum na-  
tum est prouenire,ut exempli gratia, capere pecuniam à  
iudici-

## LOCVS AB ABSVRDO.

189

iudicibus uel alijs officiarijs pro commissa administratio-  
ne cui iurisdictio est annexa:quia ex hoc nullum bonum  
sperandum est sed infinita expectanda sunt mala & ab-  
surdum: & inter alia & hoc , delicta remanent impunita ,  
punitur bursa,non persona,datur delinquendi occasio ,  
& sunt extortiones indebitè,ut specificè declarat tex.in  
Auth. ut iudices sine quo suff. & habetur per Pâ. & Câ.  
in c.1. & 2. ne præ. ui. suas. & ita aliquando ubi oportuit  
divi, sperans proficere posse , & circa hoc uitium qđ diu  
irrepit,remedium adhiberi: sed operam perdidi & im-  
pēsam. Item potest ponī & aliud exemplum in l. & ex di-  
uerso,§.1.ibi,eodem enim errore, & c. ff.de rei uendic.

- 9 Sic econtrà illud est æquum f cuius contrarium est absur-  
dum, tex.est notabilis in d.lita vulneratus, quem tex.ad  
hoc no.Bal.in l.si quis seruo persuaserit, C.de fur. unde  
rectè dixit gl.in l.diuortio,in uerb.alioquin, ff. sol.mat.  
quod ad absurdum sequitur aliud absurdum, & gloss. in  
uerb.conditio esset in l.à testatore, circa fin. ff.de condi.  
& demon. q posito, quod nō expedit vel non oporteret,  
sequitur, quod non oporteret. Hinc èt vulgariter dicit ,  
q ad impossibile sequitur quodlibet, & q vno inconve-  
nienti dato, plura sequuntur.l.ratas, C.de rescin.uend.  
& ibi id notat,Cy.Bal.Sal.Pau.Cast. & Doc.Hinc etiā  
in sacris literis admittitur argumentatio ab impossibili  
ad impossibile, ut uidere licet per diuum Hieronymum  
in commentarijs super Hieremiam c.31. ante fi. super il  
lis uerbis:Hæc dicit dominus, Si mensurari poterunt cœ  
li, &c. Hinc etiam rectè dicit Philosophorum facile prin-  
ceps Aristoteles in libr.de anima, quod parvus error in  
principio maximus erit in fine,cui consonat illud uulgò  
iactatum proquerium, Nullum malum solum venire, cu-  
ius meminit glo.in d.Auth. vt iudices sine quo. suff. post  
princ. & non abhorret ab hoc illud psalmographi, Pl.40.  
Abyssus abyssum inuocat, secundum intellectum Hugo-  
nis ibidem. Hinc etiam rectè dicit tex.in c.principatus ,  
1.q.1. quod vix bono peraguntur exitu , quæ malo sunt  
inchoata principio.Nec ob hoc discrepat aliud, quod cle-  
gater dicit Caius Iuris,in l.s. ff. de ori.iur. Cuiusq; rei pa-  
tissima

190 LOC. A SERVO AD MONACH

tissima pars principium est, & ibi gl. non ineptè adducit illum versiculum Horatij,

*Dimidium facti, qui bene capit, habet.*

Hinc etiam not. dicit tex. in l. i. fine, C. de im. lu. descri. lib. 10. q. ad primordium tituli vel cause posterior quoque formatur euentus, per quem tex. Bal. in l. i. §. quod si nemo ff. q. cuiusque vni. nomi. valde commendat vnu singulare dictu Bart. positum in l. 4. §. actor. ff. de re jud. 10. quem omnino vide. Tollitur t autem istud argumentum ab absurdo, si absurdius sequatur, text. est peculiaris i d.l. ita vulneratus, & ibi Alb. de Ros. not. quod tenet mente.

### LOCVS A SERVO AD MONACHVM.

1. Serui & monachi equiparantur, & per totum. Fallit n. 5. & 12.
2. Monachus permisso superioris potest habere quasi proprium sicut seruis.
3. Seruus sicut acquirit domino, sic monachus monasterio.
4. Actio non est intentanda contra seruum aut monachum delinquentes, sed contra dominum, & praelatum, seu abbatem. Fallit, n. 5.
5. Monachus & seruus non possunt esse i testamento. Item nec iudices. 7.
6. Dominus vel abbas no possunt seuire in seruū, vel monachū.
6. Monachus quoad ultimas voluntates magis equiparatur filio in potestate, quam seruo.
11. Vassallus no tenetur salutem domini sui preponere saluti proprie: quod secus est in seruo.
12. Actiones navales, que locum habent in delictis seruorum, non habent locum in delictis filiorum familias.

Ocurrat nunc locus à seruo ad monachum, à quo sumptū argumentum est probabile, frequens, & utile. traditio est singularis Innoc. in c. cùm olim 2. de priuile. vbi latè & magistraliter hoc declarat, & sequitur Bar. & post eum Sal. & alii in l. cùm fundus. §. seruū tuū.

ff. si

LOC. A SERVO AD MONACH. 191

ff. si cér. petat. vbi traditū regula, q. t omnia quæ sibi dicuntur in seruis, vendicant sibi locū in monachis nostris téporis: quam regulam idem Bar. in rep. in pluribus alijs locis, & præcipue in l. i. in prin. & in §. si usufructarius & in l. si communis seruus ita, & in l. si seruus testamento, in f. ff. de stip. ser. in quibus locis Barto. in specie hoc inducit ad multas pulchras, & quotidianas q. quas vide per teipsum. Huius etiam regula mentionē facit Bal. in l. si ff. de nox. aet. & idem Bal. in l. si. in f. C. quod cum eo, & in l. seruus. C. com. de succ. ubi dicit, q. sicut seruo nemo succedit, ita nec monacho. De hac regula etiam commēmorat Ioan. And. in regul. que à iure: ubi hoc argumento utitur, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. Huius regulæ etiam meminit Bald. in l. i. C. de his, quæ pœ. no. 2. vbi per eam dicit, q. monachus t permisso superioris cō niuētib⁹ oculis, potest habere quasi proprium, sicut seruus, l. 4. in princ. ff. de manumis. & idem vult Io. And. in reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. circa fin. Istam regulam etiam tradunt Bal. Salie. Ias. & Do sto. in l. interpositas, C. de transact. ubi per eam dicūt, q. sicut non ualeat transactio efficaciter inter seruum, & dominum, ut ibi: ita nec ualeat transactio efficaciter inter monachum & abbatem; & idem uult Bal. in l. si liber, C. de cond. ob eau. & Archid. in c. cum pastoris, 2. q. 7. & habetur plenē per Panor. in consi. 88. 1. uol. incipien. facti contingentia sic proponitur, & per Ioā. And. in reg. non est obligatorium: & hinc est, q. abbas qui promisit monacho suo dare singulis annis certam pensionem, potest talē promissionem reuocare, nisi fuerit per sedem apostolicam confirmata: quo casu non potest. & ideò sit causus monachus, cui promittitur pensio per abbatem suū, ut faciat eam confirmari per sedem apostolicam, alias stabit periculosè. Ita singulariter dicunt Ioan. de Imo, Pan. & DD. in c. nisi essent, de præb. quod tene menti, quia est quotidianum, & habui de facto. Et pro æquiparatione monachi, & serui, adduco pro nunc quatuor gl. quārum una est in l. Pedius, in herb. nullum, & ibi tangit per Bar. ff. de arb. alia est in l. ex penalib. ff. de reg.

iu.

in tercia est in c. non dicatis. 12. q. 1. & quarta est in l. c. hæredes. §. f. & ibi tangitur per lo. de lm. & Alex. ff. de acq. poss. & plenius per eundem Alex. in l. 1. §. item acquirimus, & in §. per seruū. vbi plura bona dicit, illo eo tit. Ita regulam et ponit Pan. in c. quanto. de offi. ord. & idem Pa. in c. pe. de fidei. & Doct. tam legit̄ q. canoniz̄ in plurib. aliis locis, quas cōmemorare magis esset laboriosum,

3 quam subtile. Hinc videmus, quod t̄ sicut seruus acquirit domino, Inst. de his qui sunt sui, in princ. & d. §. item acquirimus, cum sim. Ita etiam monachus acquirit monasterio, etiam si sit fugitiuus, secundum Pan. in c. quod à te, de cler. coniu. & plene per eundem in c. f. de reg. quod intellige, quando iustè acquirunt: alias secus. tex. est sing. in l. q. seruus. & ibi Bar. ff. de acq. poss. de quo ibi latius p. Doctor. maximē per Pau. de Cast. & Alex. per eundem Pau. de Casi. l. non solum. §. qui pigno. ff. de usucap. & viceversa, sicut præjudicat domino in acquirendis, quia non vult acquirere, l. f. vers. sin autem, C. de acqui. pos. & l. cum proponas ad f. C. de hær. inst. Ita etiam monachus seu prælatus præiudicat ecclesiæ in acquirendis: tenetur tamen de suo, si habet, ecclesiæ damnificatae resarcire dominum. Ita dicit glo. notabilis in c. quicunque, in uerb. aut neglectum, 12. q. 4. & est gl. reputata sing. in c. fin. 16. q. quod & sequitur Panor. in c. j. de in integ. rest. & idem Panorm. in c. 1. de dolo & contumacia, & Sal. in l. inbe- mus nullam, C. de sacros. eccl. & Io. de Plat. in l. 2. C. de adm. reip. lib. 1. 1. & in l. 2. C. de nauib. non exc. eo. lib. & idem dicendum est, si prælatus per negligentiam suam patiatur præscribi contra ecclesiæ, gl. est sing. 1 c. placuit 2. 16. q. 3. cōmendata per DD. ibi, & per Corse. in singulari 264. In questis autem seruus non potest præjudicare dominum, nec etiam monachus uel prælatus ecclesiæ, l. seruus, & ibi bona glo. in uerb. non potest. C. de pa. & uult gl. in d. c. f. & habetur plenē per Hyp. de Marisi. in sing. 194. quod tene menti. Hinc etiam est, q. quemadmodū

4 contra seruum detinentem aliquam t̄ rē est non intentā da actio, sed contra dominum, l. non seruum, C. de rei uend. ita nec contra monachum, sed dirigenda erit actio contra

centra abbatem seu prælatum, secundum Bald. & alios f. d.l. non seruum. Sicut enim serhus non potest in iudicio ciuili neque pro se, neque pro alio: Imo sententia super tali iudicio lata est ipso iure nulla, & si non sit opposita exceptio, ut est tex. singularis secundum unum intellectum in l. seruus, & ibi Ang. not. C. de iud. & in l. final. C. de noxal. actio, ita etiam monachus non poterit esse in iudicio ciuili, neque agendo, neque defendendo. quia pro mortuo habetur, cap. placuit 1. 16. q. 1. de hoc tamen uidetur plenius per gl. Bal. Sal. & DD. in Auth. causa que fit cum, C. de episc. & cler. & per gl. & Doct. in l. si lōgus, ff. de iud. & per gl. & Can. in c. ex parte, de accusat. & per Inno. Pan. & alios in c. cum I. & A. de re iudic. ubi inter alia repertis, quod monachus de consensu sui abbatis potest esse procurator amici monasterij, etiam laici: quod dictum tanquam singulare refert, & sequitur Ludo. Roma. in suis singularibus, singulari 278. & Io. And. in regu. in argumentum, de regu. iuris libro 6. in Mercu. quod recurre. Hoc tamen scire debes, q. t̄ si seruus, uel monachus delinquant, & criminaliter intentetur actio, illa intentanda est contra seruum, uel monachum, & non contra dominum uel monasterium, tex. est in l. si seruus, in f. & ibi Bal. & Saly. C. de noxa. act. quod not. Hinc etiam est, q. quemadmodum bona acquisita per seruum domino, non auferuntur domino per alienationem serui in toto, uel in parte, l. inter antiquam, C. de usufr. Ita etiam bona acquisita monasterio per monachum, eo transeunte ad aliud monasterium, uel eo promoto ad episcopatum, nō auferuntur primo monasterio, secundum Bal. Paul. de Cast. & Doct. in d.l. inter antiquam, & de hoc est text. in Auth. de monachis, in §. si uero, de quo uide plenissimè per Car. Pan. & Can. in d.c. quod à te, & in c. in præsentia, de proba. Hinc etiam est, q. t̄ sicut seruus non potest esse testis in testo, l. qui testo. §. seruus, ff. de testa. cū simil. ita nec monachus, saltem sine licentia superioris: & ita sing. dicit Io. Fabr. in §. testes, Inst. de testam. quod nota, quia poteris per hoc infringere multa testamenta, de hoc articulo tamen uide per lo. de Imo. alter sententia

vibus feudo, limitando, ut ibi limitat Alua. & post eum  
Francis. in lib. feu. parte 4. in iers. 13. quero quid si uassal  
s. & Bal. in d.c. imperiale. post priu. Ita etiam emphy-  
teuta non euitat hāc poenam alienando, licet postea em-  
phyteuticam rem recuperet redimendo eadem ratione,  
& ita sing. determinat Bar. & Io. de Imo. Pau. de Calr.  
& Doct. in l. sequitur. §. item Labeo, ff. de usuca. Alb. de  
Ros. & Sal. in d.l. fi. circa fi. C. de iu. emph. & Io. de Imo.  
in d.c. potuit, & Prepositus i d. c. 1. quid iuris sit si post  
alienationem feudi uassal. & est communis opinio & de iu-  
re uerior, ac in practica seruanda secundum Io. de Imo. in  
d. cap. potuit, qui quid dicat Specul. in d. titu. de emp.  
§. nunc aliqua, iersi. 96. quod teneas mēte quia multum  
de clarat d.l. fin. & d.c. potuit, & hoc tene, quicquid dicat  
Ioan. Bap. in rep. d.c. 1. circa fin. Vigesimo primo ex ista  
æquiparatione feudi, & emphyteusis potest inferri, q. li-  
cet de rigore iuris hāres † uassalli uel emphyteute non  
præstans id ad quod tenetur, posset priuari iure suo, ut in  
tit. quæ fuit pri. cau. benef. amit. §. sed non est alia iustior,  
& in d.l. 2. C. de iure emph. quia tamen in utroq; casu  
heres succedit in locum alterius, & habet instā ignoran-  
tiæ causam, potest per beneficium restitutionis ei succur-  
ri: Ita not. vult gl. in uerb. & secundum legem in d.l. 2. ci-  
ca fi. & Dyn. in reg. cum quis, de reg. iu. lib. 6. & Io. An.  
ibi. in Mercur. & Ro. in rep. l. si uero, §. de uiro, in 5. fall.  
& idem eadem ratione dici posset in creditore uassalli  
uel emphyteute, ob quorum negligentiam in non solu-  
tione canonis, res cecidisset in commissum: vt scilicet ei-  
dem creditori parato soluere canonem, succurratur per  
beneficium restitutio in integrum: cum uerisimiliter credi-  
tor si de negligētia sui debitoris certioratus fuisset, de suo  
satisficeret, ut pignoris ius conservasset: & ita reperio  
sing. consuluisse Alex. de Imo. in consil. 44. 5. vol. inc. in c.  
&

& lite: quod tene menti, quia est quotidianum & in ma-  
gna æquitate fundatum. Hodiè tamen inter uassallum &  
emphyteutam, quò ad ius pignorandi, uel obligandi, est  
differentia, ut dicam infra loco proximo circa fin. ubi re-  
curre. Vigesimo secundò ex ista æquiparatione feudi, &  
25 emphyteusis infertur singulariter, quod bona † feudalia  
& emphyteutica, quæ transiunt in filium ut filium, erant  
si non sū hāres patris, nunquam computantur sibi in  
quartam iure natura debitam, nec in Trebellianicam vel  
Falcidiā. Ita sing. dicunt Ange. & Pau. de Calr. in lectu-  
ra Paduana in l. si patroni filius, in + princ. per gl. ibi. in  
verb. apud hāredem, in fi. ff. ad Trebell. quos refert & se-  
quitur Ias. in l. illud, C. de collat. & Hip. de Marsi. in sing.  
32. quod est nota. dignum. De hoc tamen articulo quoti-  
diano vide latius per Alex. de Imo. in d.l. si patroni fi-  
lius, & per Franc. in d. lib. feu. par. 4. in vers. 2. potest deci-  
di dubitatio, & in vers. 3. potest decidi dubitatio, & in lo-  
cis per eum commemoratis. Vigesimo tertio ex ista æqui-  
paratione feudi, & emphyteusis inferri potest sing. q. si  
26 cut † in feudis haber locū ius representationis, ut est tex.  
in c. 1. §. his verò, de succes. fra. vel de gra. succe. in feu.  
& in d.c. 1. in prim. cū ibi no. per Bal. de succes. feu. & est  
gl. notab. in c. 1. de nat. succe. feu. & ibi Aluar. & vult Io.  
Fab. in §. cum filius, Insti. de succe. ab intest. & declarat  
magistraliter Francisc. de Arctio in consil. iuo 162. incipi-  
ente, diligenter & maturè discussis, &c. i primo dubio  
& Franc. in d. libel. feu. parte 3. in vers. nono principali-  
ter quero: ita etiam in emphyteusi locum habet ins re-  
presentationis. Ita sing. decidit Phil. Cor. in consil. 2 4. 2. vo.  
per ea, quæ notatur per gl. Io. de Imo. & Pau. de Calr. in  
l. cum ita. §. in fideicommisso. in verb. nominati sunt ff.  
de leg. 2. & dicit se sic consuluisse, & uidisse ab alijs egre-  
gibus Doctoribus consultum. Vigesimo quartò ex ista æ-  
quiparatione feudi, & emphyteusis infertur singulariter,  
quòd sicut † feudo per patrem filio empro, haben-  
27 da est consideratio quò ad estimationem feudi in diui-  
sione hāreditatis paternæ ioster fratres & sorores sienda  
quam vulgo, referr. seu recompensam appellant. Ita etiam  
in

## 249. LOCVS A FEVDO AD EMPH.

in emphyteusi empta, quia eadem subest ratio in vtro. que: & ita notabi. vult Iason in d.l. illud, & idem sentiunt ibi Pau.de Calt. & Alex.de Imo. & faciunt notata per Bar. in l.i. §. nec Castrense, ff. de colla, bo. & no. per Pau. de Calt. & Doctor. l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. test. & pulchritudine hoc per Nicolaum de Vbaldis in tract. success. ab intest. in vers. 6. quero. & ita fuit iudicatum in magno concilio Cesari: quod nota & tene men-  
ti. Vigesimoquinto istud facit ad hoc, quod sicut vasallus  
28 † dolo, culpa vel negligentia patiendo in re feudalii pra-  
scribi seruitutem, non praeiudicat domino directo, licet  
fibi praeiudicer. q.c. 1. §. quid ergo, in t.i. de inuestitura de  
re aliena facta, ita nec emphyteuta. Et ita vult Ba'. & post  
eum alij in d.s. quid ergo: & Bal. Pau. de Calt. Salic. &  
Docto. il. & in prouinciali, C. de seruit. & aqua. & Doct.  
varijs locis. Vigesimosexto ex ista æquiparatione feudi,  
& emphyteusis infertur singulariter quod ecclesia vel  
prælatus potest alicui dare reni in feudum vel in emphy-  
teusim cum pacto, quod non cadat in commissum pro-  
pter inuestituram non petitam, vel canonem non solu-  
tum. Ita singulariter dicit Paul. de Calt. in feudo. in cons.  
162. inci. circa id. ita & in emphyteusi, in cons. 139. incip.  
primò videndum est, &c. sequitur Francis. in d. lib. feu.  
parte 2. in versic. decimo septimo principaliter querò: &  
benè faciunt notata per Bar. & Ioan. de Platea in l. fundi.  
versic. item, ibi neque, C. de fundis patrimonialibus  
lib. 11. & no. per Corsetum in singulari suo centesimo  
primo. Vigesimo septimo ex ista æquiparatione feudi, &  
29 emphyteusis infertur singulariter, quod filius in institutus  
in re certa equaliter succedit in feudo, & emphyteusi cu-  
fratre vniuersaliter instituto. Ita notab. decidit Bart. in l.  
vt iurisfundi. §. si liberi, & Bald. in d. Auth. si quas rui-  
nas, & idem Bal. in d.l. i. in 49. q. ff. de re. diu. & in d.l. li-  
berti libertæq; : & in d. c. 1. de success. feu. in ver. quero  
vtrum filius institutus in re certa. & Alua. in d.ti. an agn.  
vel fil. agn. & idem Alua. in d.c. 1. §. & quia. vidimus, in  
ti. qui feu. da. pos. de quo vide late per Pet. de Ahch. in  
cons. 125. & in cons. 349 & latiflme pér Alex. de Imo. in  
consil.

## LOCVS A FEVDO AD EMPH. 241

conf. 128. i. uol. incip. consideratis, & in locis per eū com-  
memoratis. & ita etiam concludit Francis. in d. libel. feu.  
part. 3. in uersic. 5. principaliter querò, an filius institutus  
in re certa. & uide eundem in d. suo lib. par. 4. in uersi. pe.  
querò an & quando uassallus possit de feudo testari. Vi-  
gesimo octavo ex ista æquiparatione feudi, & emphyteu-  
sis infertur & sicut ascendentis non succedunt in feudo  
descendentis in recta linea, d.c. 1. in prin. de na. succes. feu.  
Ita nec emphyteusi ecclesiastica. & ita nota. decidit Bal.  
in auth. defuncto, in prin. C. ad Tert. & sequuntur Alua.  
& Præp. in d.c. 1. & Francischinus lib. feu. par. 3. in uersi.  
expedito primo tractatu successionis descendenterium, ubi  
nide. Vigesimononò ex ista æquiparatione feudi & em-  
30 phyteusis infertur, & † quemadmodum in feudo præscri-  
pto, seu per præscriptionem acquisito habet locum suc-  
cessio, sicut in uerè acquisito, ita & in emphyteusi eccl-  
esiæ præscripta, ut in ea succedatur usque ad tertiam gene-  
rationem, sicut succeditur in uera emphyteusi. Ita singul.  
decidit Bal. in c.f. in tit. de feu. da. in uic. leg. com. & dicit  
se de facto ita respondisse: & idem uolunt ibi Alu. Præp.  
& alij, & sequitur Francis. in d. suo singu. lib. feu. part. 3. in  
uersi. postremò pro perfecto. Trigesimo ex ista æquipara-  
tione feudi & emphyteusis infertur singul. quod sicut in  
feudo concessio alicui pro se, suisq; hæredibus, & cui de-  
derit succedunt extranei hæredes ab intestato c. 1. de feu-  
do non habente propriam naturam feudi, &c. feendum ea  
leg. si de feu. fuerit contro. cum utrobiq; no. Ita etiā em-  
phyteusi ecclesiastica concessio pro te, & hæredibus tuis  
& cui dederis, transibit ad hæredes extraneos, nedum ex  
testamento, sed etiam ab intestato, eadem ratione. & ita  
expressè tenent Nicolaus de Neapoli, Aluar. Præposi. in  
& alii in d. cap. feendum ea lege, & habetur latissime per  
Franc. in cons. 4. incip. super controuersia. ubi pro hac par-  
te consuluit: ad quem remissile sufficiat. Trigesimopri-  
mo istud facit ad hoc, quod sicut uassallus potest † subin-  
feudare feendum alteri æquali uel maiori sub eisdem pa-  
ctis & conditionibus, etiam sine consensu domini: ut est  
text. in capit. primo. §. similiter, de leg. Corrad. Ita etiam  
vasallus

vasallus poterit feudum alteri dare in emphyteusin ea, dem ratione. & ita sing. decidit Ioan. Fab. d. §. adeo, post prin. quanquam contrarium teneat gloss. in d. c. imperia. Iem, in prin. in gloss. 2. in fine. de cuius tamen articuli quotidiani ueritate vide latius per Fracischinū in d. suo lib. feu. par. 4. in uersic. aggredior primam regulam principalem, & in uers. secundō principaliter querō, vbi reperies satis plenē. Aduerte tamen, q̄ licet emphyteuta priuati possit rem emphyteuticam alteri in emphyteusin dare domino directo saltem requisito: ut decidit gloss. in d. §. adeo, & ibi Ioan. Fab. in princip. qui plus dicit, videlicet, q̄ de consuerudine emphyteuta alium emphyteutam facit etiam domino directo non requisito, quem refert Fracischinus suprā: tamen emphyteuta non potest rem emphyteuticam dare alteri in feudum, nec dominus potest cogi recipere eum in uassallum, propter magnum praedictum, quod ex hoc posset generari: ut sing. decidit Pet. Iacob. in practica in libel. de actione in rem pro re emph. quae cecidit in commissum: quod tene menti. Trigesimo

32 secundō istud facit ad hoc, q̄ sicut t̄ uassallus potest compromittere in arbitriam super re feudalī sine consensu domini, d. c. 1. §. si inter, & ibi Aluar. & doct. de lege Corra. & c. 1. an apud iu. uel cur. do. cont. ter. debeat. Ita etiā emphyteuta poterit de re emphyteutica in arbitriū compromittere sine consensu domini\*, eadem ratione, & ita reperio velle Bal. in l. fin. in fin. C. com. de leg. & sequitur in l. iusfirandum quod ex conventione. §. 1. ff. de iure iur. De quo tamen articulo quotidiano uide latius per Fracischinum libello feudorum, part. 4. in uer. octauo principalius querō. Trigesimotertiō ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis infertur, q̄ t̄ nec uassallus, nec emphyteuta potest sine consensu domini directi aduersario iuramentum deferre super re feudalī, vel emphyteutica: & ita determinat Guil. de Cuneo in d. l. iusfirandum quod ex conventione. §. 1. de quo uide ibi latius per Iasonem, & per Fracischinum in d. libel. feu. part. 4. in uers. decimō principaliter querō. Trigesimoquartō istud facit

33 ad hoc, quod sicut uassallus non t̄ priuatur feudo uendendo rem

*ADDI.*  
\*Domini.  
Quia qui  
cōpromit  
tū nō alie  
nat Bald.  
in d. l. §.

do rem feudalem, nisi interueniat traditio: ut decidit Bal. in dict. cap. 1. §. aut si libellario, ante finem, quib. mo. feu. amitt. & doct. s̄p̄ alibi: Ita nec emphyteuta, eadem ratione, & ita decidit Specul. in dict. titu. de emph. §. nunc aliqua, in versic. 95. & sequitur Salicet. in d. l. fin. C. de iure emph. & Alber. de Ros. in eadem l. fin. in fin. & Fracischinus post alios per eum relatos, i. d. libel. feu. parte 4. in uersic. uigesimo querō. Trigesimoquinto ex ista æquiparatione feudi & emphyteusis infertur singulariter, q̄ sicut feudo t̄ concessio alicui pro se, & quibus dederit, talis uassallus possit huiusmodi feudum alienare, alia licentia domini nō requisita: imo (quod plus est) ille, in quem erit facta talis alienatio, retinebit illam rem liberam, & tanquam allodialem, non autem iure feudi: vt est text. in d. c. 1. de feu. non hab. feu. nat. & ibi not. per Doct. feudistas: Ita etiam dicendum est in emphyteusi, & ita sing. uolunt Bal. & Ang. in l. cūm essent, §. 1. ff. de seru. rust. prædio. & Sal. in d. l. fin. C. de iure emph. & Alber. de Ros. ibi. & Rom. in sing. 472. incip. emphyteuta, &c. & licet uarie circa hūc quotidianum articulum senserint Doctores, ista tamen est communis, & uera opinio, quam sequitur Fracischinus post alios per eum relatos, in d. libel. feu. parte 4. in uers. quinto querō si inequitatura feudali, & c. & ad præmissa etiam faciunt sing. not. per Ias. in l. 1. §. nunciatio, ff. de no. op. nun. & nota. per Iasonem in præl. feu. ubi recurre. Trigesimosexto ex ista æquiparatione feudi, &

36 emphyteusis infertur singulariter, quod uassallus t̄ uel emphyteuta plurium dominorum, alienans rem feudalem, uel emphyteuticam de consensu aliquorum, non requisito consensu aliorum, non cadit à toto, sed duntaxat à parte illius, cuius consensum non requiriuit: d. cap. 1. de uassal. qui contra consti. Lotha. feu. alie & nolunt fin. gu. Guil. Bald. Ang. Alex. & Docto. in l. communis liberatus, ff. de in ius uoc. & idem Guil. Alb. de Ros. & alij in l. si duo patroni, in princ. ff. de iure iur. & Iason in dicta l. 2. C. de iure emph. & in d. l. fin. eod. titu. ad quos remisit le sufficiat. Trigesimo septimo ista æquiparatio feudi & emphyteusis facit ad hoc, quod sicut t̄ dominus directus recipiendo

Q. 2 recipiendo

## 244 LOCVS A FEVDO AD EMPH.

recipiendo à uafallo cui pecuniam mutuauit feudum in pignus, potest absque uitio usurpe non computare fructus feudi in sortem, quandiu à uafallo seruitum non recepit: ut est text. in d.c. i. de feu. & in c. i. in fine, & in cap. conquestus, de usur. Ita etiam sic in domino recipiente ab emphyteuta, cui pecuniam mutuauit, rem emphyteuticam in pignus, eadē ratione. Et ita per uerbum fortē uult Hosti. in liga summa de usuris, in §. an aliquo in uersicu. quid si emphyteuta, refert tamen cōtrariam opinionem, & tandem dicit, Papam consulendum, quem aliquibus additis refert Ioan. de Ana. in d. cap. i. de usur. de quo articulo quotidiano uide latius per Ant. de Bur. & Ioan. de Imo. in d.c. i. de feudis, & per Laurentium de Rodulphis in suo tractatu de usuris, quæs. 50. Trigesimooctauo ictud 38 facit ad hoc, q̄ sicut † domino feudi admittente uafallumi iam feudo priuatum ad obedientiam & seruitium, ui derur eum rehabilitare, & poenam caducitatis remittere: ut est gl. not. in c. i. in uerb. & mensem. quo tempore miles: ita etiam dominus recipiendo pensionem ab emphyteuta, qui per biennium, uel triennium cessavit in solutio ne canonis, & sic potuit per dominum expelli, ui detur remittere poenam caducitatis, nec poterit eum expellere, eadem ratione. Ita nota. dicit gl. in d.l. 2. & glo. in d.c. potuit, & uult Ludo. Rom. in d. consi. 103. incip. uiso proposito. uers. his tamen non. & probantur præmissa in l. post diem. ff. de leg. commiss. & in l. cōmissoria, C. de paet. inter empt. & uend. de hoc tamen articulo frequenter occurrente uide latius per Pan. & doc. in d.c. potuit, & per Cy. & doct. in d.l. 2. Trigesimononō ex ista æquiparatione feudi, & emphyteufis inferri potest singulariter, q̄ si 39 cut † in feudo nouo regulariter non habet locum ius accrescendi, cap. i. cum ibi nota. de duob. frat. de nouo benef. inuest. cuni si. ita nec in emphyteufi, & similiter in casibus in quibus est locus iuri accrescendi in feudo nouo uel antiquo, etiam erit locus iuri accrescendi in emphyteufi, eadem ratione. Ita not. uult Bar. in d.l. si mihi & Titio. ff. de uerbor. obl. & ibi simpliciter sequitur Angel. Idem etiam uolunt Cyn. & Alber. in l. i. in fin. C. quando non

## LOCVS A FEVDO AD EMPH. 245

nō pe. par. pet. ac. de quo tamen articulo uide latius per Sali. in d.l. i. in 11. & 12. q. & per Pa. de Cast. Alex. & nouissimos in d.l. si mihi & Titio, & per Bal. in auth. si quas ruinas, C. de sacr. eccl. & per Bald. in d.l. i. in 11. q. & per eundem in l. unic. §. in 1. uersi. extra quæro, C. de ca. toll. Quadragesimò per istam æquiparationem inferri potest, 40 q̄ nec † uafallus, nec emphyteuta potest incidere arbores fructiferas, licet uterq; habeat utile dominium, cum eadem sit ratio in utroq; Ita sing. decidunt Dyn. Barto. & alij in l. in fraudem. §. conductor, per illum tex. ff. de iure fisc. & idem Bar. & alij in l. diuortio. §. si fundū, uers. que rit Dyn. ff. sol. matr. de quo articulo quotidiano uide plenissimè per Alex. de Imo. & nouissimos in d. §. si fundum, & per eundem in d. §. cōductor. in apostolis ad Bar. quod not. Quadragesimoprī ex ista æquiparatione feudi, & 41 emphyteufis inferitur singulariter, q̄ † sicut uafallus non petendo inuestitiram intra annum & diem, alio possidente, non cadit à feudo: ita nec emphyteuta à iure suo emphyteutico, non soluendo canonem, alio possidente, & canonem soluendo. Ita sing. determinat Guil. de Cun. & post eum Bal. Pa. de Cast. & Sal. in l. solemnis, C. de rei uen. per tex. in l. forma. §. si cùm ego. ff. de censib. idē etiā tenet And. de Ise. in tit. de cap. Cor. in princ. & ibi ēt hoc sentit Bal. idem ēt expressè tenet Alu. in tit. quæ fuit pri. cā ben. amit. in princ. in uers. quæro quid si uafallus non possidebat feendum. idem etiam tenet Card. in c. 2. in 7. q. de feu. & Guil. Papæ decis. sua 165. quod tene perpetuo menti, quia habui de facto, & ita fuit iudicatum. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à feudo ad emphyteufi, sed predicta pro iuuenibus abundè sufficient. 42 Nunc uidendum restat, † quando hæc argumentatio procedit, & quando non: in quo articulo diuersè reperiuntur doctrinæ. nā aliqui dicunt, q̄ argumentum à feudo ad emphyteufi tunc demum procedit, qnā talis æquiparatio reperitur facta à iure, alias fecus. Ita dicit Alex. de Imo. in d.l. si mihi & Titio, & Ioan. de Imo. in d.c. potuit, & idem Io. de Imo. & Alex. in l. quod dicitur, ff. de uerbor. oblig. & Bald. in d.c. l. liberti libertæq; sed ista doctrina est ni-

mis scrupulosa, ut ex infra dicendis patebit. Alij autem dicunt, q̄ h̄c argumentatio à feudo ad emphyteusim tunc dēmū procedit, qñ disposita uel statuta in feudo non sunt contra regulas iuris cōis, alijs scēs. Ita notab. dicit Alexan.de Imol.in confil.106.4.uol.inci. viso the-  
nab̄e instrumenti concessionis in emphyteusim, &c. & idē Alex.i.d.l.diuortio,§. si fundū, uolūt. Ant. de Bar.Io.  
de Imo. & Mod.in d.c.1.de feu. & sentit §. in d. §. si libe-  
ri, & idē per omnia reperio uelle Io.de An.in d.c.1.de  
vſur. & h̄c distinctio seu doctrina est bona, quam etiam  
approbat Frācischinus in d.libr.feud. par.1.in uer.tertiō  
principaliter q̄ro. Potest tñ plenus, & clariss distingui,  
43 hoc modo. Cūm̄ queritur, an & quando licet arguere à  
feudo ad emphyteusim, uel ad aliam materiā: aut casus il-  
le, de quo est quæstio, reperiunt iure ciuili Romanorum  
decisis, aut non. Primo casu iura feudalia aliter disponē-  
tia in feudo ad illū casum in iure decisiū allegari, uel  
44 adduci non possunt, quia iura † feudalia nihil ualent in  
quæ reperiuntur aliter decisa à iure ciuili in alia materia:  
gl. est no.iuncto tex.in d.c.1.de feu.cogn. & ibi Bald.eam  
multū commendat, & post eum Ioan.Bap.in repet.eam  
multifariam declarant. Secundo casu, quando sumus in  
his quæ non reperiuntur decisa à iure communi, tñc sub  
distingue, aut ius feudorum est inductum contra rationē  
naturalē, aut non. Primo casu non potest ex eo  
argumentari ad emphyteusim uel aliam materiam, l. quod  
non rationē, & l. quod verò contra, ff. de legibus, cum si-  
milibus. Secundo casu cūm̄ ius feudorum est fundatū in  
rationē naturali, & iusta, tunc bene poterit allegari ad  
decisionē aliarum causarum non decisiarum à iure com-  
muni, & tunc ualida est argumentatio à feudo ad emphy-  
teusim. Ita sīg. sentit in confil.222. incip. quod ad pri-  
mū quo queritur, in 2.dubio, & Iason in d.l.1.C. de in-  
re emphy. Limita tamen hoc ultimum membrum, nisi  
subfit ratio diuersitatis quo casu non est ualida argumen-  
tatio. Quod ut melius intelligas, subjeciam aliquot quo  
45 ridiana exempla: vt in primis: licet † in feudis simplici-  
ter receptis non admittatur foemina, ut suprà dixi, & si

fit receptum pro se, & h̄redibus uel filijs suis masculis,  
& foemina, ita denuò admittatur foemina, si non sint ma-  
sculi, d.c.1. §. filia uero, & §. quinimò, in titu.epis. uel Ab-  
ba.tñ in emphyteusim simpliciter recepta æqualiter admit-  
tuntur filius & filia, nisi in concessione effet dictum de  
masculis tantum. Et ratio diuersitatis est, quia feudum  
consistit in uirili officio seruitij personalis, propter quod  
femina in feudis regulariter non admittuntur, nisi  
deficiētibus masculis quæ ratio cessat in emphyteusim. Ita  
not. dicit Bar.in d. §. si liberi, & sequitur Bal.in d.l.libe-  
riti libertaq; & Alua.in c.uni.circa fin.de eo qui sibi, & h̄re-  
dibus suis masculi & foem. & Sal.in d.l.2.in 17.q. C. de  
iu.emp. & Alex.de Imo.in d.l. qui Romæ, §. duo fratres,  
& dixi suprà. Hinc etiam colligi potest ratio, quare Ioan.  
And. & Doct. in c.in præsentia, de proba, dixerunt fenda  
ex persona monachi regulariter non transire, in monaste-  
riis: & tñ dicūt emphyteusim in distinctè trāsire, de quo ar-  
ticulo nide latissime ibidem per Fel. in 5.& 6.q. Hinc ét  
est, q̄ licet mulier superstes quæ alàs ex statuto, pacto,  
uel consuetudine patriæ, lucratur tertiam uel quartam  
partem bonorum mariti prædefuncti, non lucretur ter-  
tiam uel quartam in feudi, ut est tex. in d.c.1. §. fin. de  
inuest. de re ali. fa. & ibi Doct. & uolunt Bal.Præpo. &  
& alij in d.c. Imperiale, in princip. In re tamen emphy-  
theutica habebit tertiam, uel quartam secundum formā  
statuti, pacti, uel consuetudinis. Ita sīg. dicit Rofredus in  
libel de action.utili rei uendicat, quæ datur emphyteu-  
ta, & sequitur An.de Ifer. in d. §. ff. & Io.Bap.in rep.d.c.  
1.de feu.cogni. Hinc etiam est, q̄ licet dominus directus  
posset disponere de feudo pro anima in præiudicium ua-  
falli: ut est tex.in c.1. §. ad h̄c, in tit.de pa.iura.fir.in usi-  
bus, feu. Non tamen hoc potest dominus in præiudicium  
emphytentæ. Ita sīg. dicit Bal. in d. §. ad h̄c, & ibi alij  
post eum, & Doct. alijs plerisque locis. Hinc ét est, q̄ li-  
46 cetur † in poena legali dominus, & uassallus, item dominus,  
& emphyteuta æquiparantur, ut in c. domino commitē-  
te, cum similibus: non tamen æquiparantur in poena con-  
ventionali, quia non est nostrum conuentionem extende-

## 248 LOC. A FEVDO AD EMPH.

re, fideiisores magistratum, §. pro Aurelio, ff. de fidei-  
iuss. & ita fin. dicit Bal. in d.c. uni. qualiter domi. proprie-  
te, feu. priue. & ibi eum sequuntur Alua. Prepo. & alij. Item  
differunt in alio, quia licet dominus directus teneatur co-  
sentire emphyteute uidenti, uel alienanti iuxta fornā  
d.l. fin. C. de iure emph. tamen dominus directus non  
tenetur nec cogitur consentire ualallo uidenti uel alic-  
anti feudum, quia hoc cautum lege non innenit. Ita  
sing. dicit Per. Iac. in sua practica in Rub. de eadē actione  
si agatur contra emptorem: licet in quibusdam locis ex  
quidam errore aliter obseretur, secundum eum, de quo  
uide ibi latius per eum, & si pleniū uis instrui, quando  
hęc argumentatio à feudo ad emphyteusim procedit, &  
quando non: uide Bap. de S. Blasio in tract. diff. inter de-  
cisiones feudales ex una parte, & decisiones iuris canoni-  
ci seu ciuilis ex alia, ubi reperies, † 160. differentias in-  
ter feendum ab una parte, & emphyteusim seu allodium  
ex altera: uide ēt Alua. in præl. feu. circa fi. & Bal. in Rub.  
extra de ind. & Io. Bap. in rep. d.c. 1. & hinc recte dicit  
Bal. in d.c. 1. an agna. nel fil. agn. q. similitudo feudi, & em-  
phyteusis procedit secundum quid, & non simpliciter. Po-  
48 stremo, uolo te non ignorare, q. sex sunt contractus, ex  
quibus transfertur uile dominum retento directo, quo  
rum quilibet habet nomen diuersum: & differunt inter  
se saltrem in aliquo. Primus est contractus superficiarius.  
Secundus est contractus locationis ad longum tempus.  
Tertius est contractus emphyteuticus. Quartus est con-  
tractus libellarius. Quintus est contractus precaria, &  
sextus est contractus feudalis. Contractus autem † super-  
ficiarius uel superficie dicitur, cùm in aliquo transferro  
superficiem, puta domū, molendinū, aut aliud edificium in  
fundo meo positiū, ut ex dicta superficie soluat milii annua-  
tim aliq. d: uel cū trāsfero feundi in aliquę, ut possit ibi po-  
nere superficie soluedo annuatim aliq. d, hoc acto, qđ post  
certū tēpus redeat ad me: utroque n. casu dñium directū  
remanet apud me, sed uile dñium trāsfit ad superficiariū.  
Ita loquit̄ l. 1. §. 1. iuncta gl. & l. fi. ff. de superf. & l. in pro-  
vinciali, §. si ego superficiarius, ff. de op. no. nun. & l. super-  
ficiario,

## LOCVS A FEVDO AD EMPH. 249

ficiario, cū leg. seq. ff. de rei uon. & iste superficiarius de  
confuetudine, censetur quasi emphyteuta, seu emphyteu-  
ticarius, d.l. fi. ff. si ager vēct. & qui paratur emphyteuta in  
hoc, quod alienando superficiem irrequiso dñio directo  
cadit a superficie, sicut emphyteuta ab emphyteusi. Ita  
uult Bal. in d.l. 1. §. pen. ff. de superf. & Io. de Imo. in d.  
c. potuit, ubi plenē reperies: & est iste contractus super-  
ficiarius illius naturæ, quod destructa funditus domo, mo-  
lendino, & dñcio, aut superficie, impetu aquarum, uel in-  
cēdio, finitur cōtractus superficii. Ita notab. dicit Bal.  
in Rub. C. de iure emph. in Bono. lectura: quod est ualde  
notabile pro oppido Migdelburgensi, quod dicitur habe-  
re in portu suo de Arnemudis, & in omnibus dominibus il-  
lic sitis, ius direti domini, ita & taliter, quod habitatori-  
bus solum competat superficiæ & utile dominii du-  
rante superficie. De hoc tamen, an destructa superficie,  
extinguatur ius superficiæ: vide Bar. aliter sentientem in:  
5 sod. l. fi. ff. de superficieb. Cōtractus atlocationis ad lögū tē-  
pus dñ, ubiq. locatio fit ad decē annos, uel ultra: ut not.  
per gl. in d.l. fi. ff. si ager vēct. & per Bar. in d.l. 1. §. qđ ēt A.D.D.  
ait, ff. de superfic. & in Clem. 1. in fin. per gl. Car. & Doct. \* Possedit  
de reb. eccl. nō alie. Et iō solet dari salubre cōfiliū, ut non Text. ibō  
locet res, nisi ad nouē annos: qđ si locet ad decem annos usitetur  
uel ultra, trāsferit utile dñium i cōductore, ut uoluit Car.  
& Io. de Imo. in d. Cle. 1. & Bar. in d.l. §. qđ ēt ait, & Bal. i bo, uida  
c. qrelā, in fi. de iureiu. & Dy. Bar. & cōiter DD. in l. co- tur, quod  
dicillis, §. instituto, reprobata illic gl. ff. de leg. 2. & hoc ca significas  
su, qđ fit locatio ad lögū tēpus, transfert ēt in conductorē  
possessione naturalis: ut uult Bal. in d.c. qrelā, & est gl. re ibi dicit  
putata sing. l. si ut certo, §. si duob⁹ uehiculū, ff. commod. glo. nana  
Sed addo ei sociā l. si qđ ante, ff. de acq. pos. sicut dicim⁹ usfru-  
in vsufructuario, q minus ius hēt, & tñ possider \* naturali ētarine  
ter, l. naturaliter, i. prin. & ibi not. ff. de acq. pos. & uult no non possi-  
tab. Pau. de Cast. in l. nō solet, ff. loca, & ergo talis condu- det. l. sciā  
ctor ad lögū tēpus p̄t itētare interdictū uti possidetis, si tur- dñm, §. 1.  
bet i sua naturali possessione: secus tāt est i cōductore ad ff. de satif  
modicū tēpus: ex quo nō possidet ēt naturaliter, sed solū de da. cog.  
tinet: pōt tñ conductor ad modicum tempus implorare officiū

officium Iudicis, ut sibi restituatur detentatio ablata, vel  
ut in ea defendatur rex, est sing. in l. Attilius, Regulus in  
fi. & ibi Pau. de Cest. no. ff. de do. quia vidi de facto in qua  
dam ardua questione . . . Est et aliud speciale in condon-  
25 atore ad longum tps: quia t emptor vel singularis succes-  
fort tenetur ei stare, nec pot est eum expellere durante tem-  
pore locationis, licet secus sit in simplici colono vel con-  
ductore, L. emptorem, C. loc. & ibi hoc sing. volunt Bal. &  
Sal. & Bar. in d.l. i. §. quod autem ait, & Rofredus in lo-  
co supradicto allegato, & idem est in colono fisci, ut emptor te-  
neatur ei stare fauore fisci: ut est tex. sing. iuncta glo. in l.  
cognovimus, C. de municipijs colonis & patrim. libr. 11.  
quod est not. Item etiam dicendum est in colono munici-  
pij, vel reipublice, licet ad modicum tempus conduxit,  
qui efficitur utilis dominus, & ei competit utilis actio in  
rem: ut est text. iuncta gl. in l. i. & ibi Bar. ff. de loco publi-  
co fruendo, & idem vult Bar. in d. i. §. quod autem ait, &  
Petr. Iacobi. in pract. in libel. de rei ven. quae compe. rat.  
vti domi. & Ioan. de Imol. in l. ceterum ferro. §. qui maxi-  
mos, ff. de publica. & Doctor. sapientia alibi: quod nota. & idem  
dicendum est in colono etiam priuati, qui conduxit ad  
modicum tempus, quando pro obseruatione contractus  
locator ei hypothecauit omnia bona sua: quia ex quo tunc  
ipse habet ius in re, non poterit expelli per emptorem.  
Ita sing. dicit Bar. in l. qui fundum. ff. loca. & idem Bart.  
in d. i. §. quod autem ait. & Pan. & Io. de Anan. in c. fin. ne  
praelati vices suas. & Doct. alibi plerisq; locis: quod tene-  
menti, quia per premissis habes multipliciter limitatam  
d.l. emptorem, & d.l. non solet. Et ex premissis infertur  
53 etiam singulariter, q t coductor ad longum tempus, vel co-  
ducens a fisco, vel republica, etiam ad modicum tempus,  
plantando vel inscreendo arbores in re per eum conda-  
cta, efficitur eorum dominus, & quod ipse posset illas ar-  
bores ad sui uilitatem putare & transferre, ex quo tem-  
pore plantationis fuit utilis dominus, & imputet sibi ve-  
rus dominus rei, quod rem suam sic locauit, & sibi non  
prospexit, potest enim locator contra haec sibi prospicere  
& pactum, adiiciendo, quod non intendit per hoc, q co-  
ductori

LOCVS A FEVDO AD EMPH. 251

ductori acquiratur aliquod dominium est utile in re per  
eum conducta. Ita sing. dicit Bal. in d. §. instituto, & ibi  
eum sequuntur Flo. de S. Pet. & Io. de Imo. & idem vult  
Bal. in d.c. i. in tit. qui sen. dare pos. in vers. extra quero:  
quid de locationib. & idem Bal. in l. si domus. §. fin. ff. de  
leg. i. & ibi hoc sequuntur Io. de Imo. & Ale. quod tene-  
menti, quia vidi controvrsiam de facto. Contractus autem  
54 t emphyteuticus dicitur, quando interueniente scriptu-  
ra res traditur alicui in perpetuum, vel ad longum tem-  
pus fruenda, tenenda, & possidenda, haclege, ut quamdiu  
penso: solvatur non posset ab eo, vel ab habente ab eo  
causam, auferri, ut probatur in d. §. adeo, & in d.l. i. ff. si  
ager vestig. vel emph. petat, & in præall. l. i. & 2. C. de iu-  
re emph. & in d.c. potuit, & ibi plenè per Io. de Im. qui  
magistriliter declarat, in quo iste contractus emphyteu-  
ticus differt a contractu locationis, & in quo differt a co-  
tractu venditionis, & a plurib. alijs. & plenissimè de hoc  
per Ias. in d.l. i. C. de iu. emph. de quo contractu emphy-  
teutico infinita dici possit, ut amplissimè uideri potest per  
Spec. in d. ti. de emph. §. nūc aliqua, & plenissimè per Ias.  
sing. tract. de iure emph. quem super tribus, C. de iu. em-  
ph. eleganter applicauit, sed breuitatis gratia consultò  
omito, cum ab omnibus habeantur. Contractus t autem  
libellarius dicitur secundum veram opinionem, quando  
emphyteuta vel vasallus dat rem emphyteuticam vel  
feudalem alteri in emphyteusin vel feudum: hoc proba-  
tur, in d.c. i. §. donare, & in c. i. §. si de proh. feu. ali. per  
Lotha. & in d.c. i. §. aut si libellario, quib. mo feu. amit. ia-  
vib. feu. & vult no. Bart. in d.l. si finita, §. si de vestigali-  
bus, in 3. q. & Bal. in d. i. & ibi Ias. de iu. emph. idem Ias.  
in Auth. ingressi, C. de sacr. eccl. hoc autem olim licuit  
quando dabatur persona æquali, & sub eadem lege, seu  
conditione: ut est text. in d. §. similiter, de l. Cor. Hodie  
autem de hoc sunt opiniones: & videtur non licere, cum  
omne alienationis genus vasallo sit interdictum. d.c. in  
periale, in prim. & ibi hoc vult gl. in verbo alienare, in  
fin. & habetur plenè de hoc per Alex. in d. §. si de vestiga-  
bus, super 3. q. Bar. Contrarium tamen tenet Alua. &  
sequitur

231 LOCVS A FEVDO AD EMPH.  
& sequitur Praep. in d.c. imperiale. illud quoque, per il-  
lum tex. & Francisc. libello feu. parte 4. in uersicu. aggre-  
dior primam regulam principalem. Vbi hunc articulum  
56 nem. Contractus autem t̄ p̄carię dicitur, quando fit  
cōcessio rei immobilis pro annua p̄sione de quinque-  
niū in quinquennium, uel de nonennio in nouenniu-  
renouanda. Et de isto cōtractu loquitur ca. 1. & 2. de pre-  
car. & c. precarię, & ibi gl. 10. q. 2. & iste contractus pre-  
carię est quasi eiusdem naturę, cuius est contractus em-  
phyteuticus, hoc falso, q̄ in isto contractu fit pactum de  
renouando de quinquennio inquinquennium, uel de no-  
uennio in nouennium, quod non fit in contractu em-  
phyteutico. Quare autem fiat hæc renouatio, ponunt no-  
tabiliter Ioan. An. & Ioan. de Imo. in d.ca. 1. de precarijs.  
ubi dicunt, quòd istud fit ad cautelam, ut melius tenere-  
tur in memoria forma contractus: quos omnino uide. &  
de natura huius contractus uide etiam per Bart. in d. §. si  
de uectigalibus, in 4. q. & per gloss. in d.c. precarię, &  
per Bal. in d. §. aut si libellarior. & aliquid per Odo. & Iaf.  
in d. Aut. ingressi. De natura autem p̄carij uide quod  
dicam infra, in loco à commodato ad precarium. Contra  
57 & usq; autem feudalis dicitur, quando alicui datur res  
immobilis ut ad eum, hæredesq; filios masculos, & foemina-  
nas ( si de his nominatim dictum fuerit ) in perpetuum  
pertineat ob fidelitatem pr̄stantam & servititia impen-  
denda, ut colligitur ex c. 1. in fin. in tit. in quib. cat. feu.  
amit. quod declarat Bal. in pr̄l. feu. De quo  
contractu feudali plenissimè habetur in lib. feu. per tot.  
& multa in eo sunt singularia, seu specialia, ut uideri po-  
test in dicto singulari tractatu differentiarum Bap. de S.  
Blasio, & in d. libello Iacobini, & in pr̄fato singulari li-  
bello Francischini, ex quibus omnibus cōclusu patet, q̄  
sunt contractus in quibus utile dominium transfe-  
runt reento directo: quatuor tamen ex eis magnam ha-  
bent similitudinem inter se, ut contractus superficia-  
rius, precarię, & emphyteuticus, & sāp̄ eis pmiscuē uti-  
mur: de quo per Io. An. Ioā. de Imo. & Doct. in d.c. 1. de  
preca.

LOCVS AB EMPH. AD FEVD. 257  
preca. & per Aluar. Pr̄pos. & alios in pr̄l. feu. & per  
Bar. Alex. & alios in d. §. si uectigalib. & per Io. de Imo. in  
d.c. potuit, & per Bal. in d. Rub. C. de iu. emphy. in Bon.  
lectura, & plenissimè per Iaf. in d.l. r. in 89. 10. 11. & 12.  
C. de iu. emphy. & per Ioan. Bap. in repet. d.c. 1. & satis  
amplè per Pet. Iaco. in practica, in d. lib. de rei uen. quæ  
competit ratione utilis dominij. Vide quod dixi suprà in  
loco à simili, & in loco à liberto ad uassallum, & quod di-  
cam infrā loco proximo, & sequen.

### LOCVS AB EMPHYTEVSI AD feudum.

- 1 Emphyteuta & uassallus in quibus cōueniant. & nu. seq. usque  
ad fin.
- 2 Iure dato eis resoluto, resolutur ius acceptoris.
- 3 Argumentatio ab emphyteusi ad feundum quando procedat, &  
quando non.

Vbsequitur nunc congruē locus ab emphyteusi ad feu-  
dum, à quo sumptum argumētum est probable, fre-  
quens & multum utile, fundatum in similitudine quam  
habent ad inuicem emphyteus & feundum, emphyteuta  
& uassallus. Conuenient enim in hoc t̄ quòd uterque ha-  
bet utile dominium in re, & pro illo utili dominio rei ué-  
dicationem utilem. de primo est tex. iuncta glo. in l. 1. ff. si  
ager uectigalis, & l. possessores, in fine, cum ibi notat. C.  
de fundis par. lib. 11. & de secundo est tex. in cap. 1. §.  
rei autem, & in §. fi. in tit. de iniust. dere alie. fac. in uſi.  
feu. & ibi Bal. Alu. & Doct. not. & no. per Bar. & Doct. in  
l. si quis ui. §. differētia. ff. acq. poss. & per Bar. in l. 1. §. hic  
titulus. ff. de public. Vterque etiam possidet naturaliter,  
& ratione illius naturalis possessionis competit utrique  
interdictum uti possidetis cōtra turbantem, l. 1. cum ibi  
notatis, C. uti possidetis, & habetur & not. l. 1. §. ex cōtra  
rio. ff. de acq. poss. & in locis commemoratis suprà loco, p.

- ximo. & hic arguendi modus facit ad multa: & in primis ad hoc, q̄ sicut emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam sine consensu domini directi, alias cadit à iure suo, l.f.C. de iure emph. &c. potuit, de locato, cum sim. Ita etiam vasallus nō potest alienare feudalem sine consensu domini directi. alias cadit à iure suo, c.r. de val. qui contra conflit. Lotar. feu. alie. & cap. impietalem, in principio, de prohib. feu. alien. per Federicum cum simili. Est tamen differentia inter eos in hoc, quia dñs directus tenetur consentire emphyteutæ vendenti, vel alienanti iuxta formā d.l.f. sed dñs non tenetur nec cogitur consentire vasallo vendenti vel alienanti feudum: quia hoc lege cautum non reperitur, vt dixi supra loco proximo, vbi reperies & alias differentias inter feudum, & emphyteusin, quò recurre. Secundò facit ad hoc,
- 2 q̄ sicut t̄ emphyteuta veniendo contra pacta non solvendo canonem, cadit iure suo, d.c. potuit, & l.2.C. de iure emph. Ita etiam vasallo venienti contra pacta & recusanti præstare seruatum, pōt auferri feudum eadem rōne: & de hoc est tex.no. in c.1. §. sed non est alia iustior, & ibi pulchrè per Alua. in ti. quæ fuit pri. cā benef. amit. i. vſib. feu. & sentit Bar. in l. eum qui. ff. de interd. & Bal. in prælu. feu. circa fin. & idem Bal. in l. vnicam, §. in primo, C. de ca. toll. & habetur pulchrè per Iaf. 1. l.C. de iur. emp. Non intelligas tamen per hoc, q̄ vasallus ob non solutio nem singulis annis domino soluere promisit, cadat iure suo. Ita singulariter vult Specula. in tit. de emph. in §. nunc aliqua, verfic. 185. & Dominic. in c.ad apostolice, in §. sed nec licet, in fin. de re iu. lib. 6. licet text. ibi videatur sentire contrarium, & Car. in d.ca. potuit, in 4.q. & habetur latissimè per Iasonem in præludijs feudorum, & per Iacobintim in libello feudorum super illis verbis, & cum pacto quòd dicti vasalli præstent, &c. & exquisitissimè per Frācischinum in libello feudorum parte 4. in verfi. trigesima nona causa priuationis, ubi reperies, quā uariè Doctores senserint in hoc quotidiano articulo, ad
- 3 quos remissiſſe ſufficiat. Tertiò facit ad hoc, q̄ sicut t̄ emphyteuta priuati non pōt purgare morā, d.l.2.C. de iure emph.

emphy. licet i emphyteuta ecclesiæ sit ſecus, d.c. potuit. Ita etiam uafallus non perendo renouationem inuenitū ræ in fra annum & diem: propter quod priuari pōt feudo, iuxta caputum primū, quo tempore miles, non poterit purgare moram. Ita ſingu. decidit Bal. quem cæteri ſequuntur, in d.ca. 1. plures adducēns rationes. & de hoc habetur latè per Iacob. in libello feud. in illis uerbis, qui quidem inueniti, &c. & per Francisc. in lib. feu. par. 4. in uerſicu. uigesima tertia cauſa priuationis. Quartò facit 4 ad hoc, quod quemadmodum t̄ dominus emphyteufis non præfertur emēti meliorationes ab emphyteuto ſuo, poſt oblacionem ſibi factam, & recuſationē ſubſecutam, lapſumq; duorum mensium, iuxta dictam l.f.C. de iure emphyteut. Nec poſſet in præiudicium emporis eo caſu cedere ius ſuum prælationis alteri, ut ibi. Ita dominus directus feudi debet præferri agnato retrahere uolenti feudum antiquum, uel paternum per uafallum uenditum: & de hoc uidetur tex. in c.1. §. porrò, in titu. qualiter olim feudum alienari poterat, in uibis feudorum: & multò minus poterit hoc ius prælationis in præiudicium agnati, alteri extraneo cedere: iuxta ea qua habētur & notauntur in ſimili per Cy. Bal. & Doc. in l. ad officium, C. com. diui. & per Ale. in l. 1. §. uſufructarius, ff. de no. op. nun. & hoc uult Nico. Boetius in titu. de conſuetu. retractus. §. 3. in commen. conſuet. Biturig. & Guido Papæ q. 411. & hoc credo uerum & in praxi ſeruandum: niſi aliud. habeat ſpecialis conſuetudo, quæ ſeruanda eſſet, l. de quibus. ff. de legib. cum ſimilibus. Quintò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut t̄ emphyteuta deteriorando rem emphyteuti cam, potest priuari iure, quod habet: ut eſt tex. in Auth. qui rem, C. de ſacr. eccl. Ita etiam uafallus deteriorando rem feudalem, perdit illam. Ita notabiliter dicit Bal. in cap. 1. publici latrones, in uerſic. quicunque adiocatum, per illum tex. de pace tenēda & eius uiolat. in uibis feudorum. & Pau. de Caſt. Iaf. & Docto. in d. Auth. qui rem, & idem Iason in prælu. feu. in 225. col. & Francisc. in d. ſuo singulari libello feudorum parte 4. in uer. uigesima ſecunda cauſa priuationis. Sextò iſtud facit ad hoc, q̄ ſicut

6. sicut † emphyteuta faciens alium emphyteutam, transfert in eum utile dominii & possessionem naturalem, & nullam retinet: ita etiam est in uasallo seu feudatario, qui alium facit uasallum. de hoc sunt quatuor glossae, una est in l. si ut certo, §. si duobus vehiculum, circa medium, ff. commodati: alia est in d.l. 3. §. ex contrario circa finem, & tercia est in d.l. vnicā, circa finē, C. uti possidetis, & quarta est in l. licet. C. de acqui. posses. & utrobique Doctor. & volunt Bald. Alua. & Doctor. in d.c. imperiale, §. illud. Septimō ex ista æquiparatione emphyteusis & feudi inferri potest singulariter, q. sicut † emphyteuta teneat domino ostendere rem emphyteuticam, alias omnes res ipsius presumuntur emphyteuticas: ita etiam uassallus tenetur domino ostendere rem feudalem & eius limites, denūbrum emptum uocant, eadem ratione. Ita sing. determinat Spec. in d. tit. de emphy. in §. nunc aliqua in uersic. 6o. & sequitur Ias. in d.l. 2. C. de iu. emphyt. in uersic. 13. quero, ubi plenissimè reperties, & in locis per eum a com. memoratis: quod tene menti, quia in usu forensi quotidianum. Octauo istud facit ad hoc, q. sicut resolutio iure datoris, resolutur ius acceptoris, quando emphyteuta rem emphyteuticam obligavit, & ob non solutionem canonis res emphyteutica ad dominum reuertitur, vt est causus in l. lex uectigali, ff. de pign. ita etiam est in feudo, secundum gloss. quæ hoc argumento utitur in d.l. lex uectigali, & est tex. in c. 1. §. f. in t. si de inuest. feu. contro. sue, & in cap. 1. rursus, in tit. quib. mo. feu. amit. in usib. feu. de hoc tamen uide omnino notata per Alex. de Imol. in d.l. lex uectigali, & id quod not. Bald. in cap. 1. per illum tex. de contro. inter uasal. & ali. de bene. & illuc uide etiā per Alua. & Præpo. Hodie autem est differentia, quia per iura nouissima feudorum feendum nedum prohibetur alienari, sed etiam obligari seu pignorari, ut in d.c. imperiale, in prin. limitando ut singulariter limitat Franc. in d. lib. feu. par. 4. in uersic. sexto principaliter quero, ubi ponit 4. limitatio. Sed res emphyteutica licet non possit alienari, nisi seruata forma, d.l. fin. C. de iu. emphy. potest tamē pignorari, vel in ea seruitus imponi, sed resolute iure datoris

LOCVS AB EMPH. AD FEVD. 257  
re datoris resolutur ius acceptoris, dict. l. lex uectigali, & uult Bald. in d.l. final. & Petrus Iacobin. in practica, in libel. de actione in rem pro re emphyteu. quæ cecidit in com. & in libello de confessoria in servitute personali vñfructus, quod nota. Nonò per istam æquiparationem inferri potest, quod tam emphyteuta quam uassallus qui habent utile dominii, habet directam actionem legis Aquilia, & directam actionem arborum furtim cæsarum. ut est tex. cum gl. in l. cedere, in f. & ibi Bart. & Ang. ff. arb. furtim cæsarum quod nota. Et procedit hæc † argumentatio ab emphyteusi ad feudum: quando causus de quo est quæstio non reperitur expresse decisus in feidis, & quæ eadem ratio militat in utroq.; alias fecus. Ita notab. dicit Ias. in d.l. 1. C. de iu. emphy. & faciunt ea quæ latè dixi supra in loco à simili, & supra loco proximo, quæ hic habentur pro repetitis. & hinc eleganter dicit Bald. in c. 1. in titu. qui feu. da. po. q. quando nō est eadem ratio prohibendi, dispositio prohibitiua loquens in emphyteusi nō habet locum in feudo, decidens per hoc q. quotidianam: de qua tamen q. uide latius supra loco proximo, in uersic. decimo septimō ex ista æquiparatione, &c. poteris etiā uidere alium casum quotidianum, in quo aliud est in feudo quam in emphyteusi, in c.ad nostram, cum ibi no. per Ioan. de Imol. de reb. eccl. non alie. iuncta Authen. perpetua, C. de sacro. eccl. de quo plenè per Alex. de Imol. in consil. 76. uolum. 1. incip. circa primum, & per Francis. in lib. feu. par. 2. q. 16.

### LOCVS AB EMPHYTEVSI ad Censem.

- 1 Locus ab emphyteusi ad censem in quibus conueniat.
- 2 Censualis contractus ab emphyteutico contractu differt multis modis &c. nu. seq.
- 3 Censualis contractus cuius natura sit.
- 4 Censem soluimus de re nostra, pensionem de aliena.
- 4 Iura spiritualia possunt dari in censem non in emphyteusi.

- 5 Tria singulariter notanda inter contractum censualem & emphyteumaticum.rn.seq.
- 8 Adiectio incontinenti facta n'il immutat circa prius dispo.
- 9 Error notarii potius presumitur, quam q' conrahrenes voluerint se incontinenti corrigerre.
- 10 Substitutione non potest esse directa & fideicommissaria.
- 11 Due cause contrarie, & se non compatientes simul concurrent non possunt in eadem re, sed per secundam receditur à prima.
- 12 Premium & mercedis quantitas facit in dubio discerni quis sit contractus.

**N**ON incongruè subneditur hic locus ab emphyteuti ad censem, seu à contractu emphyteutico ad contractum censualem. A quo sumptum argumentum prima facie est probabile, fundatum in similitudine, quam dicti contractus habent adiuvicem'. Convenit enim in hoc, quod t' uterque tam emphyteuta, quam censuarius soluit pensionem annuam pro re, quam tenet in emphyteusin vel censem, & in utrumque transfertur dominium & etiam possessio: Re vera tamen fragilis est hæc argumentatio cum hi contractus multum inter se discrepant, ut not. gl. Car. Petr. de Ancha.Pan. & Doct.in.c.constitutus, de relig. do. & dicam latius infrà: & idè hunc locum in catalogo locorum legalium nō adscripsi, nisi reperiresem contractum uerè censualem in d. cap. constitutus, appellari emphyteuticum, & nisi coperissem Innocentiu III. Pontificem Maximum in d. cap. constitutus, hoc argumento vsum. Atguit enim illic in uersic. cùm autem, prout ibi in 12. oppo. refert Card. hoc modo, licuit episcopo retinere pensionem in ecclesia, quam dedit monasterio: cùm etiam nos & prædecessores nostri summi Pontifices ab ecclesijs, quas eximimus recipimus, censem. Nisi etiam reperiresem, Roma.singl. 560. vñsum arguento à censuario ad emphyteutam, sed (ut dixi) fragilis est hæc argumentatio, quia hi contractus t' multum inter se discrepant, & in primis differunt in hoc, quod in contractu censuali in recipientem transfertur omne dominium tām directum, quam utile, & omnis possessio tām ciuilis quam natura-

lis, ita

- lis, ita & taliter quod nihil juris in illa re remanet penes concedentem, sed duntaxat reseretur sibi pensio, si u (ut uerius lo. ) quarcésus annuē soluendus: in contractu autem emphyteutico transfertur solum utile dominium in emphyteutam directo dominio remanente apud dominum, & solum transfertur possessio naturalis, ciuili remanente apud dominum: ut dixi in duobus locis suprà proximis. Et hinc vulgariter dicimus, quod t' censem soluimus de re nostra, sed pensionem de re aliena, & hoc uult glos. sing. in uerbo, iuxta ratam, in d. cap. constitutus, approbata illic per Doct. & Bart. in l. 1. §. hic titulus, ff. de publicanis, licet non ita clare & aperte loquantur. Secundò differunt in hoc, quod in contractu emphyteutico res cadit in commissum, si non soluitur pensio intrà bienniū, si est emphyteuta ecclesiæ, cap. potuit, de loca. & Auth. qui rem, C. de sacr. eccl. uel intra triennium, si est emphyteuta priuati. l. 1. & 2. C. de iu. emp. sed in contractu censuali ex non solutione census, etiam si per mille annos ceſauerit, res non cadit in commissum, ut est rex. not. in uerbo gl. in d. c. constitutus, & ibi Card. Petr. de Anch. Panor. & Doctor. ponunt rationem diversitatis, quos omnino uide: & idem uult Ias. in d. l. 1. C. de iu. emph. & Aluar. post alios per eum relatos, in cap. 1. §. sed non est alia iustior, in tit. quis fuit pri. cau. ben. amic. in usb. feu. & Hippo. de Marfi. in singl. 95. & Ioan. Fabri. in §. adeò, Institu. de loca, circa fin. Ex quo sequitur, q' utilius est ecclesiæ, quod re suam det in emphyteusin, quam in censem. Tertiò differunt in hoc, quod t' iura spiritualia non possunt concedi in emphyteusin, quia uiderentur quodammodo uendi: quod non licet, de simonia, per totum, sed bene possunt dari ad censem, quia census retinetur non in recompensationem iuris concessi, sed potius in memoriam libertatis concessæ, seu in signum præteritæ subiectionis & servitutis, secundum Pan. & alios magistraliter loquentes, in d. c. constitutus. Ut autem plenius in hac materia quotidiana. infiruaris, uolo te tria t' singulariter notare. Primum quod si non appetet de contractu per instrumentum, sed probatur per testes, quod pensio fuit soluta ratione

R 2

certæ

certæ rei 40. ann. & amplius, & sic uertitur in dubium, qui contractus sit, an censualis, uel emphyteuticus, quod in dubio inspicendum erit, quis ex dictis duobus contrahitis magis frequentetur in prouincia: & si contractus emphyteuticus magis frequentetur, quam censualis, indicabitur esse contractus emphyteuticus. Si uero contra, contractus censualis magis frequentetur, iudicabitur censualis & non emphyteuticus, arg. I. semper in stipulatiōnibus, ff. de reg. iur. si autem æquè frequententur ambo contractus, ut in ducatu Brabantia, potius iudicabitur contractus emphyteuticus, quam censualis. Ita fin. uult Io. Fab. in breuiario, in d.l. 1. circa princ. C. de iur. emph. & sequitur simpliciter Ias. in l.z. C.eod.tit. Contrarium tamen in hoc ultimo uult Alber. de Rosa, in d.l. 2. & mouetur per glo. & Innoc. in d. cap. constitutus, & idem reperio uelle Hippo. de Marsi. in d. sing. 95. Effectus autem istius decisionis est ualde magnus, quia si hoc casu cōtractus iudicetur censualis, non poterit expelli, etiam per mille annos cessaerit à solutione: sed duntaxat poterit contra eum agi, ut soluat: secūs si cōtractus iudicetur emphyteuticus per supradicta. non esset ergo in hoc casu si accideret de facto præcipitanda sententia propter contrarietatem opinionum: sed conueniret circumspēcto iudi ci maturè super ea re deliberare & consulere peritiores & in dubio, ubi aliud non appareat ex actis, crederem non esse recedendum ab opinione Ioannis Fabri & Iasonis, propter præsumptionem iuris, de qua in l. cūm de indebito, ff. de proba. Non enim debemus præsumere, translatum esse omne dominium, & omnem possessionē per concedentem, ubi possumus præsumere, duntaxat esse translatum utile dominium, & possessionem naturale tantum, nisi aliud appareat, d.l. cūm de indebito, & l. si cū aurum, ff. de solu. cum sim. Nec obstat d.c. constitutus, cū ibi not. super quib. se fundare uidetur Alb. quia ibi episcopus transtulit in monasterium, quicquid iuris habebat in illis ecclēsijs. per quod clarè constat, quod contractus de quo ibi, fuit censualis, & non emphyteuticus: ut ibi benē declarant glossi. Card. Petr. de Anch. Panor. & Docto, & faciunt

LOCVS AB EMPH. AD CEN. 261  
faciunt not. per Ioan. Fab. in dict. §. adeò, circa finem, sed nos loquimur in dubio casu, & ubi tale quid non est expressum. Vnde succedit regula, de qua in l. continuo. §. eum ita, in fine ff. de uerbō obliga. In incertis non in certis locus est coniecturis: Secundò uolo te scire, quod si in instrumento dicatur, concedo tibi talē rem in emphyteusin perp etuam & omne ius quod habeo in ea re: talis contractus iudicandus erit censualis & non emphyteuticus, ex quo exp̄sē dixit, se transferre omne ius, quod non cadit in contractu emphyteutico, ut suprā dixi. & illa uerba, in emphyteusin, impropriantur. Ita sing. dicit Io. de Imo. in c.ad audientiam, de reb. eccl. non alien. quēna refert & sequitur Ias. in d. l. 1. C. de iur. emph. & est de mente Panorm. in d. cap. constitutus, ubi de hoc est text. si bene ponderetur, & faciunt notata in simili quālit. per Oldr. consil. 159. incip. ex præsenti themate, in l. dubio, & notata per Albe. de Rosa, in rubr. C. de donat. & nota per Ias. in prælu. feu. & not. per Ioan. Fab. in d. §. adeò, circa fin. Tertiò uolo te scire, q̄ si in instrumento † contineatur hoc modo, Talis dedi t̄ talem rem tali in emphyteusin, uel censum (prout s̄pē ex imperiis notariorum, qui non intelligunt virtutem, & efficaciam uerborum, scrib̄ contingit) quod in dubio præsumitur contractus emphyteuticus & non censualis. Ita singu. dicit Ioan. Fabr. maximus practicus in d.l. 1. post prin. C. de iure emph. & idem Io. Fabr. in d. §. adeò, & sequitur Ias. in d.l. 2. in uersicul. octauo quero: quod nūnquam tradas obliuioni, quia uidi de facto magnam controversiam in simili casu. Nam confessum erat instrumentum per quendam, qui reputabatur & in ueritate erat ualde expertus in officio notariatus, in quo carebatur hoc modo, Titius uenidit uel in emphyteusin dedit Seio domum pro pensione quadraginta florenorum annuatim perpetuo solueda eidē. Titio, & hæredib. suis, &c. & ualde dubitabatur, quis contractus esset propter controversiam inter contrahentes exortam, an propter bellum superueniens remittēda esset pensio pro rata damni, necne: quia si erat contractus uenditionis, non debebat remitti pensio, cūm

omne periculum interitus & deteriorationis spectare debet ad empforem. §. cum autem emptio. cum sing. gloss. Insti. de emp. & uend. Si uero erat contractus emphyteuticus, tunc licet sint opiniones inter docto. an remittenda sit pessio emphyteuta pro rata damni necne, propter bellum superueniens, tamen secundum opinionem plurimorum doctorum multum æquam, facienda est remissio, ut not. Pan. & Doctor. in dicitur, & Cyn. in d. l. i. in 9. q. C. de jure emphyt. sicut in locatione etiam ad longum tempus, ut decidit sing. Franc. de Aret. in confi. 55. incip. in causa, & dicebant aduocati Titij, huiusmodi contractū ex mente contrahentium debere censeri contractum uenditio-  
nis, & non contractum emphyteuticum, & sic soluendam esse integrum pensionem, nec aliquid debere remitti, pro quo allegabatur, l. sed & si adjiciatur, ff. pro socio, & l. spe-  
cies, ff. de aur. & arg. lega. in quibus iurib. habetur, quod  
adiectionis in continentia facta nihil immutat circa prius di-  
posita. Item allegabatur, q. potius presumendum est, q.  
talis adiectionis facta sit ex errore notarij, (qui partibus co-  
trahentibus obesse non debet, l. si librarius, ff. de re in. &  
l. fin. & ibi Bald. notat, per illum text. C. de fidei.) quam q.  
contrahentes incontinenti se correxisse uideantur, l. non  
ad ea, cum gloss. ff. de condi. & demon. Allegabatur etiam  
pro hac parte doctr. Io. Fab. in d. §. adeò. in uers. sed quid  
dices, ubi in fortioribus terminis uidetur pro hac parte  
determinare. Item allegabatur tex. in l. recusare. §. Titius  
heres, cum ibi not. per Bar. Io. de Imo. & DD. ff. ad Treb,  
ubi prefati DD. fin. dicunt, q. si in testamento dicatur, ta-  
lis substituit talem vulgariter, pupillariter, & per fidem  
missum, prout sepè ex imperitia notariorum contingit:  
10 quia non potest t. simul & semel substitutio esse directa,  
& fideicommissaria seu obliqua, per hoc nō uitiatur sub-  
stitutio, sed est in electione substituti, ex qua substitutio  
ne uelit hereditatem habere. Ergo eodem modo in casu  
prædicto debuit esse in facultate dicti Titij declarare, q.  
uero contractum uenditionis celebrare intendebar, & nō  
contractum emphyteuticum: In contrariis autem allegabatur au-  
toritas Io. Fab. & Ias. in passibus supra commemoratis,  
& notata

& notata per gl. & DD in d. cap. constitutus, & potissimum  
pro hac parte allegabatur, & ex tenore instrumenti nul-  
libi clarè apparebat, q. omne ius, siue dominium plenum  
fuerit translatum in Scium, uel quod pretium certum in-  
teruenit, sine quo non potest esse uenditio, & uerba con-  
ueniebant contractui emphyteutico, ergo, &c. Allegaba-  
tur etiam l. si quis ante, in princ. ff. de acq. poss. ubi habe-  
tur, q. due t. cause, contraria & se non compatientes si-  
mul concurrere non possint in eadem re, sed per secun-  
dam receditur à prima: uenditio autem & emphyteutis se  
non compatuntur, ut not. per gl. & doct. in d. §. adeò, ergo,  
&c. Item pro hac parte allegabatur etiam l. quicquid  
adstringendz in princ. ff. de uerb. oblig. ubi habetur, quod  
quando stipulatio est obscura, ita q. potest interpretari  
pro actore & pro reo, statut interpretationi rei. Cum er-  
go dictus Scimus fuerit reus tractus in ius ob non solu-  
tionem pensionis, uidebatur standum sive interpretationi:  
imputer enim sibi dictus Titius actor, qui se fundat super  
huiusmodi literas in illis uerbis uenidit, uel in emphy-  
teutis dedit, q. non apertus legem dixit, unde contra eū  
uidetur facienda interpretatio, l. ueteribus, ff. de past. In-  
ducebat etiam uterq; pro se gl. in l. i. ff. de superficiebus,  
quæ singulariter dicit, q. in dubio pretium, & mercedis  
12 t. quantitas facit discerni, quis contractus sit: allegabatur  
etiam singulariter notata per Ioan. de Imo. in l. citem fer-  
ro. §. qui maximos. ff. de publ. & not. per Pau. de Castr. &  
Ias. in l. insulam, ff. de prescr. uerbis, & propter dubium litis  
euuentum fuit causa per concordiam de utriusque partis  
consensu sopia, & non expectata sententia.

### LOCVS A COMMODATO ad Præcarium.

1. *Commodatum & præcarium conuenient tripli citer.*
2. *Præcarium quid sit.*
3. *Commodatum & præcarium differunt quadrupliciter. & num.  
seq. usq; ad fin.*
4. *Possesso naturalis transfertur per præcarium.*

R. 4 Possesso

- 3 Possessio naturalis facit competere interdictum uti posseditis.
- 6 Confiti⁹ens se alieno nomine possidere nullam retinet possessio-  
nem.
- 9 Constatutum, & precarium quomodo differant: & de natura  
utriusque.

**O**ffert se nunc locus à commodato ad precarium, à quo sumptum argumentum est probabile, fundatum in similitudine, quam habent ad inuicem: conueniunt tamen eodem modatum, & precarium in multis. Primo enim conueniunt in descriptione, l. 1. ff. de precario. Nam sicut precarium 2 t est, quod precibus pertinet utendum conceditur tandem quamdiu is, qui concessit patitur, d.l. 1. in priuac. Ita etiam commodatum. nam qui alteri commodat suam rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei via re commodata permittat, d.l. in fin. Conueniunt ergo primo in hoc, q̄ ex neutro transfertur dominium, sed usus rei tantum. Secundo conueniunt in hoc, quod ex neutro transfertur usus rei perpetuo, sed tantum ad tempus. Tertiò conueniunt in hoc, q̄ sicut precarium constituit in re mobili, quam in re immobili, l. 2. S. fin. cum l. seq. & seq. ff. de preca. ita est commodatum, l. 1. ff. commod. & difficile discernitur unum ab altero, quare de uno ad aliud uidetur bona argumentatio, cum de sim. idem debet esse iudicium, l. non possunt, l. nam, ut ait Pedius, & l. de quibus, ff. de leg. cum his quae plenè dixi supra, in loco a simili. Si tñ benè, & subtiliter perpendamus, fragilis est hæc argumentatio, quia hi duo t̄ contractus precarium, & commodatum multum inter se differunt. Et in primis differunt in possessionis translatione, quia per commodatum nulla transfertur possessio nec ciuilis, nec naturalis, tex. est in l. rei commoda, ff. commo, sed per precarium t̄ transfertur naturalis possessio, ciuili remanente penes concedentem precario, textus est not. in l. & habet, S. pen. ff. de præcar. quod est maximi effectus, quia possit, ut uult Bar. in l. 1. in prin. in pen. q. ff. de acq. pos. & idem Bart. in l. 1. in princip. ff. uti possi. & Io. Fab. in § retinendæ,

retinendæ, in prin. Inst. de interd. & Ang. in §. quadrupliciter circa fi. Inst. de acti. & DD. frequenter alibi. Ex quo sequitur, q̄ si possidens precario turberetur in sua naturali possessione, poterit contra turbantem intentare interdictum uti possideris: quod intellige sanè, si contra tertium cum turbulentem, non autem contra illum, à quo precario possidet d. S. retinendæ, & præall. l. 1. S. fi. cum l. sequen. ff. uti possid. & l. qui precario, ubi utrumque probatur, ff. de preca. Commodatus autem, quia non possidet (ut dixi) interdictum nō habet: quod nota. Volo te ēt scire vnum aliud singulare in hac materia, nidelicet, q̄ plus operatur simplex constitutum de per se, q̄ si adiiciatur precario, t̄ q. x si quis simpliciter constitutus se alterius nomine possidere, transfert in illum omnem possessionem naturalem, & ciuilem: sed si adiiciatur precario, ut quia constitutus se alterius nomine precario possidere, iam retinet naturalem, & transfert solum ciuilem secundum Bar. Pau. de Cast. Alex. & Doct. in l. interdum, ff. de acqui. pos. ubi plura singularia, & quotidiana dicta reperies, maximè per Alex. quæ breuitatis gratia omitto. Ergo male faciunt imperiti notarij, qui post constitutum addunt hanc dictio nem precario, credentes per illam adictionem prodesse emptori, uel donatario, in cuius favorem sit constitutus, & ei ualde obsumt: Ita sing. dicit Ang. in §. actionum, Inst. de actio: ubi ponit plura pulchra de natura constituti, & pre-  
cario, quem omnino uide. Et sequitur Ias. in l. ab emptione, ff. de pact. quod nunquam tradas obliuioni, quia uidi aliquos turpiter in hoc errare. Ad unum tamen effectum utilius est creditori, quod debitor constitutus se nomine creditoris precario possidere, quam si constitutus se simpliciter nomine creditoris possidere. Quia primo casu si debitor tradat alteri rem suo creditori pignoratam, non priuat creditor sua possessione ciuili, quia stat per se, & non cohæret naturali possessioni debitoris. Sed secundo casu, si debitor tradat alteri rem, uel expellatur per vim, priuat creditor omni possessione. Ita fin. dicit Bartol. post Iacob. Butr. in rep. l. creditores, in ultima questio. 4. articu. princip. C. de pig.

pig. quem refert & sequitur Mat. in not. 153. & Alex. de Imo. in d.l. interdum, ubi additum effectum, in quo ut illius est creditor, q. debitor constitutus se nomine eius pre cario possidere, q. simpliciter, ubi uide. Pro quo dicto alle go gl. sing. in l. i. §. non alij autem, ff. de ui & ui arm. quod

- 7 est sing. not Ex p̄missis infertur, † etiam ad decisionē illius quotidiane q. si res sit uendita uel donata duobus successiū diversis temporibus, prefertur ille, cui prius est facta traditio, vulga. l. quoties, C. de rei uen. modo uni pri mō facta est traditio per constitutum, & sic facta, & deinde alteri facta est realis traditio, queritur quis debeat p̄ ferri? & respondetur, q. ille, cui factum fuit constitutum: ita singulariter decidit Io. An. in addi. ad Spe. in titul. de emp. & uen. in §. i. in addi. inci. hic dubitatur, & sequitur Bal. in Rub. C. de cōtrah. emp. & uen. in 16. q. & Pan. in c. 2. circa fi. de consue. & idem Pan. in confi. 91. i. uolum. in ci. postulato Dei omnipotens suffragio, quoad primum, & c. & Alex. de Imo. in cons. 14. i. uolum. inci. circa primū dubium, in fine, & in consilio 25. 3. uol. incip. uito testamento, in fine, & Bal. in confi. 369. 5. uol. inci. in Christi, & c. uenditor constituit, & c. & Ang. in cons. 106. inci. quæ dam mulier. in fi. & Alb. de Ros. & Ias. in d.l. quoties, & meminit Hippo. de Marl. singu. 182. & Philip. Dec. in l. cō tractus, ff. de regu. iur. quod nunquam tradas obliuioni,
- 8 quia est frequentissimum in praxi. Secundò, dicti dno t̄cō tractus precarium, & commodatuum differunt in p̄festatione culpe, quia ille qui possidet precario, tenetur solū de dolo, & lata culpa, nisi lite cum eo contestata differat restituere. l. quæstum, §. eum quoque, & §. si seruitur, ff. de precar. Sed commodatarius regulariter tenetur nedū de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui, & lenissima, l. si ut certo, §. nunc uidentum, ff. commo. & ratio diversitatis ponitur per Io. de Imo. Pan. & Cano. in c. fi. de prec. & per Bar. in l. in commodato, §. sicut. ff. commodati, ubi
- 9 recurre. Tertiò † differunt in reuocationis potestate, quia commodatuum non potest reuocari ante usum exple tum, uel ante expletum tempus, sed elemum post, dicta l. in commodato, §. sicut, & l. 2. C. codé, & c. uni extra, eo. tit

tit. Sed precarium potest reuocari ad nutum concedentis l. Lucius, ff. de don. tit. gen. & est ratio, quia precarium est cōtractus in patientia dñi consistens, non in obligatione, secundum Bal. in d.l. 2. & est pulcher tex. in l. cum precario, ff. de precar. ubi plus probatur, uidelicet, q. etiam si fiat pactū, quod precarium non posset reuocari, illo pacto tñ non obstante poterit reuocari, ut ibi tex. no. Hoc tñ li mita sing. ut per Pan. in d.c. fi. & per Ias. in §. sequens illa diuīsio, Inst. de act. dummodo scilicet id fiat sine captione & magno alterius danno, quod tene menti. Quartò differunt in expiratione uel transmissione ad personam h̄redis, quia pr̄carium licet non finiatur morte concedentis, finitur tamē morte eius, cui conceditur: tex. est in d.l. cum precario, §. fi. sed commodatum neutrīus morte fini tur, sed solum expleto usū uel tempore, d.l. 2. & p̄rall. §. sicut. Hoc tñ est not. dignum, quod si comodatarius impediatur uti re commodata infra tēpus expressum uel tacitum, etiam casu fortuito, nihilominus poterit elapsō t̄p̄ reuocari: Ita not. uult Bar. in d. §. sicut, & sequitur Io. de Imo. in d.c. unico: & ratio est, quia ille casis fortuitus, potius debet nocere commodatario, qui certat de lucro captando, q. commodatarius, qui certat de dāno uitando, q. §. 10 tene menti. Quintò differunt in alio, quia † commodatū conceditur ad certum usum, & ad certum t̄ps expressum uel tacitum. Ex exemplum de espresso, ut commodo tibi an cillam ad texendum usque sex menses. Exemplum de tempore tacito, ut commodo tibi ancillam ad texendum unam telam lanæ, nam ista textura haber naturaliter suum tempus, l. continuus, §. cum ita, ff. de uerb. obli. Vel commodo tibi equum causa eundi ad vineam, nam secundum spaciū loci inest tempus eundi, & redeundi, argu. §. loca. Inst. de uerb. obli. cum sim. Precarium uero conceditur, ut plurimum ad usum incertum, uel incertum tempus. Exemplum. Concedo tibi hanc rem sine alia spe cificatione, nam intelligitur ad quemcunque usum: uel concedo tibi hanc domum non p̄fixo certo tempore, nam intelligitur ad uoluntatem meam, d.l. Lucius, nec est uis hoc casu an dicatur concedo tibi domum, an uero dicatur.

catur commodo tibi domum, quia licet hoc ultimo casu uideatur sonare in commodatum, tñ erit precarium. ex quo non est determinatus usus: nam potius debet attendi mens, quam uerba. Ita no. dicunt Cyn. Bal. Pau. Caſt. & Docto. in d.l.2. & Io. de Imo. & Cau. in d.c. unico. Ex quo in ſero ſingulariter, q̄ fiat confeſſio ad certum uolum, fi tameп non fiat ad tempus determinatū expreſſo uel tacite, erit precarium & nō commodatum, d.l. Lucius, & ibi hoc uult Io. de Imo. & Bar. i.d. §. ſicut & Cyn. Pau. Caſt. & alij in d.l.2. & Ias. in l.2. ff. fi cer. pet. quem omni nō uide, quia egregie loquitur ſecūs, fi certum tempus fuit expreſſum, uel tacite intelligatur in confeſſione, ut sup. dixi. Si uero certus uetus fuerit expreſſus, & tempus fit limitatum, fed adiectum fit q̄ confeſſio fiat precario, erit precarium & non commodatum, propter diſtioneſi preſario, ex qua uoluntas concedentis colligitur, & ſic poterit reuocari ante tempus, cum preſario cōceſſum ad certum tempus poſſit ante tempus reuocari, d.l. cum preſario & ita nota uolant Io. de Imo. Pan. & alij in d.c. unic. De qua materia fi plenius uis instrui, uide Doctor. in locis ſupra commemoratis, & gl. ſing. in d.l.1. ff. de pre ca. & Phil. Deci. in d.l. contractus, ubi multa bona dicit in materia noſtra ſubiecta, ex quibus facile cognoscere po-teris, quando hæc argumentatio procedit, & quando no.

### LOCVS A LEGATIS AD FIDEL- commiſſa.

- 1 Exequatio eſt diuerſorum, & nullum ſimile eſt idem.
- 2 Directo an per fideicommiſſum libertas relinquatur, mulum in terefi. & nu. seq. ubi qui inde ſequuntur effectus.
- 3 Patronus ex propria perſona plus iuriſ habet quam parronus ex perſona teſtatoris & qui inde reuulfent effectus, & nu. seq.
- 5 Fraires minores ſunt capaces relictii particularis non univerſalis.
- 6 Legatum à fideicommiſſo quomodo in dubio dignoſcatur.
- 7 Legatorum & fideicommiſſorum diſferentiam expedit ſcire pro intellectu iuriū antiquorum.

Nunc

Nunc ſubiectamus locum à legatis ad fideicommiſſa, à quo ſumptum argumētum eſt probabile, forte, frequens, & utile, fundatum in exequatione facta per legē. Licet enim olim legata & fideicommiſſa habuerint ſe ut excedentia & excessi: hodiè tamen habent ſe ut paria, la-  
r. cum ibi no. per glo. Bar. Bal. & Doct. ff. de leg. 1. & §. ſed non uſq; Inst. de leg. & l.2. C.com. de lega. & licet formaliter, & denominatiuē poſſint dici diuersa, cūm ſint exequata, d.l.1. Exequatio t autē diuerſorum, cūm nullum ſimile fit idem, c.innotuit, & ibi Pan. de elect. cum ſimi. tamē virtualiter: habent candem naturam, & uirtutem. d.l.2. & d.§. ſed non uſque. & ſic de uno ad aliud ualidē fit argumentatio. Ex quo ſequitur primò, quod quicinq; poſteſt teſtari uel legare, poſteſt codicilla ri, & fideicommitteret: ex eſt in l.2. ff. de legat. 1. Sunt autem aliqui, qui non poſſunt teſtari uel codicillari, & ſic nec legata, nec fideicommiſſa relinquare, quos uide per gloſſ. notabilem & Doctor. in l. ſi queramus, ff. de teſta. & Inst. qui non ē perm. fac. teſta. i. ſi. Ex iſto etiam ſequitur ſecundò, q̄ cui poſteſt legari, poſteſt etiam per fideicommiſſum relinqui. Sunt autem aliqui, quibus non poſteſt legari: quos uide per gloſſ. not. & Doctor. in §. legari, Institut. de legatis. & per gloſſ. & Doctor. in l.1. ff. de iure ſici. Ex iſis etiam non poſteſt per fideicommiſſum relinqui. Ex iſo etiam ſequitur tertio, quod quae reſ poſſunt legari, poſſunt etiam per fideicommiſſum relinqui. Sunt autem quædam reſ, quæ legari non poſſunt, ut uidere poteris in l. apud Julianum, aliaſ, idem Julianus. §. conſtat, cum l. seq. & ſeq. ff. de leg. 1. cum ſimi. Item ex iſo ſequitur quartò, q̄ per quae uerba relinquuntur legata, relinquuntur & fideicommiſſa, dict. l.2. C.com. de lega. Ex iſo etiam ſequitur quintò, q̄ omnes actiones, quae copeſtunt pro legato, copeſtunt et pro fi deicommiſſo, l. 1. & 2. C. commiu. de lega. & Inst. de legat. §. 1. cum ſu. gl. Et iſto argumento ad notabilem effe ctum vtitur Ludo. Rom. in ſua aurea rep. Auth. ſimiliter, in 20. ſpeciali piæ cauſe circa ultimas uoluntates, C. ad leg. Falc. & Panor. in conf. 32. 2. uol. Hoc tamē quod dixi recipit

recipit duas notabiles limitationes, multum in foro vtilles. Prima limitatio est, vt dicta regula procedat in legatis, & fideicommissis particularibus seu singularibus, pecuniarium comodorum concernendis, in quibus non est hodiè differentia aliqua, vt sup. dixi. Secus autem est in legatis, & fideicommissis particularibus, commodum pecuniarium non concerneatibus: de quorum numero est legatum & fideicommissum libertatis, in quo adhuc ho-  
2 die remanet differentia: nam qñ t seruo datur libertas di-  
rectò, recta via transit in seruum libertas, l. directis, C. de  
testà. manu, sed si relinquitur seruo libertas per fideicom-  
missum, vt quia grauo, vel rogo heredem, vt eum manu-  
mittat, libertas non transit directò, sed capitur à manu  
heredis manumittentis eum. Et ergo talis est libertus  
heredis, & non testatoris: vt est tex. in §. qui autem, Inst.  
de singulis rebus per fideic. relist. cum sim. quod est ma-  
3 ximi effectus. Nam multum interest, an heres t conse-  
quatur ius patronatus ex sua propria persona, an vero  
ex persona, an vero ex persona testatoris: quia hoc vlti-  
mo casu debilius est ius patronatus, quam primo casu,  
quoad multos notabiles effectus. Primo, quia patronus  
isto vltimo casu non potest manumisso operas imponere.  
Secundo, quia non potest libertum ingratum in seruitutem  
renocare, quod vtiq; pot, qñ ius patronatus sibi compet-  
tit ex sua propria persona, quia sponte vel voluntarie ipse  
seruum suum manunist. Et de istis duobus notabilibus  
effectibus est tex. in l. 2. & 3. & in l. mater, & in l. si suis  
nummis, & ibi Bald. Pau. de Ca. & Doct. not. C. de op.  
lib. & bonus text. in l. 1. C. de lib. & eor. lib. & in prin. iuri  
cta gl. ff. de fideic. libe. Et ex isto sequitur tertius notabi-  
lis effectus, quia si testator sit non soluendo, vel si datis  
liberatibus desiturus sit soluendo esse, & iubeat seruo  
dari libertatem per fideicommissum, de manu heredis,  
talis seruos non consequetur libertatem: quia fideicom-  
missarius nihil ultra vires hereditarias tenetur præstare,  
& sufficit testatorem esse non soluendo, l. si. iuncta sua  
not. gloss. C. qui man. non pos. tñ secus est, qñ ipse testa-  
tor seruo dat libertatem directò, quia tunc vt impedia-  
tur li-

LOCVS A LEG. AD FIDEIC. 271  
tur libertas debent concurrere duo copulatiuè, scilicet  
q; dans libertatem sit non soluendo, vel datis libertatibus.  
desiturus sit soluendo esse & q; habuit animum fraudan-  
di creditores. vt est tex. in l. 1. C. qui manumit. non pos.  
& habetur & not. in §. in fraudem, Inst. qui & ex quib.  
cau. manu. non pos. Item ex isto sequitur alius & quartus  
notabilis effectus, quia qñ libertas datur directò, sub di-  
uersis conditionibus separatim positis, attenditur condi-  
tio leuior, & illam sufficit adimpleri, l. quod traditum,  
iuncta gl. cum l. seq. & seq. ff. de cond. & dē. quia hic mo-  
odus relinquendi libertatem est nobilior, nam recta via  
transit libertas ab adita hereditate, d. l. directis: sed qñ  
libertas relinquitur per fideicommissum sub diuersis con-  
ditionibus separatim positis, attenditur nouissima, tex.  
est in l. per fideicom. ff. de cond. & dem. Item ex isto se-  
quitur alius t & quintus notabilis effectus, quia directa  
libertas non potest relinquiri seruo alieno, et vt valeat in  
vim fideicommissariæ, l. seruo tuo. C. de manu. testa. &  
l. si seruus legatus, §. si seruus alienus. ff. deleg. r. sed per  
fideicommissum benè pót seruo alieno relinquiri libertas,  
vt est text. in §. libertas, Inst. de fin. reb. per fideicō. quod  
procedit ex eo, quia directa libertas deber transire ipso  
iure: sed isto casu transire non pot ipso iure, quæ ratio ces-  
sat in libertate fideicommissaria, quæ capitur à manu he-  
redis, qui potest talem seruum alienum à uero domi-  
no redimere, & manumittere, dict. §. libertas: de quo ar-  
ticulo, si libet, uidere poteris per Alci. lib. Parad. r. c. 5. &  
sic habes quinque notabiles effectus resultantes ex diffe-  
rentia inter libertatem directam & fideicommissariam,  
qui effectus adhuc hodiè durant, quicquid dicat gl. in d.  
l. 2. C. com. de legi. & gl. in d. §. fed non usq; quæ glo. in  
hoc ab omanibus reprehenduntur, & benè quod memo-  
ri teneas mente, quia facit ad intellectum multorum iuri-  
um. Secunda limitatio est, ut d. regula procedat in lega-  
tis & fideicommissis particularibus pecuniarium com-  
modum concernentibus, in quibus, est sublata dif-  
ferentia inter se, ut si legata singularia seu particularia  
& quiparentur fideicommissis singularibus, sed legata uel  
fidei-

fideicommissa particularia pecuniarium et commodum concernentia non equiparantur generaliter legatis uel fideicommissis uniuersalibus: immo hodie remansit differentia in multis. Primo in hoc, qd ad instantiam uniuersalis fideicommissarij heres institutus cogitur adire hereditatem, non autem ad instantiam particularis, ut est tex. expressus in l. si quis omissa, ff. si quis omis. cā test. cum simili. Ratio diuersitatis est, quia fideicommissarius uniuersalis ideo cogit heredem adire, quia sibi uniuersaliter restituitur: particularis uero iō non cogiteum adire, quia sibi non debet uniuersaliter restituī, & esset iniquū, qd heres propter eum esset obligatus creditoribus hereditarijs, quod lex non uult, ut pulchre inquit tex. in l. nā quod. S. fi. & in l. Marcellus. S. Antistitia. ff. Antistitia. ff. ad Treb. Item secundò remansit differentia in alio, quia licet non ualeat legatum nel fideicommissum particular, qd hereditas non est soluendo, ut est tex. in l. si uniuers. in prin. C. de leg. quia legata non debentur, nisi deducatur aere alieno, ut ibi, & in l. Papiniaaus. S. quoniam ait, ff. de inoff. test. cum simi. uniuersale tñ fideicommissum ualeat, licet testator sit non soluendo, ut est tex. rotundus in l. si heres ab eo, in princ. ff. ad Treb. Et est ratio, quia per hoc non sit deterior conditio creditorum, cum fideicommissarius uniuersalis succedat loco heredi, & posset conueniri a creditorib. hereditarijs. Sed si legata uel fideicommissa particularia ualerent, hereditate existente non soluendo, fieret p̄iudicium creditorib. qui tantò minus acciperent, si bona hereditaria diuiderentur inter creditores & legatarios, quod esse non debet, quia creditores certant de danno uitando, legatarij uero de lucro captando: ergo meritò creditores sunt preferendi, cum fauorabilior sit cā eius qui certat de dāno uitādo, qd eius cuius certat de lucro captādo, iuris ignorantia, & l. error, ff. de iu. & fact. ign. & l. fi. C. de eod. Itē tertio t remansit differentia in alio, qualique non sunt capaces hereditatis uel fideicommissi uniuersalis, ut fratres minores Cle. exiui de paradiſo. S. proindē, & ibi Car. & DD. no. de uer. sig. & tñ sunt capaces reliqui uel fideicommissi particularis, nisi

flat

fiat in fraudem, ut ibi habetur. Itē quartò remansit differentia in alio, quia heres rogatus restituere hereditatem, detrahit Trebellianicam: sed legatarius singularis rogatus alteri restituere, non detrahit Trebellianicā, sed debetur fideicommissum ab eo relictū, usque ad modum legatorum sibi relictorū, ut de utroq; est tex. notab. iuncta gl. in l. cohēredi. S. cum filiæ ff. de uulg. & pupill. & ergo a fideicommisso particulari ad uniuersale, uel contra non est licita argumētatio, nisi qd eadē est ratio in utroque, ut no. Ioan. de Imo. in d. S. cum filie, de quo uide latius peundē Io. de Imo. & alios in d. l. 1. ff. de leg. 1. & per Sal. i d. l. 2. C. cōm. de leg. i quib. locis ēt reperies, quo in dubio cognoscitur legatu a fideicommisso: & placet mihi opinio Pau. de Cast. in d. l. 1. quem sequitur ibi Alex. uidelicet, qd in dubio debemus inspicere, ad quem diriguntur uerba, & si uerba reperiuntur directe ad honoretum, est legatum: ut si dicatur lego, uel relinquō Titio iō. & idem in similib. Si uero uerba diriguntur ad grauatū, dicitur fideicommissum, ut si dicatur, grauo heredē, ut det Titio iō. nel rogo ut manumittat sernum: istud probatur in S. pen. & fin. Instit. de singulis reb. per fideicom. relict. quod est utile scire, quia t̄ licei hæc differentia legatorū, & fideicommissorum sit hodie sublata saluis modificatiōnibus suprà commemoratis, tamen pro intellectu iurium antiquorum expedit, qd iuuenes sciant, quid est unum, & quid aliud, & quomodo in dubio unum ab alio cognosciatur, ne paralogizetur, quod facilē sit ignoratis iuris uocabulorum, l. 1. ff. de iustit. & iur. Ignoratis enim principijs, necesse est ut ignorentur principiata, l. 1. & ibi Bal. ff. de orig. iur. Quæ omnia commenda memoriae: & uide quod dixi suprà in loco à simili, & quod dicam infra loco proximo.

## LOCVS A FALCIDIA AD TREBELLIANICAM.

<sup>2</sup> Falcidia & Trebellianica in quibus conseruant, & in quibus differant, nu. seq. & per tot locum.

S Congruen-

**C**ongruenter nunc subsequitur locus à Falcidia ad Trebellianicam, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & ualde utile: quia t̄ h̄c duo à iure æquiparant, l. Marcellus, uers. quod autem ff. ad Trebel. & appellatione Falcidæ Trebellianica \* continetur, l. cohæredi. §. cum filiæ ff. ad leg. Falcid. & l. iubemus, C. ad Trebel. cum similib. & est bona glo. in Authen. unde si parés, C. de inoffic. testam. Et iste arguendi modus facit ad multa quotidie in foro occurrētia. Et gratia exempli pro instruzione iuuenium, istud primò facit ad hoc, quod sicut delegatis ad pias causas hodiè non detrahitur Falcidia, ut est tex. in Authent. similiter, C. ad leg. Falcid. & in corpore unde sumitur: ita nec Trebellianica detrahitur de fideicomisso uniuersali ad pias causas relatio, ut sit quotidie in distributione pauperum, uel in ædificatione hospitalis: Ita sicut dicit Bart. in d.l. Marcellus, & idem Bart. in d. auth. similiter, & sequuntur ibidem Odof. Bal. & Salice. & uult Specu. in tit. de instru. edit. in §. compendiose, in uer. sed cum deducitio, ubi dicit ita fuisse iudicatum, & Angel. in §. si uero expressim, in authenti. de hære. & falcid. & Bald. in l. id quod pauperibus, in 17. q. C. de episco. & cler. ubi dicit, se infinitis uicibus pro hac parte consu. luisse, & Pan. in cap. Raynaldus, de testamen. ubi dicit, q. ista est communis opinio Doctorum utriusque iuris, & idem Panor. in confi. 32. 2. uolum. & idem uult Alber. de Ros. in l. si quis ad declinandum, in prin. C. de episc. & cle. & ita tenendum censeo, quicquid dicat gloss. in cap. si patet, de testamen. libr. 6. Ad cuius rationes patet responso ex dictis Bar. & Alex. de Imo. in d.l. Marcellus, & ex nota per Salice. in d. authen. similiter, & per Ludou. Roma. in sua aurea repe. d. auth. similiter in 40. speciali pīz cause, circa ultimas uoluntates, ubi plenē reperies, ad quod breuitatis gratia te remitto: quia articulus iste est subtilis pulcher & quotidianus. Secundò istud facit ad hoc, q. sicut t̄ cessat Falcidia, quando h̄res soluit unum legatum integrū, postquam subtiliter patrimonium agnouit, d. §. si uero expressim, & Authen. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. ita etiam hoc causa ceflare debebit Trebellianica, quia

quia eadem est ratio: & ita reperio exp̄selle Ang. in dict. §. si uero expressim. quod nota, quia non temere reperies alibi. Tertiò istud facit ad hoc, t̄ quod sicut testator hodie potest indistinctè prohibere Falcidiā, \* vel ADDI. \* detractionem Falcidæ, dict. Authen. sed cūm testator, & \*Falcidiā in corpore unde sumitur: ita etiam poterit prohibere am. Hoc Trebellianicam, & ita exp̄selle tenet gloss. in d. §. si uero uerū t̄ h̄c expressim, & ibi hoc nult Barto. & post eum Angel. Idem rede penitentia tenet gloss. in §. sed quia stipulationes, in uerbo li-tus extraeat, Institu. de fideicom. hære. Hoc etiam tenent Odof. neo glo. in Iac. de Rau. Cyn. Barb. Alb. de Ros. Ioan. Fabr. in brenia. §. si uero & Salicet. in d. authen. sed cūm testator, & Bart. Ale. expressim & alij in dict. l. Marcellus. Contrarium tamen istius sententia auct̄. tit Alciat. lib. paradox. 5. cap. 19. de quo articulo pulchro, de hære subtili, & quotidiano, uide latius per Doctor. in locis suis Fal. fallis præ commemoratis: in indicando tamen à communi opinioni non recedas. Quartò istud facit ad hoc, quod sicut filio pri- 4 t̄ cessat Falcidia, quando res legata, uel per fideicomis- migradit sum relata, prohibita est alienari, ut est text. in §. penulti. Iago. in l. in authenti. ut spons. larg. & in authent. sed in ea. C. ad le Marcellum gem Falcid. Ita etiam hoc casu cessabit Trebellianica, ea in princ. ratione: & ita reperio uelle Ange. in d. §. si uero ex- uerf. nunc presim, & Bal. in authen. sed in ea, & ibi idem uult Alex. ista com- de Imo. in addit. ad Bald. quod tene menti, quia iste ca- mun. ff. fus est ualde notabilis & quotidianus, secundum Bald. lo ad S. C. co prædicto. Quintò istud facit ad hoc, t̄ quod sicut hæres non faciendo inuentarium perdit Falcidiā, l. fin. C. Tre. Ph. de iure delib. & d. Auth. sed cūm testator, & in corpore. Dec. cōſ. 81. Bald. unde sumitur: Ita etiam non confaciendo inuentarium, in l. imbe- perdit Trebellianicam: & ita tenent Cyn. Albe. de Rosa. mus, per Bald. & Salice. in d. authen. sed cūm testator: & ita consu- illū text. luit Gldra. in confi. 184. incip. satis credo, & Barto. in con C. ad Tre fil. 234. incipiente, Lena Mactarelli lib. 1. & uult Mathes. bel. que ia nou. 157. & est æqua & rationabilis opinio. Contrariū limitario tamen tenet Bartol. sibi contrarius in d.l. Marcellus, & in h̄t æqui- d. auth. sed cum testator, & in §. si uero nō fecerit, in auth. tatem. de hære. & Falc. Ange. in d. §. si uero expressim, & Ioan. de Imol. in l. 1. §. hac stipulatio. ff. si cui plusquam per leg. S 2 Falcid.

## LOCVS A MAND. PRO.C.&c.

Falcid. & Alex.de Imol.in d.l.Marcellus ,vbi exactissime hunc articulum subtilem & quotidianum examinant, ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio, sed prædicta pro iuueni bus sufficient. Illud autem generaliter pro regula teneas q̄ in testamentis in quibus cessat Falcidia, cessat etiam Trebellianica, d.l.Marcellus,versi. quod autem , vbi haec regula habetur, scđm vnum intellectum, item teneas pro regula, q̄ heres de legatis p̄ticularib. r̄fr detrahit Falcidiā ab universalib. aut legatis , vel fideicommissis heres r̄fr de trahit Trebellianicā; ut in toto tī ff. & C.ad leg.Falc. & in toto, ff. & C.ad Trebel.nisi ex aliqua causa impediatur vel priuetur, vt suprā tetigi. Non tamen credas, q̄ in omnibus & per omnia, fal cidia & Trebellianica æquiparentur:imo in multis † differunt, nam multa imputantur in quartam Trebelianicam, que non imputatur in Falcidiā:vt est ex nota,in l.in quartam,ff.ad l.Fal. & habetur & notatur per gl.Pan. & Can.in c.Raynati, & ibi Guil.Bened.in rep. de test.vnde hæc argumentatio a Falcidia ad Trebelliani cam tunc demū procedit. q̄ā eadem sub est ratio in vro q̄, & q̄n contrarium non reperitur in iure expressā deci sum , alias autem secūs, quia diuersitas rationis diuersitatem iuris inducit, l.adigere,§.quamvis , cum ibi not. ff.de iu.patr. & l.cū pater. §.dulcissimis,ff.de leg. 2. cum sim. & expressum facit filere tacitum, l.f. C.de pac.conu. cum concordantij, & ita vult Ioan.de Imo.in d.l.coheredij. §. cū filiæ. Vide quod dixi suprā loco proximo , & in loco à Simili, & quod dicam infra in loco à ratione legis larga, ampla seu generali,ad extensionem ipsius legis , in 2.calū principali.

## LOCVS A MANDATO PROCVRATO ris ad lites, seu iudicia, ad mandatum Iurisdictionis.

Mandati procuratoris, & mandati iurisdictionis proprietates & in quibus conueniant, & differant. & nu. sequent. & per sot.locumta

Mandatis

## LOCVS A MAND. PRO.C.&c. 277

Mandati ad lites ad negotia extrajudicia, ad beneficia iurisdictio nis inter se differentia & conuenientia.

**A** hoc loco sumptum argumentum est probabile fre quens, & vtile , cū t̄ æquiparētur , & sint similia in multis,l. & quia,ibi,sicut in reliquis causis,ff.de iuris.om. iu. & ibi Bal. & Docto, qui eam legunt sub l.more maioriū id not. & eius meminit Soci.in conf. 187. incip.in præsen ti consultatione , & DD.alijs locis . Et hic arguendi modus facit ad multa . Et primò ad hoc , q̄ sicut mandatum procuratoris tacite finitur morte mandantis re integrā, l.mandatum,cum ibi nota.per Bal.C.mandati, & §.recte, & quæ illic nota idem Bal.Inst.de mandat. & l.nulla dubitatio.C.de proc. & d.l. & quia. in fi.ita etiam mandatum iurisdictionis seu( vt vocant) delegatio morte mandantis seu delegatis re integra finitur,d.l. & q̄a,in verfic. ideoq; & c.gratum, & c.relatum, de offic. del.cū sim.Fallit t̄ in casib. de quib.per Ange.in d.l. & quia.Secundò ad hoc, t̄ q̄ quemadmodum procurator potest dari in diem & sub conditione, & ad lites futuras,l.3. ff.de procurato . Ita ét poterit fieri delegatio ad lites futuras in diem & sub conditione eadem ratione : & ita expressè vult Inno. in cap. cum olim Abbas, de offic. delega. quem referunt & sequuntur Ang. Pau.de Cast.& Doc.in d.l. & quia. Tertiò ad hoc , q̄ sicut mandatum procuratoris est stricti iuris, & in eo non veniunt nisi ea quæ expressa sunt, d.c.cū olim Abbas, in fi.cum sim. Ita ét mandatum iurisdictio nis est stricti iuris, & in eo non veniunt nisi expressa . Vnde sequitur , q̄ delegata iurisdictione non potest prorogari de persona ad personam,ét de patrum consensu:vt est tex. siog.in cap.P. & G.de offi.dele.cum sim. Ex isto etiam se quitur aliud,videlicet, q̄ plurib.procuratoribus simpliciter constitutis vel pluribus iudicibus simpliciter datis, unus sine alio vinente , vel mortuo nihil potest,c.si duo, de procu.lib.6. & l.duo ex tribus,ff. de re iu.cap. causam matrimonij , de offi. deleg.cum simil . & ita reperio vel le Inu.in cap.in nostra, dé procura.per æquiparationem, quam inter hæc duo mandata facit tex.in dicto l. & quia,

S 3 ibi

ibi eam sequuntur Alex. & Ias. circa quod est uide decis.  
 2 Rotz 445. in nouis. In multis tamen differunt hæc duo mandata. Primo in hoc, quod procurator post item per eum contestatam non potest per dominum expressè reuocari, nisi noua superueniente causa, l. post item, cum pluribus seq. ff. de proc. sed iudex defegatus potest quan docunque per delegantem reuocari. Iudicium soluerit, in prin. cum ibi not. per glo. ff. de iud. & tangitur per glo. & DD. in d.l. & quia. Secundo in hoc, quia in mandato procuratoris, ut res definit esse integra, quoad reuocationem tacitam, quæ fit per mortem mandantis requiritur litis contestatio, ut benè declarat Bar. in d.l. & quia, dum declarat, quando res dicitur definit esse integra: sed in mandato iurisdictionis, quoad reuocationem tacitam per mortem delegantis, res definit esse integra per solam citationem, d. cap. gratum: & est uera, & communis opinio secundum Ias. in d.l. & quia. Tertiò differunt in hoc, quia ad petendum restituionem in integrum procurator debet habere speciale mandatum, Lillud, ff. de mino. cum si. sed in generali mandato iurisdictionis seu delegationis uenit etiam cognitio restituionis in integrum l. fi. in f. C. ubi & apud quos, quæ est hoc melior de iure secundum Alex. & Ias. in d.l. & quia. Si tñ t pleniū scire uelis, in quib. conueniant, & in quibus differant mandatum ad lites seu iudicia, mandatum ad negotia extra iudicia, mandatum ad beneficia ecclesiastica, & mandatum iurisdictionis, uide Alberic. de Rosat. in d.l. mandatum, & in locis per eum commemoratis.

ADD.

\* Locus. LOCVS\* A CONTRACTIBVS AD VL.  
 De hoc t Contractuum, & ultimarum uoluntatum eadem ratio.  
 loco, & z Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, & cõtra,  
 quando uellet.  
 an non lo 3 Contractuum, & ultimarum uoluntatum viginti differentie.

beat, u -  
 de laijff

H Abemus præterea in iure nostro, locum à contractibus  
 ad ultimas uoluntates, à quo sumptum argumentum ne  
 dum

dum est probabile, sed etiam frequens, & multum forte, <sup>mc per 1a</sup>  
 qñ eadem est ratio in utroq; tex. est not. in l. fi. & ibi id son, in l.  
 pulchrè notat Sal. C. de leg. & tex. Inst. d. lege Fui. can. tol. <sup>qua de le</sup>  
 & ibi per glo. Io. Fab. Ang. & Doct. & isto arguento uti gato, ff.  
 tur Roma in Auth. similiter. C. ad leg. Falcid. in 12. specia de legat.  
 li pia causæ circa ultimas uoluntates, & Ioan. And. in re- 1.P. Prae-  
 gul. quod semel, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. & Bar. in l. i.  
 §. si quis ita, ff. d. eterb. obli. ubi per hoc dicit, quod si quis  
 interrogatus, an ueller relinquere tunicam suam tali, re-  
 spôdet, cui alteri quām sibi uellem relinquere? uidetur  
 reliquile per illum tex. quia si sic est in cōtractibus ut ibi  
 multo fortius idem erit in testamentis, & ultimis uolunta-  
 tibus: Sic t etiam contra, bonum est arguento ab ulti-  
 mis uoluntatibus ad contractus: tex. est nota. in l. pactum  
 inter hæredem, & ibi Bar. not. ff. de pact. & in l. jure cju-  
 li, ff. de cond. & demonst. & in l. seruum filij, §. eum qui  
 chirographum, & ibi per Dyn. Ray. & Ioan. de Imo. ff. de  
 leg. i. & in l. fi diuortio, & ibi Ang. no. ff. de eterbo. oblig.  
 & in l. qua de legato, ff. de legat. i. & traditur plenè per  
 Bal. in l. uni. C. de lege Fusia cani. toll. uititur & hoc argu-  
 menti genere Cy. in l. in fin. C. quand. non pe. par. pe.  
 ac. & Doct. alijs sèpè locis. Pro istius tamen quotidiani ar-  
 ticuli clara resolutione dicas breuiter hoc modo. Aut cō-  
 tractus, & ultima uoluntas conueniunt in rationis iden-  
 titate, & tunc procedit arguento de uno ad aliud, ut  
 in dictis iuribus: aut disconueniunt, & tunc si sit maior ra-  
 tio in ultima uoluntate, quām in contractu, validè argu-  
 mentam ab ultima uoluntate ad contractum negatiuē,  
 per locum à majori, l. obligationum, §. placet, ff. de action.  
 & obli. Et contrà, a contractu validè argumentamur ad  
 ultimam uoluntatem affirmatiuē, per locum à minori: &  
 sic propriè loquitur d.l. fi. aut contra, maior est ratio in  
 contractu, quām in ultima uoluntate, & tunc proce-  
 dit arguento à contractu ad ultimam uoluntatem  
 negatiuē: & ab ultima uoluntate ad contractum affirma-  
 tiuē, & sic loquitur d.l. pactum inter hæredem, cum sim.  
 aut sumus in dubio, & tunc quia in ultimis uoluntatibus  
 regulariter sit plenior interpretatio, quām in contractu  
 bus,

bus, l. in testam. ff. de reg. iur. & c. cùm dilecti, de dona, cùm. à contractu ad ultimam uoluntatem ualide argumentatur affirmatiuè, & ab ultima uoluntate ad contractum negatiuè: ita notab. dicit Saly. in d.l.f. & Io. de Imo. in d. §. eum qui chirographum, & Ang. de Aret. in d. titul. Infit. de lego Fusia can. toll. & Ang. de Peru. in d.l. quæ de legato, quam legit sub l. si à substituto, & Alex. de Imo. in confi. 6. i. uol. 1. inci. super eo, & c. in quibus locis plenè de hoc reperies. Hoc tamen tene pro régula, q[uod] hæc argumentatio nunquam procedit ad derogationem legis, uel canonis, ubi aliud expressè dispositum est in uno, q[uod] in alio. Ita notabil. nult. Cyn. in 1. ea lege, in 3. col. C. de conditio, ob causam, & Bal. in d.l. unica, & idem Bal. in c. inter cœteras, de rescr. & faciunt ea quæ dixi supra in loco à s[ecundu]m, in prima fallentia. Cum f[aciat] igitur plures sint notabiles differentiae inter contractus ab una parte, & ultimas uoluntates ab altera, in quibus aliter in uno, quam in alio dispositum est, certum est hanc argumentationem in illis casibus non procedere. Et quia materia ista utilis est, & ualde quotidiana, statui ex mente Ias. in d.l. pactum inter hæredem, & ex mente eiusdem Ias. in d.l. quæ de legato, in lectura quam fecit post redditum à legatione, & ex mente eiusdem Ias. in d.l. quæ de legato, in lectura quam fecit ante legationem, colligere uiginti insignes differentias: quarum prima sit ista, quod in ultimis voluntatibus conditio impossibilis habetur pro non adiecta, l. i. ff. de cond. mst. & L. obtinuit, ff. de cond. & demon. In contractibus autem initiat, l. impossibilis, ff. de uerb. oblig. Secunda sit ista, quod in ultimis voluntatibus, legatario seu creditori partem debiti ab altero hæredum petente, non c[on]cessetur facta diuisio, l. si ex toto, §. j. ff. de leg. 1. In contractibus autem per petitionem partis, censorur facta diuisio, ut est tex. sing. in l. si creditores, C. de pact. Tertia sit ista, q[uod] ultimæ uoluntates postquam dies cessit, in pendentie se non possunt, actus autem uinentium suspendi possunt: ut de utroq; est tex. in l. final. ff. com. præd. Quarta sit, quia in contractibus in arbitrium tertij commissis non recessitur à persona, l. si. C. de contr. emp. & l. si quis arbitratu,

tratu, ff. de uerbo. obli. secus in ultimis uoluntatib. l. fin. §. sed & si quis, C. commu. de leg. Quinta sit, q[uod] ultimis uoluntatibus habet locum cautio Mutiana conditionibus contentibus in non faciendo, l. Murianæ, cum ibi no. ff. de cōdit. & demon. non sic in contractibus, l. ita stipulatus, post prin. ff. de uerb. obl. Sexta sit, q[uod] bona subiecta restitutio ex ultima uoluntate possunt alienari ex causa dotis, Auth. res quæ, C. commu. de leg. secus si subiaceant restitutio ex contractu inter uinos, glo. est sing. in l. nnulla, & ibi Bar. Bal. & DD. eam commandant, C. de iur. dot. Septima sit, q[uod] minor 25 annis habens curatorem non potest contrahere sine curatore, l. si curatorem habens, C. de in integr. rest. testari tamē, legare, & causa mortis donare p[otes]t, l. Aurelio, §. Cains. ff. de lib. leg. quibus locis id quoque per DD. adnotatur. Octaua sit, q[uod] alienatione prohibita inter uiuos nihilominus transfertur dominium, sed agitur ad intercessione, d.l. ea lege, secus si prohibita sit alienatio in ultima voluntate: qui impeditur translatio dominij l. filius familias, l. diui, cum ibi not. ff. de leg. 1. Nona sit, q[uod] in ultimis voluntatibus, si poena adjiciatur, si quid factum non fuerit, statim id fieri debet, alioquin incurritur poena: glo. est sing. in l. i. & ibi Iason C. de his, quibus, indig. In contractibus autem non prius locus est poenæ, quam declaratum fuerit, amplius fieri non posse, d.l. ita stipulatus, post prin. Decima sit, quod in contractibus conditionalibus ante conditionis eventum si decedat stipulator, transmittitur spes in heredem, §. ex conditionali, Inst. de uerb. obl. Non sic in ultimis voluntatibus uel legatis conditionalibus, l. i. §. fin autem aliquid sub conditione, C. de cad. tol. Undecima sit, quod super alimentis mihi ex ultima uoluntate debitum transfigere non possum si ne decreto iudicis: secus autem est in alimentis ex contractu mihi debitibus: ut de utroq; est tex. in l. cum hi in prin. & in §. plane, ff. de tract. Duodecima differentia sit, quod in contractibus, & obligationibus alternatiuis electio est debitoris: regul. in alternatiuis, de regul. iur. libro 6. secus autem est in legato alternatiuo, quia non hæredis, sed legatarij electio est. l. Lucio, cum glossa, ff. de legat.

2. de quo dicam plenius infra in loco à natura alternatiuorum. Decimatertia differentia est, quia latior & plenior fit interpretatio in ultimis voluntatibus, quam in contractibus. d.c. cum dilecti, & præal.l. in testamentis. Decima quarta notabilis differentia est, quia in ultimis uoluntatibus masculinum concipit foemininum, l. si ita scriptum, ff. de leg. 2. & l. qui duos. ff. de leg. 3. secus autē est in contractib. Hinc est, q. si quis acquirat emphyteusin pro se & filijs, non ueniunt filiæ foemineæ. Ita sing. dedit Ioan. de Imo. in c. potuit, circa f. de loca. & dicit se sic consuluisse, & idem uult ipse in d.l. si ita scriptum: si autem quis insituto hærede substitueret ei sine filijs decederet, intelligeretur nedum de filijs masculis, sed etiam de foeminiis, c. Rayn. & ibi Io. An. & Cano. not. de testa. Ias. in l. si quis id. ff. de iurisfd. omn. in. ubi uide. Decimaquinta notabilis differentia est, quia in ultimis uoluntatibus appellatione filiorum ueniunt nepotes, l. liberorum. ff. de verb. signif. secus in contractibus: & ideo si aliquis acquisiuit emphyteusin pro se & filijs, & non ueniunt nepotes: Ita sing. dicit Bar. in d.l. liberorum. Decimasexta differentia est, quia in ultimis uoluntatibus monasterium habeatur loco filij. §. sed & hoc præsentij, in auth. sancti. episc. & c. in præsentia, de probat. secus autem est in contractibus, secundum Ant. de But. in d.c. in præsentia, & DD. alij locis. Decimaseptima differentia est, quia in ultimis uoluntatibus uno concessio uidetur concedi aliud, sine quo concessum non haberet effectum, l. illud, & l. pro hærede, §. fin. cum glo. seq. de acq. hær. secus in contractibus, ut patet ex distinctione Bart. in l. 1. ff. de seru. lega, unde legata domo aditus debetur, l. testatrix. ff. si seru. uen. sed uenida domo, non debetur, l. in uendendo. la. 2. resp. 2. ff. de contr. em. Decimaoctaua differentia est, quia in debito in diem uel sub conditione ex ultima uoluntate indistincte caueatur, toto tit. ff. ut leg. no. caue. sed in contractib. non, nisi noua causa suspicionis superuenerit, l. in omnib. ff. de iud. & l. inter omnes. ff. qui satifd. cog. Decimanona differentia est, quia in ultimis uoluntatibus testator legat simpliciter re, in dubio in obligatione est re tradi, nō dari, d.l. si à substituto,

substituto, §. f. & tamen in cōtractib. est secus, l. si ita, in ff. de contrah. emp. de hoc tñ uide latius per Ias. & alios in d.l. si à substituto, §. fin. Vigesima notabilis differentia est, quia ultima uoluntas de iure communi habet executionem paratam, l. f. C. de edic. diui Had. tol. secus autem est in contractibus qui de iure cōi non habent executionē paratam, text. est sing. in l. minor. 25. annis cui fideicommissum, ff. de minor. In his ergo casibus & si qui sunt similes, non procedit hæc argumentatio.

### LOCVS CONTRACTIBVS AD quasi contractus.

- 1 Argumentum à contractibus ad quasi contractus probabile, & utile & quomodo & quando procedat. nu. 2.
- 2 Dispositiones odisseae sine penales debent strictè & propriè intellegi.

**S**Vb sequitur nunc opportunè locus à contractibus ad quasi contractus, à quo t̄ sumptum argumentum est probabile, frequens, & utile, text. est notab. in l. si pupilli. §. si quis ita. ff. de neg. gest. & in l. apud Julianum. §. fin. cū l. seq. ff. quib. ex cau. in poss. eat. & in l. ait prætor, in princ. iuncto §. non solum, & seq. ff. de mino. hinc Barto. Bald. Ang. Sal. Ias. & Doct. in authen. sacramenta puberum, C. si aduec. uen. sing. dicunt, q. sicut contractus firmatur iuramento, ita etiam quasi contractus: & idem uult Bald. in rub. extra de iureiu. qui allegat gl. unic. & sing. in iure in l. quid ergo, in princ. ff. de contra, & util. aſt. tut. & hoc idem firmat Ant. de But. in rep. cap. fi. in 1. fal. de consue. Hinc etiam notab. dicit Bald. in Rubr. C. de pact. q. si per statutum mulier prohibeatur contrahere sine consensu propinquorum, quod intelligitur prohibita omnis conuentio etiam ad liberandum. Hinc etiam est, quod sicut ratione cōtractus sortitur quis forum in loco cōtractus, & potest ibi conueniri, si ibi reperiatur, l. hæres absens. §. proinde. ff. de iud. c. f. de for. comp. & c. Romana; §. contrahentes,

## 284 LOCVS A CONTRACTIB. AD,&amp;c.

trahentes, illo eo.ti.li.6. ira etiam ratione quasi contra-  
ctus, forum in loco quasi cōtractus, rex. est sing. secundū  
unum intellectum in l. qui certo loco, & ibi Ang. & Pau.  
de Cas.hoc no.ff.de cond.ind. & idem post logam dispu-  
tationem concludit ibi Ias.& Ant. de Butr. in rep.d.c.fi.  
& Pet.de Anchār.in d.S.contrahentes,in i.no.& proba-  
tur in d.l.heres ablēns,§.si quis tutelam.Hinc etiam est,  
q̄ extraugans, prouidē, de sent. ex cōmū. que loquitur  
in contractib.extendit etiam ad quasi contractus, puta  
ad iudicia,in quibus quasi contrahitur,l.3.S.item scribit.  
ff.de pecu.Ita sing.dicit gl.in d.extrauag.prouidē, super  
uerbo,processib.& sententijs.in uerbi fed quare ex deli-  
2. eto.Validitas tāt̄ seu efficacia huius argumentationis nō  
procedit ex ui, & proprietate uerborum, sed per uitam ex  
tensionis , q̄n̄ omnimoda ratio militat in utroq;:ut bene  
declarat Raph.Cum.in consil.176. incip. statuto Papieñ.  
&c. & Alex. de Imol.in l.sue apud, in princ.C.de tran-  
saet. & maximē quando dispositio est fauorabilis , prout  
est d.Auth.sacramēta,secundum Alex.in loco predicto,  
& dicta extra prouidē,quando autem dispositio super cō-  
tractu est odio sa uel pœnalis , tunc non extendit ad  
quasi contractum: quare tunc hēc argumentatio non pro-  
cedit.Ita notab.uolunt Bal.Ang.Imo.Alex.& Doct. in l.  
more,ff.de acq.hær.& Bar.in d.l.apud Julianum,§.si pu-  
pillus. & habetur plenē per Bal.Ang.Io.de Imo.Alex.&  
Doct.in l.niutum,ff.de acq.hær.& per Pan.in c.cum ecclē-  
sia,de immu.ecclē.& per eundem in c.qua frōte, in ptin.  
de appell.& per Ang.de Arc.Instit.de oblig. quæ ex qua  
si malef.nal.& per eundem Ang.in §.neq;,Instit.de aust.  
tu.In quibus locis præfati Doctores dicunt, q̄ si statutū  
prohibet mulierem cōtrahere sine consensu propinquō  
rum,uel sine alia solēnitate requisita per statutum in cō-  
tractu mulierum, poterit uihilominus mulier sine tali so-  
lennitate requisita per statutum hēreditatem adire,licet  
hēreditatem adeundo quasi contrahat,d.l.apud Julianū,  
§.finali,cum l.sequenti,& §.hēres,Instit.de obligatio,que  
ex quasi contractu . nascunt. & ista est magis communis  
opinio secundum Alex.in d.l.que apud acta quam ēt te-  
net

LOCVS A CONTRACTIB. AD,&c 285  
net Alb. de Ros.post Dy.in t.par.statut.q.c.& Matheſ.in  
not.suo.167. De hoc tamen articulo uidelicet per Ias.  
in d.l.sue apud, & per eundem Ias.in §.omnium,Institu.  
de actionib.& per Barbatiam in d.c.fin. ubi plura ad hūc  
locum facientia accumulantur, & per Pau.Cas.in d.l.miu-  
tum, & per Barto. in d.l.more, & per Roma.in consil.suo  
394.incip. præsupposito, quod uiva uoce,&c. & aliquid  
habetur per eundem in consil.12. incipiente, uiso facto  
præsupposito.Non recedas tamen à communi opinione,  
quam in sequendo potes eadem ratione dicere, quod,nō  
obstante dicto statuto, mulier poterit sine huiusmodi so-  
lennitate esse in iudicio,in quo quasi contrahitur,dicta l.  
3.S.idem scribit.Nec mirum, quia t̄ statuta & dispositio-  
nes odiosæ, uel pœnales debent strictè, & propriè intel-  
ligi,l.3.S.hēc uerba,ff.de neg.gest.& ca.in nostra,de iniu-  
rijs : & ideo singulariter dicit Bar. in l.1. §. hoc interdi-  
ctum,ff.de frōte,quod si ex forma statuti mulier ob dela-  
tionem margaritarum incurrit certam pœnam, id debet  
intelligi de deferente margaritas ueras,&naturales,ergo  
mulier deferens margaritas fūtūs, uel imitatīas non  
incurret dictam pœnam: quod memori teneas mente  
quia potest frequenter accedere:& uide quod dicam in-  
frā loco proximo.

LOCVS A QVASI CONTRACTIBVS  
ad cōtractus.

1 Argumentatio à quasi contractibus ad contractus non procedit  
in materia pœnali, & quando agitur de nullitate actus , in o-  
dium alicuius.

Est & locus à quasi contractibus ad contractus , à quo  
sumptum argumentum est probabile,ut bene colligi-  
tur per locum à speciali, in c. decet,iuncta gl.super uer-  
bo , processus , de immu. eccl. lib. 6. Nam si in t̄ ma-  
teria pœnali, & quādo agitur de nullitate actus in odium  
alicuius,non licet arguere à quasi contractib. ac contra-  
ctus,ut ibi est rex.iuncta gl.ergo regulariter alias ualebit  
argu-

argumentatio per ea, quæ dicam intrâ in loco à speciali. Quod aut̄ nō valet argu. à quasi contractu ad contractū, qñ dispositio concepta super quasi contractu est odiosa vel pœnalis, vult gl. sing. ind. c. decet, super verbo processus, sic inducendo . nam in iudicijs quasi contrahitur, l.3. §. idem scribit, ff. de pecu. & tamen poena nullitatis iudicij, & sic quasi cōtractus in ecclesia celebratus non extenditur ad uerum contractum : quod patet, quia verus contractus in ecclesia celebratus valet, & tenet, licet contrahentes peccent, ut dicit glof. illa sing. sicut celebratus die Dominicu uel festiuo, l.f. C. de fer. ubi est tex. not. quem ad hoc notat Bald. in c. 1. de treu. & pa. & tamen in dicium ibi redditum, uel sententia illic lata per laicos, nō valet: ut ibi est tex. cuius non est alia ratio, nisi quia dispositio d.c. decet, annullans actum iudiciale in ecclesia p laicos celebratum , in odium exercentis eum est pœnalis secundum Pan. in c. 2. de const. & Bal. in l. non dubium, C. de leg. Verba aut̄ cōstitutionis pœnalis debent stricte & propriè intelligi, l.3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & c. in nostra, de iniur. nimis ergo, si argumentatio hoc casu à quasi cōtractu ad contractū non sit ualida: quod not. & uidelicet quod dixi suprà loco proximo, & in loco à simili.

### LOCVS A CONTRACTIBVS AD IUDICIA.

*Auth. sacramenta puberum, habet locum etiam in iudicijs, id est de extrauag. prouide de sent. excom. num. 2.*

Vlra supradicta iniuio, & specialiter alicubi fieri mentionem loci à cōtractibus ad iudicia, à quo sumptu argumentum probabile est, frequens, & utile. gl. est de hoc not. in Auten. sacramenta, C. si aduer. uendit. que singula. dicit d. Auth. sacramenta, q̄ loquitur in contractibus, etiam locum habere in iudicijs. & illam gl. sequuntur ibi lac. de Aret. Bart. Bal. Ang. Sal. Sas. & communiter omnes Doct. & Ant. de Bistr. in repet. c. fin. in prima fallenzia, de consuet. & est similis glo. in §. item sacramenta, in tituli de pace iura. firmando, in usib. feu. approbata illic p Bal.

Bal. Aluaro. & alios: istam opinionem etiam sequitur Io. de Imo. in rep. cap. cùm cōtingat, circa finem tertij casus principalis, de iureiu. ex quo singulariter sequitur, q̄ si minor 25. annis, qui nō potest esse in iudicio sine curatore, l. cùm & minores, iuncta gl. C. si aduer. rem iud. & toto tit. C. qui legit. perso. compareat in iudicio sine curatore, & iuret non contrauenire indicio neq; sententia, propter tale iuramētum ualidatur iudicium, \*quod aliás esset nullum ex defectu legitimæ artis sine curatore: ita notabiliter vult gl. in d. Auth. sacramenta , & sequuntur Doct. suprà relati, & Bar. in l. minor, in fin. ff. de proc. & idem Bart. in l. minor 25. annis omisssam , in prin. ff. de min. quod tene perpetuò menti, quia per hoc habes singularē limitationem ad d. l. cùm & minores, & ad totū tit. C. qui legit. perso. stan. uel non & id. quod dixi, etiam tenet desceſio Cap. Tolo. decisione 45. 49. & 106. ubi plenè uideas. Secundò ex isto infertur singulariter, † q̄ extrauagans , prouide, de sent. excō. quæ loquitur in contractibus , statuens interdictum non ponendum in loco pro cœ pecuniaria, extenditur et ad iudicia: ita sing. dicit gl. in d. extrā, prouide, super uerb. processibus & sententijs, in uers. sed quæro ex delicto , quæ singulariter uult, dictam constitutionem prouide, habere locum, etiam si quis sit condemnatus in summa pecuniaria ob delictum. quod tene menti, quia pōt quotidiē usu uenire. Et ratio præmissorum est i. promptu , quia in iudicijs quasi contrahitur, l.3. §. idem scribit, ff. de pecu. & ualidum est argumentum à contractibus ad quasi contractus , ut declarauit suprà in loco à contractibus ad quasi contractus, ubi uide , & ibi dicta hic habeas pro repetitis: ergo de primo ad ultimum ualidum est argumentum à contractibus ad iudicia . Et licet Cy. in d. Auth. sacramenta , in 15. q. & Alb. de Ros. eum sequens cum paucis alijs teneat costrariuin, tu tamen non recedas à communi opinione, maximè cum rationibus Cy. & aliorum plenè respondeatur per Docto. supra relatios. Pro uera tamen praxi d. Auth. sacramenta, recurre ad Capo. caute. 219. circa fin. quem omnino uide.

ADD.  
Iudiciū.  
Cōtrariū  
puto ve-  
rius: Nā  
iudicium  
en mino-  
re 25. an-  
nis nō de  
eo cura-  
tore in li-  
tē, est nuk  
lum. in  
univer-  
sis. C. qui  
da. tut.  
pos. Nec  
mouet in  
ramētum  
nam si in  
dictiū non  
tenet, nō  
ligat ins  
irrandū,  
liurisgē.  
S. & ge-  
neraliter  
ff. de pac.

## LOCVS A IVDICIIS AD ARBITRARIA.

- 1 Arbitraria in omnibus redacta sicut ad similitudinem iudiciorum: nisi specialiter contrarum statutum reperiatur. quad inducitur ad multa. n. 2. cum seque. usque ad num. 18.
- 2 Index & arbitre iudicare debent secundum allegata & probata.
- 3 Index laicus non potest ferre sententiam in ecclesia.
- 4 Arbitre male arbitrando, aut negligendo facit item suam.
- 5 Laudum arbitri continens expressam errorum iuris est ipso ure nullum.
- 6 Servus non potest esse index, aut arbitre.
- 7 Confessio extra iudicialis sine causa, non inducit probationem, nisi sit geminata.
- 8 Dominium per arbitrium, sicut per sententiam transfertur.
- 9 Consuetudo an induci possit ex sententijs arbitrorum, sicut per sententiam iudicis ordinarij.
- 10 Error potest revocari etiam post sententiam, quae transit in rem indicatam beneficio restitutio in integrum.
- 11 Infanctia coram arbitro an pereat triennio, & quid de comparsa.
- 12 Futura non veniunt in iudicij, nec in compromissis.
- 13 Arbitre suam sententiam an possit interpretari.
- 14 Iudiciorum & arbitrorum inter se differentia.
- 15 Iudicis & arbitratoris differentiae.
- 16 Arbitri & arbitratoris inter se differentiae.

**O**ffert se nun clocus à iudicijs ad arbitraria, à quo sumptum argumētum est probabile, frequēs, & utile, q̄a equiparantur. Redacta t̄ sunt enim arbitria ad similitudinem iudiciorum in omnibus, nisi specialiter reperiatur statutum contrarium. l. 1. cum ibi not. per gl. Odo. Alb. de Ros. & Docto. ff. de arb. & vult specu. in tit. de arbitro. §. differt. Quod induci pōt ad multa quotidiē in foce occurrentia. Et inter alia istud primō facit ad hoc, q̄ sicut coram iudice t̄ offerri debet libellus, fieri litis contestatio iurari de calumnia, ferri sententia, in scriptis sedendo, nō stando,

stando, seruare feriæ in honorem Dei introductæ, & generaliter seruari ordo iudicarius, ut habetur in titulo, de libelli oblatione, de litis contestatione, & seq. in c. fin. de re iu. lib. 6. & in l. 2. in f. C. de sen. ex bre. reci. & in c. fin. de fer. cum sim, quę etiam non possunt per partes remitti, ut est gl. notab. in cap. de cauſis, approbata illic per Docto. de offi. deleg. Ita ēt coram arbitro offerri debet libellus, fieri litis contestatio, iurari de calumnia, ferri arbitriū seu laudum in scriptis sedendo non stando, seruari feriæ in honorem Dei introductæ, & generaliter seruari ordo iudicarius, alias arbitrium seu laudum est nulum, per generalitatem regule d. l. 1. & uolunt. Inn. Host, Io. And. And. de But. Pet. de Anch. Io. de Imol. Car. Pan. & DD. in c. Quintauallis, de iure. & Idem Io. An. Joan. de Imo. Pan. & DD. in c. cūm dilectus, de arb. & Spec. in d. §. differt. & in §. excipitur, in uer. item quod pronūciasit: & probatur in l. cum antea, in fi. & ibi Bal. C. de arb. in l. 2. sed quia ueremur, C. de iur. cal. in c. cūm ab uno, de re iud. lib. 6. in l. 1. & ibi gl. C. de sent. ex bre. reci. in l. omnes, circa fi. C. de fer. & in l. si feriatis, ff. eo. ti. & ibi Bart. & in l. Pomponius, §. fi. ff. de arb. cum simi. Secundō istud facit ad hoc, t̄ quōd sicut index debet ferre sententiam de die, & non de nocte. §. sedebunt, in Auth. de iud. & c. consuluit, de offi. del. ita, & arbitre, per generalitatem regule d. l. 1. Tertiō istud facit ad hoc, t̄ q̄ in casibus in quib⁹ mulier iudicare potest, potest etiam esse arbitrix: & contra in casibus, in quibus non potest esse index, esse ēt nō pōt arbitrix, c. dilecti, de arb. & l. fin. C. eo. tit. cū utrobiq̄ not. & uolunt. Ioan. de Imo. Pan. & DD. in d. c. Quintauallis, & sep̄ alijs locis. Quartō istud facit ad hoc, q̄ sicut index pōt denegare audientiam contumaci in omni sua cā, l. sed & si per prætorem, §. sed & si dum decreto, ff. ex quibus cau. ma. quem tex. ad hoc reputat singularē. An. Corse. in sing. 65. Ita & arbitre, per generalitatem regule d. l. 1. & ita notab. vult Host. in summa in tit. de arb. in §. qualiter effectum, in uer. sed nunquid potest, & Ias. in l. sancimus, in z. no. C. de iud. quod tene mēti. Quintō istud facit ad hoc, t̄ q̄ sicut index debet iudicare secundō.

## 290 LOCVS A IVD. AD ARBIT.

dū allegata, & probata, illicitas, s. ueritas, ff. de offic. pref. & c. iudicet, 3. q. 7. cum simil. Ita: & arbiter, per generalitatem regulæ dict. leg. 1. Sextò istud facit ad hoc, quod sicut iudex potest per totam diem, qua sententia tulit causa accessoria, puta circa fructus, & expensas, supplere, & statuere, tex. est l. Paulus, ff. de re iud. & l. terminato, C. de fruct. & lit. exp. Ita & arbiter hoc poterit eodem die, gl. est sing. l. q. a arbiter, ff. de arbit. & ibi Bal. Alb. & DD. & meminit Roma. in sing. 64. in 2. parte, qd & tradit Ioā. de Imol. in dicto c. Quintauallis. Septimo istud facit ad hoc, quod sicut iudex tenetur uictum uictori expensis condemnare, nisi sub sit ratio compensandi expensas, uel aliter statuendi, l. eum quem. ff. de iud. cap. fin. de dona. & cont. & c. calumniam, de pœn. cum fin. Ita, & arbiter, per generalitatem regulæ, d. l. i. & hoc firmat Ias. in l. proprandum, in §. fin autem alterutra in princ. C. de iud. Octo uò istud facit ad hoc, quod sicut iudex laicus & non potest ferre sententiam in ecclesia, & si ibi ferat sententia illa est nulla, c. decet, de immu. ecclesi. lib. 6. Ita etiam dicendum est in arbitro per generalitatem regulæ, d. l. i. & ita reperio expressè uelle lo. de Imo. & Panormit. in d. cap. Quintauallis, & licet Panormit. illic dicit Ioannes Andr. hoc ibi uelle, tamen Ioannes Andre. nihil de hoc ibi dicit, nec etiam in d. cap. decet: & ita reperio etiam uelle Lapum, Abbatem, & Petrum de Anch. in d. cap. decet. Nonò istud facit ad hoc, quod sicut sententia lat. à iudice publicè excommunicato est ipso iure nulla, cap. ad probandum, de re iudicata, cum similibus. Ita etiam arbitrium seu laudum arbitri publicè excommunicati est nullum, per generalitatem regulæ, d. l. i. & uult exprefse Ioannes Andreæ in regula, dolo facit, de regulis juris, libro 6. in Mercurialibus, & Ioann. de Imola, Panormit. & Doctor. in d. c. Quintauallis, ubi plenè reperies de hoc per eos. Decimò istud facit ad hoc, quod sicut iudex debet esse certus, capit. ad hac, de re script. cum similibus: Ita & arbiter, item si unus, s. principaliter, ff. de arbitris & cap. innotuit, eodem tit. glo. in cap. 2. de electio. libro 3. Hinc est, quod non maler appellatio alternativa, appelle

## LOCVS A IVD. AD ARBIT. 291

Io ad illū uel ad illos, ad quem, uel quos de iure appellare possum: licet communiter sic interponatur appellatio: de quo articulo uide plenè per Joannem Andr. in reg. in alternatiuis, de regulis iur. lib. 6. in Mercu. contrarium tamen tenet curia Romana, ut videre licet in decisione 213. in nouis. Undecimò istud facit ad hoc, quod sicut & iudex male iudicando, uel negligendo, facit item suam, l. fin. ff. de uarijs, & extraord. cognit. & Instr. de oblig. quæ ex quasi malefic. nascunt. in prin. Ita etiam arbiter male arbitrando, uel negligendo facit item suam, text. est singularis in l. si quis in conscribendo, in fin. C. de pæct. quod est memorie commendandum secundum Bart. Bal. Sal. Pau. de Cast. Alex. Ias. & alios ibidem: & uult Spe. d. §. differt, & Paul. de Castr. in consil. 73. incip. visis compromiso, laudo, & c. glo. in d. l. fin. in verb. de ea re, ff. de uat. & extr. co. Duodecimò istud facit ad hoc, q. sicut & sententia iudicis continens expressum errorem artis, est ipso in re nulla, lege si expressum, ff. de appellationibus, & capitulo primo, de re iudicata, cum similibus. Ita etiam laudum seu arbitrium arbitri continens expressum' iuris errorum, est ipso iure nullum. Ita dicit glo. in l. diem proferre, s. stari, ff. de arbitris, quam glossa ad hoc notat Mathefi. in not. 182. & uult Ioannes de Imol. in d. cap. Quintauallis, quem omnino uide, & potestimò debet talis sententia arbitri manifestè nulla per superiori emendarit: ut not. glo. sing. in c. à iudicib. 2. q. 6. cuius meminit Fulgo. in consilio 169. incip. Senus Aurelius, circa fin. Decimo tertio istud facit ad hoc, q. sicut in iudicijs fernari debet æqualitas, cap. nouit, de iud. cum simili. Ita etiam in arbitrijs, l. si cum die, §. pen. in si. iuncta glo. ff. de arb. l. & l. sed interpellatur, §. h. & ibi Alber. eo. titu. & habetur pulchritè per Dyn. & alios in regula, in iudicijs, de reg. iur. libr. 6. Decimoquarto istud facit ad hoc, quod exceptio quæ non potest opponi coram iudice ordinario, uel delegato, non potest etiam opponi coram arbitro, tex. est singularis, in d. l. si quis in conscribendo, in uerbi omnes ita, & ibi Saly. Iason, & Doctor. ad hoc notant illum textum, quod tene menti. Decimoquinto istud facit ad hoc, quod sicut

nemo potest esse iudex in causa propria, leg. qui iurisfctioni, ff. de iuri. om. iu. & l. unica, C. ne quis in sua causa cum similibus. Ita nec arbiter leg. penultima, ff. de arbitris cum sim. Decimo sexto istud facit ad hoc, quod t̄ sicut seus nou potest esse iudex, l. cūm pr̄tor, circa f. ff. de iud. ita nec arbiter, l. Pedins, §. 2. ff. de arb. & idem dicunt ibi: dem glo. & Barto. in monacho: de quo articulo quotidiano nide latius per Albericum in l. non distinguemus, §. 2. a. cerdotio, ff. de arb. & per Io. de Imo. Pan. & Doc. in d.c. Quintauallis. Decimo septimo istud facit ad hoc, quod sicut in iudicij circa preparatoria stipulatio pœnalis non committitur, nisi inter sit: ita nec in arbitrijs, rex. habet, in quo vtrunque probatur, in l. arbiter calendis, & ibi Alberi. R. o. s. not. ff. de arbit. Decimo octavo istud facit ad hoc quod sicut t̄ iudex suspectus potest recusari ex causa de no uo superueniente, uel ex causa prius orta nūc nouiter de tecta, c. insinuante, cūm ibi not. de offic. del. c. cūm special de appella. & c. quia suspecti, 3. q. 5. cūm periculorum coram suspecto iudice litigare, c. cūm inter, de except. & simili. Ita etiam arbiter suspectus potest recusari, d.l. non distinguemus, §. cūm quidam, & uolunt Io. de Imo. Pan. & Doc. in d.c. Quintauallis. An autem iudex ordinarius de iure ciuili recusari possit, sunt opiniones: de quibus uere poteris per glo. in l. apertissimi, C. de iud. & ibi per Saly. in 2. quæst. & in Authent. si uero contigerit, ibi posita, quam Bal. dicit de consuetudine non seruari. Decimo nono istud facit ad hoc, q̄ sicut confessio iudicialis facta corā iudice sine causa, inducit probationē: quia calor iudicij supplet defectum, ut notatur, in l. unica, C. de confite. & in c. f. eo. ti. Ita ēt cōfessio facta corā arbitro sine causa, inducit probationē: Ita dicit gloss. singular. in l. 1. in f. ff. de infer. actioni, & eius meminit Roma. singulari. 398. Non intelligas tamē, q̄ confessio facta coram arbitro habeat p̄ omnia effectum confessionis iudicialis, quia non infamat. Ita dicit not. gl. in l. quid ergo, §. ex compromisso, ff. de in fa. & sequitur Bal. in d.l. cūm antea, in f. Confessio t̄ autē extra judicialis sine causa, non inducit probationē, nisi fit geminata, c. si cautio, & ibi notatur per Panor. Felin. & Doct.

LOCVS A IVD. AD ARBIT. 293  
 Doct. de fide instru. l. generaliter, C. de non nūc p̄e. & l. am de indebito, §. fina. ff. de proba. Vigesimo istud facit ad hoc, quod quemadmodum in sententijs seu uerbis iudicis masculinum concipit foeminum, ut uult Archid. in c. si quis suadēte, 17. q. 4. Ita etiam in uerbis arbitri masculinum concipit foeminum, & ita reperio uelle Alexand. de Imo. in consil. 1. ugl. & Philippum Decium in l. foeminæ, ff. de reg. iur. ques omnino uide. Vigesimoprimo istud facit ad hoc, quod sicut uassallus potest de feudo experiri coram iudice, c. si uassallus de beneficio, in titu. si de feudo fuerit contra, & c. i. de cōt. inter. uassal. & alie. de benef. ita etiam uassallus potest de feudo in arbitrum cōpromittere, c. i. §. si inter, & ibi Alua. & Doct. de leg. Cor. & c. i. an apud iudi. uel dom. contr. feu. ter. deb. & per generalitatē regulæ, d.l. i. de quo articulo quotidiano uide latissimè per Francis. libel. feu. parte 4. in uerſculo. Octauo principaliter quæro. Vigesimosecundò istud facit ad hoc, quod sicut t̄ per sententiam iudicis transferetur dominium, iuxta plenē nota per gloss. & Doct. in l. ex hoc iure, in uerb. dominia distincta in f. ff. de iust. & iur. & per gl. & Ang. in §. fin. in fin. Init. de off. iud. Ita etiam per arbitrium seu laudum arbitrii transfertur dominium per generalitatē regulæ, d.l. i. quod etiā uidetur approbare Franc. in d. uerbi. octauo principaliter quæro, circa f. & licet in hoc ultimō Bal. uideatur tenere contrariū in f. ff. §. f. in fine, C. com. de legat. per c. Raynaldus, de testa men. tamen, q̄ per laudum arbitrii transfertur dominium sicut per sententiam iudicis, tenet Alex. in l. Pomponius, §. si iussu, ff. de acqui. posse. & optimè respondet ad d.ca. Raynaldus, ut ibi uidere poteris: & idem uult ipse Alex. in d.l. f. §. f. in apost. ad Bald. Tigesimotertiō æquiparantur iudices delegati, & arbitrii in casu cap. uno delegatorum, de off. dele. iūcta d.l. item si unus, item si plures, in hoc scilicet, q̄ uno eorum mortuo, expirat potestas. De cuius articuli ueritate, & an idem sit in iudice ordinario, uide pulchre per Io. de Imo. in c. prudētiā, in prin. & in locis per eum cōmemoratis, de off. dele. & in d.c. uno de legatorum. Vigesimoquartō æquiparatur iudices, & arbitri.

bitri in casu l. duo ex tribus, ff. de re iuncta gloss. si in tres & l. seq. ff. de arbitri. in eo uidelicet, qd duo ex tribus indici- bus, uel arbitris simpliciter datis, absente tertio, indicare non possunt, licet possent eo præsente, & contradicentes. In arbitris tamen hoc casu alterum statutum est de iure ca- nonico, ut patet in ca. 2. de arb. lib. 6. sed illud ius canon- cum in foro seculari seruandum non est ut ibi dicit glo- sing. memoriae commendanda: quod tene menti, quam- di controuersiam in facto. Vigesimoquinto istud facit ad hoc argumen- tatio facit ad hoc, quod coram arbitro fit præscriptionis interruptio, sicut coram indice: tex. est sing. in quo utrum que probatur, in d.l. cum antea, circa fi. uerf. plenius ap- 13 te. Vigesimo sexto istud facit ad hoc, qd sicut per sñiam iudicii ordinariorum induci potest consuetudo, ut not. in c. de consue. & in l. de quib. ff. de legib. & in l. 1. & 2. C. qui sit lon. conf. & in §. ex non scripto. Inst. de iure nat. gen. & ciuil. Ita etiam per sñias arbitrorum, cum arbitria sint adæta ad instar iudiciorum, d.l. 1. & ita singu. tener. Iaf. ii rep. d.l. de quib. plus dicens, videlicet, quod est per sñias arbitrorum potest induci consuetudo: dummodo transferint p- puli. & adducit plures DD. idem tenentes, subiungens tandem hanc esse ueritatem, in qua persiste non obstante quod contrarium tenuerint Io. An. in c. Abbate, de uer- fig. & Bal. in cap. 1. defed. cogn. & Lud. Roma. in sing. 4. quos omnes citat. Tu autem pro concordia opinionum uidere poteris Alb. de Ros. i rep. d.l. de quib. ubi tener. per sententias arbitrorum, quæ non possunt executioni mandari, sed eis metu poena paretur, non inducitur con- suetudo: cum enim ex talibus sententijs non ligentur li- tigantes, multo minus tales sententiæ ligabunt alios rati- ce, argu. l. qui ad certum. ff. locati, & l. cum unus. §. 1. ff. de bo. aut. iud. poss. & l. 3. §. qui habet. de ser. rust. præ. si au- tem sint tales sententiæ, quæ possunt executioni manda- ri, ut sententiæ arbitri electi, sine pena subsecuta homo- logatione, iuxta d.l. cum antea, tunc ex illis possit induc- consuetudo, opus tamē est secundum cum, qd plures sen- tentiæ requirantur, quam in iudicibus: cum index sit per- sona publica, & ex eius sententijs facilius colligitur tac- tus con-

295  
tus consensus populi, quām ex sententijs arbitri. hoc ta- men secundum qualitatem sententiarum arbitrio Iudā- cis dicit committendum. Et ista fuit opinio Guil. ut re- fert Ant. de But. in rep. d. cap. fin. de consuetu. ubi uide latius per eum, quod memori teneas mente, quia potest quotidie usuuenire. Vigesimo septimo istud facit ad hoc quod sicut in confessione facta in iudicio, sententia iudi- cis à qua non fuit appellatum, imponit finem reuocatio- ni erroris, l. error. C. de iur. & facti ign. cum sim. ita etiam uidetur in laudo seu sententia arbitri, per generalitatem regulæ, d.l. 1. contrarium tamen in hoc ultimo reperio uelle Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de confes. nunc uidendum. in uerf. quid de confessione coram arbitro: & mouetur, quia negotium non finitur per sententiam ar- bitri, nisi homologetur, & idem uolunt Ioan. de Imo. & Panor. in d.c. Quintauallis, & faciunt not. per Cynum in d.l. unica, in §. quest. & not. per Albe. ibidem in 4. q. circa 14 finem. Illud tamen nolo te ignorare, quod etiam t post sententiam indicis, à qua non fuit appellatum, potest error beneficio restitutionis in integrum, text. est de hoc singularis secundum uerum intellectum in l. cum fidei- compromissum, & ibi gl. in uerb. remittere, Bartol. Ange. & Pau. de Cast. not. ff. de confe. per quam l. singulariter limi- tatur d.l. error, ut post causam decisam error non reuoce- tur, scilicet ipso iure: sed benè per restitutionem in inte- grum: quod tene menti, quia in foro frequentissimum 15 est. Vigesimo octavo istud facit ad hoc, qd t sicut coram iudice instantia causæ ciuilis perit triennio, d.l. prope- randum, in prin. Ita est coram arbitro instantia perit lapsu triennij, per generalitatem regulæ, d.l. 1. & quia contra- rum non reperitur decisum iure per supra dicta: & licet circa hoc sint multæ opiniones, ut uideri potest per gl. in d. l. Itē si unus, §. si multo post. & per Spe. in d. §. differt, cir- ca fi. & per Alb. de Ros. in l. sed si compromissum, ff. de arbi. communis tamen opinio est, quod si coram arbitro originaliter lis est mota, instantia perit triennio: Ita not. dicunt Anton. de But. Io. de Imo Car. & Panor. in d.c. cū dictura, ubi tamen hoc limitat Io. de Imo. procedere in

instantia cause principis: secus esse dicens i instantia causa appellationis, ponens rationem diuersitatis, ut ibi uiceris poteris per eum. Aduerte tamē, quia secundum la. de Rauen. quem refert, & sequitur Alber. de Rosa. in d.l. sed si compromissum, licet instantia coram arbitro finatur triennio sicut in iudicio, ut haber communis opinio: compromissum tamen & potestas arbitri non expirat, ita quod etiam triennio elapo cognoscere, uel pronuncia re non possit: imo durat; ita quod possit perpetuo cognoscere, & pronunciare, sicut & iudex ordinarius non perdit iurisdictionem finito triennio, sed potest apud eum instantia renouari, d.l. properandum. & i mputent fibi partes, q in compromisso non praefixerunt certum tempus, uel q non petierunt arbitrum cogi pronunciare, secundum eos: & idem uult Bald. in Rub. extra de arbitri. circa fin. Vigesimono iudicis facit ad hoc, q sicut iudex de iure non debet decernere citationem contra reum, nisi actor cauerit de prosequendo litem, & de refaciendis expensis, ut est text. in Auth. generaliter, C. de epis. & cler. Ita etiam dicendum est in arbitrio; gloss. est de hoc singularis in d. Aut. generaliter, in fine & illam sequuntur ibi la. Butr. Sali. & plures alij, moti per generalitatem regulæ d.legi r. ubi uide. Trigesimò 16 iudicis facit ad hoc, quod sicut i in iudicijs non uenient futura, lege non potest; & l. non quem admodum. ff. de iud. ita nec in compromisso etiam generaliter factis; tex. est no. in legi de his rebus, & ibi gloss. Alb. & Docto. no. ff. de arb. Trigesimoprimò iudicis facit ad hoc, q sicut in iudicijs, sententijs, uel uerbis sententiarum locum habet argumentum à contrario sensu, b. Póponius. §. sed & is, qui in f. ff. de pc. & l. si inter me & te. ff. de excep. rei iud. & uult Corser. in sing. suo tertio & Doct. uarijs locis. Ita etiam in arbitrio, uel arbitramento haber locum argumentum à contrario sensu, eadem ratione & ita reperio uelle Bal. in conf. 142. uol. 2. incip. q. dā dominus Pasinus. Trigesimosecundò iudicis facit ad hoc q sicut iudex pōt sententiā suam interpretari, seu declarare et ex interuallo, lab. exec. & ibi habetur plene per gl Bar.

Bar. Io. de lmo. & Döctor. ff. de appell. & per Bal. in d.l. 2. 17 C. de sent. ex bré. reci. ita & arbiter pōterit sententiam suam seu laudum interpretari seu declarare: & ita uide tur velle Bal. in l. ne in arbitris, circa fin. C. de arb. quā ad hoc quotidiè allegabat, sed istud non credo verum, & contrarium tenet expressè Spe. in tit. de arb. §. fin. in versi, sed uanquid uerbum obscurum. & Archid. in §. ex his 12. q. 1. & Hen. Boich. Pet. de Anch. Car. & Pan. in c. cūm olim, de arb. & benē faciunt notata per Bar. in l. quid tamē: in prin. ff. de arb. quod nota. Nec obstat, d.l. ab executori, & generalitas regulæ, d.l. i. quia non omnis iudex potest suam sententiam interpretari, sed dunat xat iudices ordinarij maiores, ut haberur in d.l. ab executore, per glo. Bar. & DD. & per Bal. in d.l. 2. si ergo solis maioribus iudicibus id concedatur, & minoribus denegetur: non est mirum, si arbitris, hoc non licet: quia eorum potestas depēdet ex compromisso & uoluntate partium, nec quicquam ultra poslunt d.l. non distinguimus. §. de officio. & d.ca. cum dilectus, & si benē perpendatur Bal. in d.l. ne in arbitris, nos dicit, quod arbiter, finito té pore compromisli, potest adiri, ut interpretetur suum arbitrium seu laudum, vt vocant: sed solum dicit, quod corā iudice de hoc cognoscere, si oriatur obscuritas in uerbis arbitrij, possunt arbitri, si sunt plures, adhiberi, vt testes super intellectu eorum, qualiter scilicet ipsi intelligunt suum laudum seu arbitrium. Imo idem Bal. in d.l. terminato, sentit contrarium: nam dicit, q arbiter quā condemnauit in expensis, non poterit taxare expensas, si nito tempore cōpromisli, sed taxabit magistratus, quod in compromisso non habetur, arbiter attentare non pōt, secundum eum, & allegat d. §. de officio. Posset & ad multa alia pulchra, & quotidiana induci hæc argumentatio, vt uideri potest per Bap. de S. Blasio in trac. de arb. & per Ang. de Are. in § omnium, Instrit. de acrio. Sed prædicta pro oīnveniib. abundē sufficiunt. Et procedit hæc argumentatio multo fortius in arbitris iuris. Vnde sicut iudici omnia commissa intelliguntur, quæ ad causam ipsam pertinent, l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. præterea. de off.

off. dele. cum sim. Ita etiam arbitris iuris. Et sicut a iudice appellatur, ita etiam ab arbitris iuris, c. ab arbitris, in f. de off. dele. lib. 6. & hæc not. per gl. Io. de Imo. Pan. & Can. in c. suspicionis, de offi. deleg. De hoc ultimo tamen vide latius per Io. de Imo. in d.c. Quintauallis, & in d.c. cum dilectus. Ex quo etiam colligere poteris aliquot differētia inter arbitros compromissarios, & arbitros iuris. de quo vide per Bart. & Legiftas in l. cum specialis, C. de iud. & in d.l. apertissimi & retigi obiter suprà iloco ab exceptio 18 ne ad regulam. In multis tamen + grandis est differentia inter iudicia, & arbitraria, vt colligere poteris ex supradictis, & ex d. cap. 2. de arbit. lib. 6. & ex cap. f. de re iud. in antiq. & ex notatis per Specu. in d. §. differt, & ex not. per gloss. Ioan. And. Io. de Imo. & Doct. in d.c. cum dilectus, & ex nota. per Odofre. Alber. de Rosa. & alios in d.l. 1. & per eundem Odofre. in l. 1. C. de arbit. & per Ang. in d. §. omnium : in quibus casibus & similibus in iure expressis, vel. decisis hæc argumentationem non procedere certum est: cùm in incertis locis sit coniecturis, l. continuus. §. cum ita, in fin. ff. de verb. obl. Specialiter tamen volo te notare quatuor præcipuas differentias, inter quas prima est, qd licet iudex per suā sententiā cū causæ cognitione latā, posset impedire dominij trāslationem, l. is, cui bonis. ff. de ver. oblig. l. seruus hac lege. ff. de manu. & l. de pollicitatio. in f. ff. de pollicit. qui tex. est ad hoc singularis secundum Bald. in l. per diuersas, in 9. q. in fin. C. mand. tamen arbitrus non potest per suum arbitrium seu laudum impeditre translationem dominij, d.c. Raynal dus, cum ibi not. per gloss. Innoc. Pan. & Doct. & vult Alex. in d. §. iussu, & DD. alijs sæpè locis. Ex quo sequitur & illud singulare, videlicet, qd licet pendente lite coram iudice super re aliqua, res illa tanquam litigiosa nō possit alienari, l. f. C. de liti. tamen securus est in re, super qua pendet lis coram arbitro, & ita sing. dicit Bal. in l. f. in f. C. commu. diu. quem refert & sequitur Alex. de Imo. in l. filius familiæ. §. diui. ff. de leg. 1. quod tene menti. Alia & secunda differentia est, quod licet index posset pronunciare sententiam contra absentem contumacem

macem legitimè citatum, d.l. properandum, §. 1. & 2. & l. ab eo, C. qd & quan. iu. cum sim. Arbitrus tamen non potest pronunciare suum arbitrium seu laudum, nisi utraq; parte præsente, l. diem proferre. §. si quis litigatorum, & §. coram. ff. de arb. & ita concludit gloss. fin. in d. cap. cum dilectus, quam gl. sequuntur ibi Io. de Imo. Pan. & DD. quos omnino uide. Aduerte tñ, qd index non potest procedere contra absentem ad finiam, nisi fuerit citatus peremptoriè, & specialiter ad audiendum finiam, in causis ordinem iudiciarium requirentib. & si aliter fiat, finia est nullala. l. 1. §. itē cùm ex edicto. ff. quæ sen. sine appell. resc. nec sufficeret partem citari ad audiendum voluntatē iudicis: Ita fin. decidit Rora decil. 345. in nouis, & meminit Roma. sing. 371. licet alium numerum assignet. & pro hac decisione est tex. cum sing. gloss. in Cle. sæpè. in uerb. finiam uer. diffinitum, in uerb. ad id, & in uerb. per remptoriè, de uer. fig. quod tene mēti. Alia & tertia dñia est, qd licet in iudiciis ante prolationem finia ualeat pactum de non appellando, l. f. in f. C. de temp. appell. non tñ ualeat pactum de non ueniendo contra arbitrum ante latū arbitrium, dict. l. cùm antecā, & ibi hoc uolunt Bar. Bal. & Doct. & Pan. in d. cap. dilectus. Quarta singularis dñia est quia maior 18. annis potest de consensu partium deputari index delegatus ē ab inferiore à principe, ca. cum uigesimum, de off. deleg. & l. quidam consulebant. ff. de re iudic. sed minor 20. annis non potest de consensu partiū eligi arbitrus, tex. est in l. cum lege, & ibi Alber. no. ff. de arb. & ita dicit gloss. in d. cap. cum uigesimum, duplicem rationem diuerstatis assignans, quam gloss. sequuntur: ibi Inn. Host. Io. An. Per. de Ancha. Io. de Imo. Car. Pam. Barb. Feli. & alijs. id ipsum post longam disputationem sequitur ēt Io. de Imo. in d.l. quidam consulebant, & hoc ēt uult Alex. & Spe. in d. tit. de arb. §. 2. in uers. item si minor, cum uer. seq. ubi sing. plus dicit, uidelicet qd etiam si pendēt compromissio superueniat ætas 20. annorum, nihil operabitur: nisi de novo in eum compromittatur: & hoc dictum referunt & sequuntur Car. Barbat. & Feli. in d.c. cū uigesimū, & Alex. in d.l. quidam consulebant. Et hæc de

## LOCVS A IVD. AD ARBIT.

hæc de conuenientijs, & differentijs inter iudices & arbitros sufficient. Inter iudices autem † & arbitratores sula est similitudo: quia arbitramenta recta sunt ad instar contractu non iudiciorum: vt not. Inno. & alij post eum in d.c. Quintauallis. hinc est, q coram arbitratore non requirit libellus, nec aliqua iudicij figura: & valet arbitramentum, licet arbitrator non sedeat pro tribunali, & ē si referatur die dominico, s̄m Inn. & oēs in d.l. Quintauallis, & Bal. in d.l. r. circa fin. C. de arb. inter arbitriū au tem & † arbitratorem ēt plures sunt notabiles differentiae, quas vide repoteris per Inn. Hosti. Io. An. Ant. de Bur. lo. de Imo. Pan. & alios Can. in d.c. Quintauallis, & pér Bar. Sal. & Legistas in l. societatem. S. arbitrorum. ff. pro. soci. & per Bap. de S. Blafio in d. tract. de arb. & arb. vbi centum reperies differentias inter arbitrum, & arbitratorem: sed quia dicta materia aliena est à materia nostra subiecta, idcirco eam non prosequor, sed remissione sufficiat.

## LOCVS A CONTRACTV AD

### Distractum.

- 1 Constitutio seu statutum loquens in contractu, habet locum in distractu, concorrente identitate rationis, & per totum locum.
- 2 Adiō quando oriuntur ex contractu, in decisorijs attenditūt consuetudo loci contractus, & non loci iudicij, idem in distractu.
- 3 Forum quis sortitur in loco contractus, si ibi reperiatur: nō ēt in distractu.
- 4 Aut. sacramenta puberum, habet locum in distractu sicut in contractu.
- 5 Dolus dans causam contractui, aut distractui bona fidei, reddit eos ipso iure nullos.
- 6 Destituere eius est, cuius est instituere.
- 7 Solemitas requisita in contractu, regulariter requiruntur in distractu.
- 8 Necessaria in acquisitione vel constructione an. requirantur in amissione vel destruotione.
- 9 Tempus celebrati contractus, vel distractus, aut conditionis existentis an attendandum.

### Argumen-

## LCCVS A CONTR. AD DIST.

301

- 11 Argumentatio à contractu ad distractum procedit concurrente identitate rationis.
- 12 Reductio ad art. iurium boni viri in quo foro petenda sit.
- 13 Resolutio contractus non dicitur nouus contractus.
- 14 Gabella debetur fisco, licet de partii volumate contractus cancelletur.

B hoc loco sumptum argumentum est probabile, fre-  
quēs, & vtile, qnā eadem est ratio in vtroq. Concur-  
rente enim † identitate rationis, constitutio seu statutū  
loquens in cōtractu, habet etiam locum in distractu, tex.  
est nota. in Litem uenient, in princ. iuncto §. 1. ff. de per.  
hered. & bonus text. in c. de illis. r. in prin. C. de despon.  
imp. iuncto c. unni. §. idem quoque, eo. tū. lib. 6. cum utrobi  
que not. & sentit gl. singu. in l. 3. §. contrarium, ff. de cōtr.  
& uti. act. tu. & uult Bal. in Rub. extra de iurei. & idem  
Bal. in l. pactum, in 21. q. C. de coll. & Bar. Bal. Ang. Sal.  
Iaf. DD. in Aut. sacramenta, C. si aduer. uen. & idem Iaf.  
in l. si unus. §. pactus ne peteret, ff. de pact. & isto argumē  
to tacitē utitur gl. in l. de turela, & ibi Pa. de Cast. & DD.  
no. C. de integ. resti. eo ēt utitur Pau. de Cast. in Lactio  
ne, C. de transact. & idē Pa. de Cast. in l. pen. & ibi ēt Bar.  
C. de dolo, & DD. aliis s̄pē locis. Hinc est, q. si statuto  
caueatur, q mulier nō possit obligari, uel contrahere sine  
consensu duorum propinquorum, non poterit etiam de-  
bitorem liberare sine consensu duorum propinquorum,  
licet liberatio non sit contractus, sed distractus, ex quo  
utrobius eadem est rō, ut s. consulatur fragilitati sexus.  
Ita sing. dicunt Bar. & Bal. in d. §. pactus ne peteret. Hinc  
etiam est, q. sicut in decisorijs † qnā actio oriuntur ex con-  
tractu, attenditūt consuetudo loci contractus, & non con-  
suetudo loci iudicij, ut est tex. in l. si fundus, ff. de eniſt. &  
habetus plenē per Bar. & omnes in l. cunctos populos &  
C. de summa trin. & per Panor. & Cano. in c. quod cle-  
ricis, de foro compet. & per Pet. de Anch. in repet. reg.  
ea quæ finit, de reg. iur. lib. 6. Ita etiam quando actio ori-  
tur ex distractu, attenditūt consuetudo loci distractus,  
tex. est fin. in l. exigere. ff. de iad. vbi attenditūt consuetu-  
do loci distractus, puta domiciliij. viri, tempore soluti-  
matri.

matrimonij, & non consuetudo loci iudicij vel contractus celebrati: de quo habetur plenè per Doctor. & maximè per Ias. & nouissimos, in d.l.cunctos populos, & per An. de But. Pan. Præpo. & Cano. in c. i. de spon. quod tene menti, quia est frequentissimum in praxi. Hinc ēt est, q

3 sicut ratione contractus † sortitur quis forum in loco contractus, si ibi reperiatur, lheres absens, §. i. ff. de iud. c. fi. de fo. cōp. & c. Romana, §. contrahentes illo eo. tit. li. 6. Ita etiam ratione distractus sortitur quis, forum in loco distractus, tex. est sing. secundum vnum intellectum in l. qui certo loco, & ibi Pau. de Cast. dicit, hanc esse cōm opin. ff. de cond. ind. & probatur secundum vnum intellectum in d.l. exigere, & ibi Pau. de Ca. hoc firmat, & videretur de mente Ioan. de Imo. in Pomponius, §. si is qui. ff. de acq. pos. & de mente Ang. & Ale. in ead. l. præterea, & de mente Ias. in d. Auth. sacramenta. De hoc tñ videre poteris latius per doct. in d.l. exigere dotem, & in d.l. qui certo lo

4 co. & in d.l. cunctos populos. Hinc est, † quod d. Auth. sacramenta, que loquitur in contractu, ēt locum haber in distractu. Ita sentit gl. sing. que loquitur in liberatione, & sic in distractu, in d.l. 3. §. contrarium, & glo. in §. item sacramenta de pace iur. firm. in usib. feu. & Bar. Bal. Ang. & communiter Doct. in d. Auth. sacramenta pub. & Ange. & Alex. in d. §. præterea, & Io. de Imo. in d. §. si is qui, & Ias. in d. §. pæctus ne peteret, & idem Ias. in d. Auth. sacramenta, & Bald. in d.l. pæctum, & idem Bal. in Rub. C. de pæctis, & Cepol. in cautela 319. & est communis opinio in iudicijs tenenda. licet Cyn. & Alb. in d. Auth. sacramenta pubrum teneant contrarium: ad eorum rationes plenè repries responsum per DD. recentiores in d. constitutione, sacramenta pubrum, & per Alex. in d. §. præterea: quod te neas mente. Hinc etiam est, † quod sicut dolus dans causam cōtractui bonæ fidei reddit contractum ipso iure nullum, l. & eleganter, in prin. ff. de dolo, cum sim. ita etiam dolus dans causam distractui seu resolutioni contractus bonæ fidei, reddit eum ipso iure nullum, d.l. de tutela, & ibi no. & affirmat Bar. iu l. & ideo, circa prin. ff. de conditio. furt. quia contractus, & distractus iudicantur eiūdē naturæ

naturæ, secundū eum: quod nota, quia facit ad multa. Hinc etiam est, quod eo casu quo contractus est bonæ fidei, co casu distractus seu liberatio ab eo contractu est etiam bona fidei: tex. est not. in l. ab emptione, & ibi Bar. Bal. Ang. & DD. id not. ff. de pæct. & bonus text. in l. t. C. quando lic. ab emp. disc. & ibi. Bal. & Pau. de Cast. dicunt quod ubi habitus est bona fidei, similiter eius priuatio: & istud est valde utile, ut ibi uidere poteris per eos, & per Ias. in dicta l. ab emptione. Hinc etiam est, quod eius † est destituere, cuius est instituere: ad eumque spectat destitutio, ad quem spectat institutio. tex. est nota. in c. cūm ex iniuncto, in f. de hære. Hoc tamen intellige sane, quando institutio competit de iure communi: Si autem alicui competat institutio de iure speciali, puta inferiori ab episcopo, ex consuetudine vel præscriptione, talis nō poterit destituere, uel priuare quem beneficio, nisi id quoque præscriptum est: quia præscriptio in uno nō extēdit ad reliquū, etiam si detur inter ea quædam cōcio, c. cūm contingat, deci. Et ita singul. uolunt Host. Io. And. Pan. Fel. & DD. in d.c. cūm ex iniuncto, & Pan. in c. accepta, in fin. de rest. spol. ad quos breuitatis gratia remississe sufficiat. Hinc etiā est, quod sicut prohibito contractu, prohibentur præambula eiusdem l. oratio, ff. despon. cum sim. Ita etiam prohibito distractu censemur etiam prohibita præambula distractus, l. si ad resoluendam, C. de præd. minor. cūm sim. Hinc etiam est, quod fidem operatur distractus, quod contractus ad inducendum, uel obtainendum titulum, qui requiritur in usucapione, & lōgi temporis præscriptione, & quod ad continuationem temporum, d.l. Pomponius. §. præterea, & §. id dotem, & utrobique Ang. quod nota, p intellectu l. nullo, C. de rei vendi. Hinc etiam est, quod habens potestatem condensli statuta, habet etiam potestatē revocandi ea: quia auctor contractus, uel statuti potest etiam esse auctor totius distractus ante pœnam cōmissam. Ita singulariter dicit Bald. in l. 2. C. si ser. expo. uen. quem refert & sequitur Cep. caut. 246. & uolunt Cano. in c. dilecto, de præb. & habetur latē per Bar. in rep. l. omnes populi, in 3. q. p. princ. circa fin. ff. de iust. & iu. Hinc etiam est quodā

8 quod solennitas + requisitus in contractu, regulariter requiritur et in distractu, l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. l. si ut proponis, C. de nup. l. prout quisque. ff. de sol. & Auth. econtra, & ibi id. notat Salic. C. de rep. Ex quo sequitur, q. vbi requiritur decretum in contractu, requiritur etiam in distractu: & sic in transactione, vel refutatione facienda per minorem de re immobili, requiriatur decretum, d.l. si ad resoluendam, que ad hoc est nota, secundum Bal. in l. preses, C. de trans. est et tex. in l. non solum, C. de praed. min. & idem in remissione pignoris, vel hypothecae facienda per pupillum vel adulturn: nam requiritur decretum iudicis, l. si consenserit, in prim. juncta gl. ff. qui. mo. pig. vel hy. so. Ex isto etiam sequitur aliud, uidelicet, quod quemadmodum legatum ad pias causas potest relinquere coram duobus, vel tribus testibus, cap. et latum 1. de testa. Ita etiam coram duobus vel tribus testibus, potest admiri, & reuocari. Ita sing. dicunt Car. & Io. de Imo. in d.c. relatum & idem vult Bald. in l. fin. C. de fideic. per gl. quam ipse, & alij reputant singularem in l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. Hoc tamen nolo te ignorare, quod si testamento primo ad piam causam condito, fuerunt exhibiti plures testes quam fuit necessarium de iure, puta exhibiti fuerint septem, ubi sufficiunt duo vel tres, tunc si in secundo testamento renocatorio, in quo instituitur pia causa, exhibetur duo, vel tres testes, hoc sufficit, & pravalet tale secundum testamentum primo, in quo fuerunt exhibiti septem testes: ex quo illi in tanto numero non requirebantur. Ita singulariter decidit Pau. de Cast. in consi. 364. inci. du bium facit, in antiquo. Et sequitur Alex. in consi. 116. 2. uol. incip. illud in medium, &c. quod commenda memoriae, quia est singulare quotidianum. Sic etiam + necessaria in acquisitione seu in actu producendo vel conficiendo, sunt etiam necessaria in amissione seu in resoluendo vel destruendo. tex. est singu. in l. tria praedia, & ibi no. per gl. Bar. Ang. de Cas. & Docto. ff. de fer. rust. praed. & facit l. quemadmodum, ff. de acquir. poss. Hoc tamen fallit, quando resoluendo vel destruendo, res ipsa reducitur ad primum statum, & ad ius commune primum, l. hac consultissima, ff. si quis

quis autem, C. de testa, & l. 2. ff. de iniusto rup. irri. testa, ubi secundum testamentum minus legitimè factum, tollit primum solenne, quando per illum secundum redditur ad ius commune: quia scilicet in eo sunt instituti venientes ab intestato: ut singula, mult Bar. in rep. d.l. omnes populi in 3. q. pr. inc. in uerbi. iuxta predicta quæro, quem referit, & sequitur l. si in d.l. si unus, §. pactus ne peteret, in 4. no. & Fely. in c. cum accessissent, de const. & Francichin<sup>o</sup> libello feudorum par. 2. q. 5. Sic etiam econuerso, id qd non est necessarium in construendo, non est etiam necessarium regulariter in destruendo: quod facit ad duas pulchras, & quotidianas q. ut videre poteris per Pau. de Castro, in Luniaca, C. de satisfiendo. Hoc tamē fallit in degradatione clerici, quia in eius degradatione requiritur presentia plurium episcoporum, quam in ordinatione eiusdem, cap. inter corporalia, & ibi Anto. de Butrio notat, de translatione episcopi, iuncto cap. degradatio, de penis, libr. 6. cum simi. Hinc etiam est, quod qui habet auctoritatem legitimam in contractu, habet etiam in distractu, l. fin. & ibi Bal. & Sal. notat, C. pro socio. Præterea post hic arguendi modus a contractu ad distractum adaptari ad aliud quiddam ualde singulare, & quotidianum, ti 10 delicit, + q. sicut regulariter in contractibus conditionibus quo ad acquisitionem, non inspicimus tempus contra statu, sed conditionis existentis, qn conditio est potestativa, secus aut, qn conditio est causalis, vel mixta, quia tunc, conditio trahitur retro, & inspicitur tempus contractus, ut est tex. in l. quidam cum filium, §. ff. de uerbo. obl. & in l. l. & in l. qui balneum, & in l. posterior, si qui pot. in pingo. hab. & in l. Titius, ff. que res pig. obl. pos. & in l. si filiusfa. & ibi Bar. ff. de uerb. obl. qui sunt tex. ad hoc notabi. & sing. incidentes calus quotidianos. Ita et in distractibus, vel liberationibus, quod ad acquisitionem, inspicimus tps celebrati distractus, quando debitor erat obligatus sub conditione casuali vel mixta, & tps existit conditionis, q. erat obligatus sub conditione potestativa, sicut in contractibus, tex. manca sua notabilis, & singulare glo. in l. sub conditione, ff. de sol. ubi habes duo pulchra, & quotidiana ex-

pla, & potes addere tertium, ut si creditor habens debitorem sibi obligatum sub conditione, liberauit eum ante conditionis eventum, & deinde ante existentiam conditionis publicantur, uel confiscantur bona illius debitoris conditionalis, queritur an dicta liberatio creditoris noceat fisco uel non, & ex premissis est distinguendum, quia si conditio, sub qua erat obligatus debitor erat causalis, uel mixta, liberatus est debitor, & nihil consequitur fiscus, quia illa conditio trahitur retrò, si autem conditio erat potestatiua residens in potestate creditoris, tunc nihil potuit facere creditor in præjudicium fisci, ad cuius utilitatem bona sunt publicata, per iura supra alleg. & ita specificè decidit Ioan. de Imo. in d.l. si filius sa. quod tene perpetuò menti, quia est singulare, & quotidiana seruiens ad multa, & posses faciliter decipi, si non perpenderes. Poffet, & ad multa alia pulchra, & quotidiana induci hęc argumentatio à contractu ad distractum, que breuitatis gratia omitto, & studiois in reb. publicis non occupato

**11** indaganda relinquo. Et procedit hęc à argumentatio à contractu ad distractum tunc demum, qn̄ concurred iden-  
titas rōnis, ut dixi suprà in prin. ubi. n. identitas rationis concurredit, ē si res alias diuersissimæ sint, tñ ab una ad alię argumentando procedimus, l. non possumus, cū l. seq. ff. de leg. Quid. n. magis dissideret, uel inter se pugnat, q. clericus & alius, & tñ de uno ad alium Alex. 3. summus Pōtis sex arguendo procedit, in c. 2. de treg. & pac. & ibi Abbas antiquus, Io. An. Ant. de But. & Io. de Imo. notant casum, in quo eqvè priuilegiatus est alius, ut cleric⁹, & facit Ant. agricultores, C. quę res pig. obl. pos. ubi eqvè punitur in uadens uel occupans personas agriculturę deferuens, & inuadens bones aratorios. Sic ergo in proposito dicendū est in contractu, & distractu, & in similibus: quod nota, ubi autem non concurredit identitas rōnis, tunc hęc argumentatio non procedit, & pro instructione iuuenum potest ponii exēplum in casu quotidiano relato per Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. porrò, in uer. itē nota, & per Sal. in l. fancimus, in princ. C. de don. in quibus locis habetur, q. licet in contractu donationis excedentis summan

summam quingentorum aureorum requiratur insinuatio, & decretem iudicis, non tamen in remissione, quę fit de mille aureis, & in pacto de non petendo, & sic in distraetu, ut ibi latè per eos. Item potest ponii exemplum in alio casu quotidiano, relato per Pau. de Cast. & Doct. in l. 2. C. ubi & apud quem, qui dicunt, qud in terminis juris  
**12** communis ppetens arbitrium seu laudum, ut vocant, reduci ad arbitrium boni iuri, debet petere in foro rei, non in loco contractus, quia ratione contractus non sortitur quis forum distractus uel rescissionis, dicta l. 2. quę est ad hoc notabilis, & memorie commendanda, secundum eos: non poterit etiam hoc petere in foro arbitrii, uel arbitrarii, c. expedita, cum ibi not. de arb. & ratio premissorū est, quia contractus, & distractus sunt diuersa, l. fin. & ibi Bald. not. C. si tutor uel cura, inter, quando ergo non concurredit identitas rationis, non potest de uno ad aliud ualide inferri: quia separatorum separata est ratio, & de uno ad aliud non fit recta illatio positiuè uel remotiuè, l. per misericordia, in prin. & ibi Ioan. de Imo. no. ff. de acqui. poss. l. naturaliter, §. nihil commune, illo co. titu. l. Papinius exuli, ff. de mino. l. si maritus, r. C. de don. int. vir. & vxo. & l. fi. & ibi Bar. & Pau. de Cast. no. ff. de cal. nec probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, l. neque natales, C. de proba. & l. non hoc, C. unde cognati, cūm simili.  
**13** Postremo uolo te scire, qud resolutio à contractus, quę vocamus distractum, non dicitur nouus contractus: & ergo stante statuto: q. de omni contractu soluatur gabela, non erit soluenda gabella de ista resolutione sive distractu. Ita not. dicit Paul. de Cast. in d. l. 1. quando lic. ab em. diic. post glo. & idem uult Paul. de Cast. in l. 1. C. de pact. inter emp. & uend. Idem etiam uult Bald. in d. l. abemptione, circa fi. ubi etiam inter alias sing. dicit, q. gabela  
**14** la à debetur fisco, licet contractus de partium uoluntate cancelletur. De quo uide per Io. Fab. Instr. de emptio. & uend. in prin. & per Fran. de Arcti. in d. l. Pomponius, §. in dotem, & in §. præterea, quem legit sub §. cum, ubi sanè egregiè loquitur in hac materia resolutionis contractus.

LOCVS A CONTRACTIBVS AD  
Delicta.

- 1 Contractus, & delicta parificantur à iure, & n. 2.
- 2 Argumentatio à contractibus ad delicta quando procedat.
- 3 Contractum, & delictorum equiparatio in quibus habeat locum.
- 4 Remissio in contractibus quando fiat.
- 5 Differentia inter contractus, & delicta, & n. 7.

**O**ffert se nunc locus à contractibus ad delicta, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & utile: quia à contractus, & delicta parificantur à iure, l. omnem, ff. de iudic. Aut. qua in prouincia, C. ubi de cri. agi op. & c. fin. de foro competen. cum similibus. Et ito argumento à contractibus ad delicta, uititur Gandinus in libel. maleficiorum in titu. de pœnis reorum, ubi per hoc singu. dicit, quòd quemadmodum iudex in decisorijs tenetur seruare consuetudinem, uel statutum loci, ubi celebratus est contractus, ut est casus in l. si fundus, ff. de eui etio. & notatur per Bar. & Doct. in l. cunctos populos, C. de sum. Trinita. & alijs locis. Ita etiam dicendum est in delictis, ut consuetudo loci commissi delicti attendatur, & pœna per consuetudinem, uel statutum imposta imponatur: licet de iure communii pro illo delicto alia sit pœna imposta, de quo uide latius per Cyn. Bar. Sal. & Ias. & Doct. in d.l. cunctos populos, & in locis per eos commemoratis. Hinc ést eti, q. sicut in à contractibus inspicitur initium contractus, l. Pomponius 2. ff. de nego. gesl. Ita ést in delictis inspicitur tempus delicti ad illum effectum, ut si tpe commissi delicti alia pœna sit imposta per statutum pro delicto, quam tempore inquisitionis uel sententia, imponetur pœna quæ erat tempore commissi delicti, l. i. in princ. ff. de pœn. quia tunc erat obligatus arguendo à contractu ad delictum: & ita sing. decidit Gādinus loco predicto, uel. Pone me accusasse Titium, & de hoc loco commemorat etiam Bald. in l. eum qui, C. arbit.

**L**OCVS A CONTRA. A D, &c. 309  
bit. tut. & Pet. de Anch. in rep. reg. accessorii, in 7. oppo-  
de reg. iu. lib. 6. & Docto. alijs spē locis. Et ad multa alia  
induci posset hæc argumentatio, sed prædicta pro gusto  
inuenientibus dando sufficiunt. Hoc tamen uolo te scire,  
quòd à à contractibus ad delicta tunc est argumentatio  
bona, quando eadem est ratio in utroque, nec contraria  
reperiit expressè decisum, alijs feci. Ita not. dicit Sa-  
li. in l. unica. C. ubi de pos. aga. & est de mente Cyn. ibi-  
dem. Hinc est, q. licet in loco destinatæ solutionis quis ri-  
tè conueniatur, l. cōtraxisse, ff. de a. & obligat. & non in  
loco contractus, quando ibi alia ratione non sortitur fo-  
rum, l. 3. cum sua gl. ff. de bo. iud. poss. & uult Bar. in l. que-  
ro, ff. de solut. & idem Bar. Pau. de Cast. & Doct. in l. i. ff.  
de eo quod cer. loco: quod & firmat Panor. in d. c. fi. sup.  
glo. 2. & Ias. in §. plus autem, Inst. de actio. Tamé ratione  
uiolentiæ commissæ potest quis conueniri nedum in lo-  
co ubi sita est possessio, sed etiam ubi uiolenta est com-  
missa, d. l. unica, & ibi no. per glo. & Docto. rationem au-  
tem diuersitatis uide ibi per Cyn. Sal. & alios: quod com-  
menda memor: quia est uile, & quotidianum. Hinc  
etiam rectè dicit glo. in l. hæres absens, §. 1. super uerbo  
4 debet, ff. de iudic. quòd à equiparatio quæ sit inter cō-  
tractus, & delicta locum habet quantum ad obligationē  
inducendam, d. l. omnem, & quantum ad sortiendum fo-  
rum, ut scilicet quemadmodum quis in loco contractus  
possit conueniri, si ibi reperiatur, d. l. hæres absens, §. 1. c.  
dilecti, de for. comp. & c. Rom. §. cōtrahentes, ubi est tex-  
clariss. cod. ti. libr. 6. ita & in loco dilecti, d. Auth. qua in  
prouincia, & d. c. fin. non autem habet locum dicta æqui-  
paratio quantum ad actum remissionis: quia in delictis  
de iure regulariter debet fieri remissio ad locum com-  
missi delicti, ut est tex. in Auth. si uero, C. de adulte. & in  
§. si quis uero compræhensorum, in Auth. ut nulli iud. &  
in Cle. pastoralis, cum ibi not. per gl. & Doct. de re iu. In  
contractibus autem regulariter non fit remissio ad locū  
contractus, ut est tex. in d. c. Romana, §. contrahentes, &  
ibi habetur per Can. & præcipue per Fran. in d. Clemens.  
pastoralis, & in c. i. de rap. præcipue per Io. Cald. in rep.

### 310. LOC. A CONTRA. AD DEL.

& ibidem per Pan. & Io. de Ana. & per leg. in d.l. hæres absens, §. 1. & pulcre per Ludo. Roma. in sing. 283. inc. regula est, & per Barb. & Fel. in d.c. fi. ubi reperies plures singulares limitationes, in quibus habet locum remissio in cōtractib⁹ ad quos breuitatis gratia remisſe sufficiat. Re-

- 6 perit ut differentia inter contractū, & delictum quo ad tractionem in ius uel citationem, nam licet index contractus posset uerbaliter citare contrahentem, extra territorium sūm existentem, absque requisitione iudicis territorij, ut est tex. in d. S. contrahentes, index tamen loci in que delictum commissum est, non potest delinquen tem intra territorium citare uerbaliter extra territoriū, absque requisitione iudicis domiciliij, d. Clem. pastoralis, & ita sing. decidit Io. And. in d. S. contrahentes, in not. quod nota. De hoc tamen uide latius ibidem per Phil. & per Ant. de But. Jo. de Imo. & recentiores in d.c. fi. & per Bal. in l. omnes, §. apparitor, C. de epis. & cler. Reperitur

- 7 t̄ quoque differentia inter contractum & delictum, quo ad sortiendum forum in quodam singulare casu, pura cū delictum est inchoatum in uno territorio, & consumatum in altero: nam uterque index potest punire, & locus est præventioni: secus autem est, quando cōtractus cœpit initium in uno territorio, & perfectionem in altero, quia hoc casu solus ille est index competens, in cuius territorio contractus cœpit perfectionem: Ita fin. decidit Io. An. in reg. in obscuris, de reg. iu. li. 6. in Mer. Reperitur etalia differentia inter contractum, & delictū in casu singulari, l. senatus consultus, ff. de offic. præfid. & ratione diuerstatis uidere poteris ibi per Barto. Alberi. de Ros. & alios: quod tene menti, & uide quod dixi supra in loco à simili.

### LOCVS A DELICTIS AD CONTRACTVS.

- 1 Delicta, & contractus parificantur à iure.
- 2 Administratoris factum quando obliget ciuitatem, ecclesiam, minorem uel alium.

Con-

### LOC. A DEL. ADCONT.

311

Congruenter subnoscitur nunc locus à delictis ad contractus, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & utile: quia t̄ delicta & contractus parificantur à iure, l. omne, ff. de iudic. & c. fin. de foro comp. cū simil. Vnde sicut ratione delicti, quis potest conueniri, & puniri in loco delicti, si ibi reperitur, d.c. fin. & Cle. pastoralis, de re iudic. non obstante etiam quocunque generali privilegio exemptionis, Authen: quia in prouincia, C. ubi de cri. agi op. & c. i. de privileg. libr. 6. Ita etiam ratione contractus poterit conueniri in loco contractus, si ibi reperitur, d.c. final. & cap. Romana, §. cōtrahentes, eo. tit. libr. 6. & l. hæres absens, §. 1. cum ibi not. ff. de iud. Hinc etiam est, quod sicut ciuitas obligatur ex delicto, l. metum, la 3. §. animaduertendum, ff. quod met. causa. Ita etiam obligatur ex contractu mutui, l. ciuitas, ff. si cer. petat, & ibi per Barto. qui uititur hoc argumento à delictis ad contractus. Quod si plenus uidere uelis, quando ciuitas, ecclesia, minor, uel alias obligatur ex facto sui administratoris, uide latissime per Inno. Hoff. Io. An. Ant. de Butt. Car. Pet. de Anch. Io. de Imo. & Panor. in c. penul. de fideiussor. & per Bal. Sal. & D. D. in Auth. hoc ius por rectum, C. de sacr. eccl. & per Barto. Iaf. & alios in d.l. ciuitas, ubi recurre: & uide quod dixi supra loco proximo.

### LOCVS A TESTAMENTIS ad iudicia.

- 1 Argumentum à testamentis ad iudicia procedit affirmatiuè.

A Loco à testamentis ad iudicia, seu à testatore ad iudicem sumptum argumentum est probabile, frequens & utile: quando t̄ formatur affirmatiuè. Quod enim potest testator, potest & iudex: procedunt enim à pari potentia. Ita arguit Vlpianus, leg. non est mirum, & ibi not. per Barto. Alberic. de Rosa. Salice. Paul. de Castro, & Doft. ff. de pign. aet. & Vlpianus in l. solent, & ibi glo. in uerb. diuisisser, & Bar. no. ff. de alimen. & cibar. legat. & Paulus iuri. l. seruus hac l. ff. de manu. titu. gen. in

V 4 quibus

quibus locis habes pulchra exépla : Ita etiam arguit Bar. in pulchra quæst. in l. centesimis. §. fin. ff. de uerb. oblig. ubi uide. Hinc etiam est, quod sicut testator potest prohibere alienationem, & si contraria fiat, non ualeat, nec transferetur dominium, l. filius familiæ. §. diu. ff. de legat. 2. & l. cùm pater. §. libertis, ff. de lega. i. cum simil. ita & index textus est notabilis in l. de pollicitationib. in fin. ff. de pollici. qui textus ad hoc est sing. secundam Bal. in l. per diuersas, in 9. q. in fin. C. man. De quo articulo uide plenè per Bar. Alex. & alios in d. §. diu. & in l. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. & per Pan. & Canon. in c. Raynaldus, de testa ubi recurre.

## LOCVS A IVDICIIS AD TESTA.

- 1 Argumentum à iudicijs ad testamenta procedit negatiæ.

**C**ONTRA autem à iudicijs ad testamēta, seu à iudice ad testatorem sumptum argumentum etiam probabile, frequens, & utile est: quando † formatur negatiæ hoc mō. Qui non pōt esse testis in iudicijs, nec etiam in testamento: Ita arguit Vlpianus iuris. in l. qui testamento. §. eum qui, & ibi Bar. Bal. Ang. Pau. de Cast. & Io. de Imo. no. ff. de testam. Affirmatiæ aut non procedit argumentatio à iudicijs ad testamenta: mulier enim potest esse testis in iudicio, & tamen non potest esse testis in testamēto: Ita arguit idem Vlpianus in d.l. qui testamento. §. mulier, & habetur per Ang. Aret. & alios in §. testes, Inst. de testa. ordi. equiparantur tamen in multis iudex & testator, ut uidere poteris in iuribus suprà loco proximo allegatis, & est tex. in l. 2. C. de diuid. tutel. & à pari potentia procedunt, in quibus casibus bene procedit argumentatio etiam affirmatiæ à iudice ad testatorem: quod nota, q. a potest induci ad multa, & uide quod dixi suprà loco proximo, & in loco à simili, & quod dicam infra in loco à sententia ad testamentum.

## LOCVS

## LOCVS A LEGE AD TESTATOREM

- 1 Lex & testator equiparantur, & per totum locum.
- 2 Lege permittente quod sit, panam non meretur.
- 3 Obligatus ad factum ex dispositione legis, vel testatoris, pōt prōcise compelli ad factum, nec liberatur soluendo interesse.
- 4 Prohibitiō alienationis facta à lege, vel à testatore impedit domini translationem.
- 5 Argumentatio à lege ad testatorem quando procedat vel nō procedat.

**L**ocus à lege ad testatorem, seu à verbis legis ad verba testatoris, seu (vt alij volunt) à dispositione legali ad interpretationem ultimæ uoluntatis in iure frequens est & ab illo sumptum argumentum est forte efficax: † quia equiparantur à iure, tex. est not. in l. si ita fuerit seruis duobus, §. fin. uerfic. conditionem autem. ubi Vlpianus iuris. sic arguit, & ibi hoc no. Bar. Albe. Ros. & Bened. de Plum. ff. de manu. test. Ita et arguit Marcellus iuris. in l. si quis legauerit Titio. ff. de legat. i. & hoc argumento uitetur etiam Iustinianus in l. cùm quidam, in uersi. quem admodum enim, iuncta princ. l. C. de uerb. sig. Eo etiā uitetur Bal. in l. maximum uitium, in prin. C. de lib. præt. & idem Bal. in conf. 2. i. par. & Ias. in Auth. res quæ, in §. not. circa fin. in subtilli qōne. C. com. de leg. & Doct. in plurib. alij. Reperitur enim sanctio legis, ut in l. sanctio. ff. de pœ. & sanctio testatoris, ut in l. filium quem habentē, ibi, sanxit testator, C. famil. ercif. & equiparatur sanctio testatoris legi, ut est tex. in §. disponat, in Auth. de nup. 2 Quod facit ad multa. Et in primis ad hoc, q. sicut † contrahentes secundas nuptias lege permittente poenam non incurront: quia quod lege permittere fit, poena non meretur, leg. Gracchus, C. de adul. & c. qni peccat 23. q. 4. Ita etiam mulier post annum luctus secundū nabens de consensu mariti hoc permittentis in suo testamento, non incidit in poenam secundarum nuptiarum, tex. est in d. §. disponat, iuncto §. præcedenti: quod nota,

314. nota, quia vidi de facto in marito sene, & longo tempore languente, qui ita dispositus in fauorem sue uxoris iuuenis: & dum postea per heredes defuncti vindicarentur ab ea bona fibi per maritum legata, eo q̄ conuolando ad secunda uota dicebatur eo perdiisse, saltem quoad proprietatem, iuxta l. 1. & l. foeminæ, C. de sec. nup. ipsa se defensabat allegando dictam dispositionem primi sui mariti, & obtinuit, per d. §. disponat, iuncto §. precedentib., in fin. cum sua gl. & ita sing. decidit Bal. in l. filium quem habentem, & idem Bal. in d. l. 1. in Bono lectura, vbi dicit se sic confusuisse: Idem etiam vult Roma. in singu. 25 r. & in conf. 2 19. incip. ex themate, in primo dubio, & sequitur Ias. in d. l. filium quem habentem. Iuuabatur etiam dicta mulier alio capite, quia erat minor 25. annis. arg. eorum quæ hab. & not. per gl. sing. in l. 2. C. si aduer. deli. quod tene menti. Secundo facit ad hoc, q̄ sicut t̄ obligatus ad factum ex dispositione legali potest præcisè compelli ad factum, nec liberatur soluendo interesse, vt est tex. in l. stipulat. §. siue iuncta glo. ff. de no. op. nun. & in l. sed & hæ. §. præter satisfactionem. ff. de procu. Ita etiam obligatus ad factum ex dispositione testatoris, vt est tex. sing. in l. fideicommissi. §. ff. de lega 3. iuncto d. §. disponat, & vult Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, in 8. q. ff. de verb. obl. & Pau. de Cast. in l. hæreditatem, circa ff. de don. & Ias. in §. actionaum, Inst. de act. & Dd. alijs locis quod teneas mente. Tertiò istud facit ad hoc, quod sicut t̄ prohibitio alienationis facta à lege impedit dominij translationem, Inst. quibus alie. licet vel non, in prin. cum simil. Ita etiam prohibitio testatoris, l. filius fam. §. diui. 2. ff. de lega. 1. legi cùm pater. §. libertis, & l. peto, §. ff. de lega. 2. & l. pater filium. §. quindecim, ff. de lega. 3. cum si mil. Quartò istud facit ad hoc, q̄ sicut vbi à lege prohibetur alienatio, prohibetur etiam usucapio, vt est glo. notab. in l. vbi lex. ff. de usucap. & tex. iuncta glo. in l. alienationis verbum. ff. de sign. & in legi fundum. ff. de fundo dota. & in legi cùm sponsus, §. si res, & ibi Ang. ff. de pub. Ita etiam ubi prohibetur alienatio per testatorem in testamento, uel ultima uoluntate, prohibetur etiam usucapio,

vsucapio, tex. est not. iuncta gl. in l. 2. C. de usucap. pro emp. & notat Bar. & valde exclamat in d. l. vbi lex, & Ias. in d. Auth. res quæ, in prin. & habetur pulchre per Pan. in c. cùm non liceat, de prescri. & per Ioan. de Imo. in d. l. vbi lex, & per Alex. in d. §. diui. Quinto istud facit ad hoc quod vbi cùnque datur curator à lege, potest etiam dari curator in testamento vel ultima uoluntate, licet regulariter curator in testamento non detur, ita singu. dicunt Bal. & Pau. de Cast. in l. curatorem tibi, in fi. C. de nego. gest. quod commenda memorie pro ampliatione l. de creation. C. de epi. aud. & vide quod dicam infra in loco à minoribus ad furiosos, prodigos, mente captos seu dementes. Sextò istud facit ad hoc, quod sicut lex debet esse iusta, rationabilis, & possibilis, c. erit autem lex, 4. dis. & l. 1. cum sequē. ff. de legi. Ita etiam ultima voluntas testatoris. §. ff. Inst. de leg. & l. quidam in suo ff. de cond. inst. cum si. & faciunt no. per Bal. Roma. & Ias. in locis sita præ commemoratis. Septimo istud facit ad hoc, q̄ sicut ratio restringit & limitat dispositionem legis, l. cùm pater §. dulcissimi. ff. de lega. 2. & 1 hæc actio, cum ibi not. ff. de cal. Ita etiam ratio restringit & limitat dispositionem testatoris. Lin fideicommissi. §. cum Pollidius: & ibi Sal. tot. ff. de vñr. Ratio enim adiecta in testamento declarat animum, & uoluntatem testatoris. tex. est sing. in l. fin. ff. de hæred. institut. & vult Ange. in d. §. cum Pollidius, quod nota, quia seruit ad multa. Posset & ad multa alia adduci hæc argumentatio, sed præmissa pro iuuenibus abunde sufficiunt. Intellige tamen procedere hanc argumentationem, quando aliter non reperitur dispositū in uno q̄ in alio: ibi autem aliter reperitur dispositū in uno q̄ in alio, non procedit. Exempli gratia, appellatio ne filii in dispositione legis uenient nepotes. l. filium habeo. ff. ad Maced. & l. Sonatus consulo. ff. de ritu nup. se- cus autem est in dispositione testatoris etiam fauorabilnam si testator filij tuorem dederit, non censebitur ne potib. dedisc. l. qd si nepotes, & ibi Alb. de Ros. ff. de test. tut. & §. ff. Inst. qui darit ut. poss. Itē indefinita ī dispositio ne legis plato, sp. æquipollent in mensali: ita decidit Bart. in l.

### 316 LOCVS A LEGE AD TESTAM.

in l. si plurib. ff. de leg. 2. secus tamen est, quando indefinita profertur in dispositione testatoris, secundum eundem Bar. in d.l. si plurib. de qua materia est habetur per Dy. in Rub. de reg. iur. li. 6. & per gl. in c. ut circa, in prin. de elec. lib. 6. Item in dispositione legis, appellatione curatoris nennit tutor: ista est decisio gl. in Aut. minoris. C. qui da. tut. pos. Aliud r̄n est in dispositione testatoris quia si testator dixerit se impuberi curatorem dare, nihil agit, nec per h̄c uerba tutor datus intelligitur, ut est tex. in l. tutores. §. 1. & ibi Bar. ff. de admi. tut. Item in dispositione legis, appellatione dicecessis ueuit ciuitas. l. iiii. C. de priua. carce. & c. i. de offi. ord. secus tamen est in dispositione hominis, tex. est in c. Rodulphus, de resc. Itē in dispositione legis cūm fit mentio de actione, intelligitur generaliter de pœnali & de qualibet alia. l. i. §. qd̄ aut, juncta gl. ff. de alea, secus aut est in dispositione hominis, ut notab. decidit Bar. in l. hoc legatū. ff. de leg. 3. Item cape aliud singulare exemplum. Verba generalia & geminata, prolata à lege uel statuto, recipiunt interpretationē restrictiūm de habilitate: secus aut est in verbis generalib. & geminatis, prolatis, ab homine: Ita singu. dict Bal. in l. fi. C. sine censu uel reliq. quē refert & sequitur Ias. in prēl. feud. in quotidiana q. & idem Ias. in l. i. §. nū ciatio, ff. de no. ope. nun. quē omnino uide. & idem dicendum est in similibus casibus, quod nota.

### LOCVS AB VLTIMA VOLVN-

rate ad legem, & statutum, uel con-

suetudinem.

**O**ffert se nunc locus ab ultima voluntate ad legem, statutum, uel consuetudinem, cuius meminit Bal. in consi. 2. 1. par. & Cyn. post Petr. in l. 2. in uer. quartō queritur, C. quæ sit lon. consue. ubi per hoc concludit Cy. quod error in causa impulsua non impediat introduci consuetudinem præter legem, sicut non uitiat legatum: arguendo ab ultima voluntate ad legem: cui & qui paratur. §. disponat, in Auth. de nupt. per l. cum tale. §. fallam causam. ff. de condit. & dem. & idem uult Io. Fab. in §.

### LOCVS AB VLTIMA VOLVN. &c. 317

in. §. ex non scripto, Inst. de iure nat. gent. & ciui. & Lambert. de Ramp. in l. quod non ratione. ff. de legib. licet se cus sit, si erret in cā finali consuetudinis, & m̄ eos arg. d.l. cū tale. §. si. cū sim. Ad hunc est locū pertinet, quod sicut testator pot̄ facere, q̄ legata q̄ ex testō nullo uel minus solēni alias nōdeberētur, ualeat & sortiantur effectū reperendo ea ab intestato, uel porendo in testō clausulam codicillarem, iuxta ea quæ habentur & notātur in l. eam quam, C. de fideicom. & in l. i. ff. de iu. codi: ita etiam lex pot̄ conseruare legata alias inualida, ut puta in testamento nullo, inualido, uel ineffaci relīcta: ut uidere licet in Auth. si captiu, C. de episco. & cler. & in Auth. liberi furiosi. C. episco. audien. & in Authē. ex causa, & ibi Alberic. de Rosat. & alij id notant, C. de liber. præter. qd̄ tene menti.

### LOCVS A LIBELLO AD

Sententiam.

- 1 *Iudicis potestas non pot̄ excedere ultra id quod in iudicium deductum est.*
- 2 *Sententia in quibus debeat esse conformis libello.*
- 3 *Libellus ineptus an validetur ex probatione apta.*
- 4 *Confesso iudicialis super libello etiam ineptio preiudicat.*

**H**abemus quoq; in iure locum à libello ad sententiā, à quo sumptum argumentū est forte, frequens, & utile, quia procedunt à pari, quod pater, quia sententia debet esse conformis libello seu petitioni. l. ut fundus. ff. com. diuid. & nisi sit conformis libello, est nulla, c. licet Heli, de simonia, & cap. qualiter & quando 2. de accusa tio. Ultra enim id, † quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest d.l. ut fundus, ff. comm. diui. Imò fatuus est iudex, qui pronunciat super non peritis, l. fin. C. de fideicom. liberta. Et hinc singulariter dicunt Compost. & Loan. Andreas in c. mandatum, de rescrip. & sequitur Panor. in c. 2. de conse. quod inf

rior

## 318 LOCVS A LIBEL. AD SENT.

rior à Papa nihil potest in pronunciando facere extra libellum, & ergo si in causa beneficiali reus confiteatur se ius non habere, & actor nihil probat de iure suo, inferior à Papa non poterit super illa instantia procedere contra reum confidentem ad priuationem, & multo minus ad iudicationem actori fienda: sed inchoando nouam instantiam per viam inquisitionis poterit ad priuationem rei procedere, licet secus sit in Papa & Principe, ut ibi per eos, & per Ang. & Iason. in §. curare, Insti. de acti. Hinc est, quod sententia dubia declaratur ex crimeni proposto, & sic ex libello, tex. habes & exemplum in l. si presf. ff. de penit. Hinc etiam singul. dicit Bald. in l. 1. C. si plures vna sententia condemnati fuerint, quod sntia debet & esse conformis libello in tribus, scilicet in re, in causa, & in actione. Primum probatur in d.l. fin. & in d. l. ut fundus. Secundum in l. habebat. ff. de insti. actio. Et tertium in l. edita. C. de eden. Imo (quod fortius est,) nō sufficit sntiam condemnatoriam esse conformem libello, nisi sit conformis actis & probatis. Vnde ut secundum actorem pronuncetur, tria debent esse conformia, libellus. probatio, & sntia: alioqui probatione non cōueniente cum libello, sequi debet absolutio. Ita sing. dicit Bal. in d.l. 1. in fin. & idem est de mete eius in d.l. fin. vbi plura bona dicit. Hinc est est, q. sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla. glo. est sing. Inst. de oblig. in princ. in verb. secundum, in ne. & ibi Ang. de Aretin. & vult Bald. in Lacto. ri. C. de rebus creditor. & idem Baldus in l. ius pluribus, in prin. ff. de iust. & iur. & Mathes. no. suo 10. & Ang. de Per. in l. 1. ff. de aſſef. & Iaf. in §. omnium, Inst. de act. & de isto est text. si bene ponderetur, in cap. cūm dilecti, de emp. & uend. qui singulariter probat, q. de ineptitudine libelli potest semper opponi, et post sntiam, ad eam inuidandam: & illum text. ad hoc notant ibidem Petr. de Anch. Io. de Imo. & Pan. & Pet. de Anch. in Cle. cum à rapulione, de ape. & Fcl. in c. quoniam cōtra falsam, de prob. & Ang. & Iaf. in d.l. 1. de aſſeforibus, & idem Iaf. in d. §. omnium, & Hipp. de Marsi. sing. 119. & Iaf. in l. 1. C. de iur. & fact. ign. Et quia sermo habitus est de ineptitudine

## LOC. A SENT. AD LIBEL. 319

pritudine libelli, volo te scire & memorie commendare, quod libellus t̄ penitus ineptus non validatur ex proba tione apta. Ita reperio uelle ope. in tit. de offi. iud. §. de feruit. in uer. quid si libellus, & Iaf. An. in c. examinata, in si. de iud. & Bal. in l. 1. in ff. de iuris. om. iud. & eandem Bal. in d.l. edita, in rep. Paduana in. 9. col. & in l. certi cōditio, ff. si cer. pet. & Iaf. in d.l. 1. ff. de offic. aſſef. vbi ple nissime: & melius q. aliquis alius, hunc articulum quotidianum examinat: ad quem, cū ab omniibus habeatur, remisisse sufficiat. Illud etiam memoriae commendandum uolo te scire, q. licet libellus penitus ineptus non vali detur ex probatione apta, confessio & tamen iudicialis super libello inepsto benē praēdicat, quia confessus non potest opponere de ineptitudine libelli, nec de alio ordine iudicario non seruato. Ita sing. dicit Bal. in l. 2. in fin. C. de re iud. Bart. & Alex. in l. si confessus, ff. de cust. reo. Phil. Fran. in c. 1. de accus. lib. & Pan. post alios Can. in c. Pifanis, in ult. no. per illum tex. qui optime probat, de reſt. spol. limitans tamen hoc singulariter, nisi inualiditas pccellus & que bene concerneret confessionem ut acta, ut in exemplis per eum illic positis. Et hinc quotidie dici mus in iudicij, q. confessio ad sui validitatē non exigit relam iudicij: & est uerbum singulare Innocentij in d. c. 1. & 2. de accus. lib. 9. quz omnia commenda memoriae tanquam palchra, utilia, singularia, & in foro quotidie occurria.

LOCVS A SENTENTIA AD  
Libellum.

1. Sententia &amp; libellus procedunt à pari

2. Index non debet impariri officium suum non posulatus.

Congruenter subsequitur nunc locus à sententia ad libellum, à quo sumptum argumētum ē probabile, forte, fre quens, & utile, quia t̄ procedit à pari. Sententia. n. debet esse conformis libello: & nisi sit conformis libello, est nulla, c. licet Heli, de simo. & c. qualiter & quando, 2. de ac cus.

### 320. LOCVS A SENT. AD LIBEL.

- cus. & ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest, l. vt fundus, ff. com. dini. imo fatius est index, qui pronunciat super non petitis, l. s. C.
- 2 de fideic. lib. nec debet iudex t̄ impartiri officium suum non postulatus. l. 4. §. hoc autem iudicium. & ibi habetur pulchrit̄ per Bart. ff. de dam. infect. Et hinc sing. dicit Bal. in rep. l. edita. C. de eden. q. omnes leges loquentes de sententia, possunt trahi ad libellū, quia debent esse conformes: Hinc etiam dicit gloss. sing. in c. dudum, in fin. de deci. quod talis pr̄sumitur libellus, qualis est sententia, & ibi sing. dicit Pan. quod quando non apparet de libello uel petitione, quia forte acta propter antiquitatem sunt deperdita, tunc ex uerbis sententiae debemus pr̄sumere qualitatē libelli seu petitionis: quod tene menti, & plura alia ad hanc materiam pertinentia uidere poteris per Ioan. de Ana. & Feli. in d. c. licet Heli. & per Ale. & Ias. in l. unum. ff. si cer. pet. & per Georg. Nat. in rep. Clem. s̄pē, in uer. s̄ non sic tamen, de uerb. signific. & per Ang. & Ias. in §. curare. Inst. de action. ad quos remissio sufficiat, cū ab omnibus habeātur, & vide quod dixi sūprā loco proximo.

### LOCVS A SENTENTIA AD Probationem.

- 1 Sententia que lata est pro libertate standum est.  
2 Proniores esse debemus ad absoluendum, ad quam condemnāti

**V**Idendum est de loco à sententia ad probationem, à sumptum argumētum probabile est & utile: ut bene probatur in l. lege Iunia Petronia. ff. de manu. tit. gene. quem tex. ad hoc ponderant & reputant valde singularē Bal. & Prepo. in tit. hic finitur lex, deinde consue. regni incipiunt. §. 1. in vſib. feudorum. & Ro. in repe. Authen. similiter. C. ad legem Falcid. in primo speciali pīa cause circa iudicia, & Felinus in cap. in nostra, m. 1. colum. de testibus. Et hinc est, quōd sicut fauore libertatis diuerſis sententijs lati per plures iudices ordinarios, nō dispari numero

### LOCVS A SENT. AD PROB. 321.

- numero, una pro libertate, & alia contra libertatem, illi t̄ sententia standum est, quæ lata est pro libertate: ut est tex. in l. inter pares, ff. de re iudicata, & in cap. fina. co. tit. & in d. l. lege Iunia, in principio. Ita etiam quando aliqui testes deponunt pro libertate, & aliqui testes non dispari numero deponunt contra libertatem, ceteris paribus standum erit illis probationibus, quæ faciunt pro libertate, perd. l. lege Iunia, in fine. Et idem crederem in pīa causa, & in alijs causis fauorabilibus, ut sunt causæ matrimonij, dotis, testamenti, & similes, eadem ratione: de quo uide quod dicam infra in loco à libertate ad pīa causam: extra autem causas fauorabiles sicuti starctur sententia latæ pro reo, quando essent latæ contrariae sententiae per plures iudices ordinarios non dispari numero, d. l. inter pares, & d. c. fin. Ita etiam quando testes non dispari numero contrariae deponerent, pronuncianendum estet pro reo, quia t̄ proniores esse debemus ad absoluendum, quam ad condemnandum, l. Arrianus, ff. de aſtio. & obl. & l. absentem, in princ. ff. de pœn. & uult Felyn. in loco prædicto.

### LOCVS A SENTENTIA AD Transactiōnem.

- 1 Sententia, & transactiō in quibus conueniant, & in quibus dif- ferant, 2.

A Sententia etiam ad transactiōnem sumptum argumētum est probable, frequens, & utile: quia t̄ equiparantur in iure, l. non minorem, C. de transact. cum simili bus, de quibus infra: quōd sicut facit ad multa, & inter alia primò ad hoc, quōd sicut exceptio sententiae, quæ in rem transiuit iudicatam, impedit processum, & litis ingressum, & ob id recte dicitur exceptio litis finita: ita & exceptio transactiōnis, ut de utroque est tex. in c. i. de litis cōtest. lib. 6. & probatur in l. eleganter, §. si quis posse. ff. de cond. indeb. & in l. fratri, C. de transact. cum simili. Secundo ad hoc quia utrumque est efficacissimum remedium expediēdarum litiu. l. i. ff. de re iu. & d. l. fratri, iu. & d. l. non minorem, cum utrobiq; nota. Tertio ad hoc,

X quōd

quod sicut sua contra minorem lata, sauro minoris etatis retractari potest per remedium restitutionis in integrum, ut toto tit. C. si aduer. rem iud. Ita transactio cum eo inita, toto tit. C. si aduer. tr. infact. cum utrobique nota. Quartò ad hoc, q. sicut sententia regulariter non retractatur praetextu instrumentorum de novo repertos, & in certis casibus specialib. retractatur, l. si sub specie, cum ibi not. C. de re iu. & l. Imperatores, cum ibi not. ff. eod. tit. Ita est est in transactione, l. sub praetextu. C. de transac. & ibi not. quod procedit nedum quando sententia diffinitiva lata est in causa ciuili, sed etiam quando lata est in causa criminali, quia nec illa potest retractari per iudicem qui tulit sententiam, propter probationes de novo repertas super innocentia condemnati, sed id dependet ex gratia, & beneficio principis, tex. est aureis literis scribendis in l. diuisi fratres, in prin. & ibi Bart. notat, & exclamat, ff. de pœn. & est similis tex. i. l. i. si. ff. de quest. & ita no voluit Alex. & Ias. in d.l. sub praetextu, & Alex. in d.l. Imperatores, circa prin. debet tamen index qui tulit suam, hoc casu superfedere ab executione, alioquin frustra dixisset Vlp. l'uris. in d.l. i. in si iudicem oportet principi scribere, quod nota. Quintò istud facit ad hoc, q. sicut contra sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, in maiore 25. annis ratione lesionis, non est dare remedium imputandum enim est ei quare non appellauit, lab eo, C. quo. & quando iudex, & c. quod ad consultationem, de re iu. Ita nec contra transactionem ratione lesionis celsante confi. fraudis, quia æquiparantur, ut suprà: & quia praetextu indebiti sententia non retractari, l. i. C. de codic. inde. & l. cum putarem, ff. fam. erci. ergo tunc transactio cum maiore inita oblesionem, etiam ultra dimidiam uerbi debiti, retractari debet, eadé ratione, & pro hoc est tex. uncta sua sing. gl. in l. Lucius, §. si. ff. ad Trebel. & ita concludit Bal. in l. 2. C. de recis. uen. in 8. oppositione, & Sali ibidem in 3. q. & Io. de Im. in c. Quintauallis, de iure litigii. & est communis opinio, ut ibi uidere poteris, q. de tene meti. Sextò istud facit ad hoc, q. sicut sua lata praetextu iuramenti necessarij falsi, pot retractari praetextu instrumentorum

mentorum de novo repertorū, ut est tex. iu. l. admonendi in prin. ff. de iure iur. Ita etiam transactio. Ita sing. uult gl. in l. si ex falsis, in uerb. præcipimus, circa si. C. de transactio, quam ad hoc reputat singularem Alex. de lino. in d.l. ad monedi, in 2. no. & Ias. in d.l. sub praetextu. Septimò istud facit ad hoc, quod sicut sententia ex falsis instrumentis lata, remedio restitutionis in integrum retractatur, l. diuus, ff. de iud. secundum communem opinionem, & secundum opinionem Zafij etiam sine ulla restitutione. Ita etiam erit in transactione ex falsis instrumenti inita. De quo uidere poteris latius in d.l. diuus, & per Zafium in libel. singul. Respons. c. 13. Posset, & ad multa alia inducit hæc argumentatio à sententia ad transactionem, sed prædicta pro inuenibus abundè sufficiunt. Et quia adduxi septem utilitates, resultantes ex conuenientia inter sententiam, & transactionem, non erit inutile adducere aliquot differentias, ut sic oppositis iuxta se oppositis materia hæc clarius elucescat. Et in primis sententia, & transactione differunt in hoc t. q. sententia facit ingenuum, l. ingenuum, ff. de stat. ho. & l. si iurauerō, in fin. ff. de iur. patro. Pactio autem seu transactio non facit ingenuum, l. ingenui, C. de ingenui manu. cum simil. Secundò in hoc, quia ex sententia oritur actio, l. actori, C. de reb. circ. non sic ex transactione, nisi fuerit stipulatione uallata, licet bene oriatur exceptio, tex. est not. in l. siue apud acta, C. de transact. Tertiò in hoc, quia per sententiam nō tollitur naturalis obligatio, l. Julianus uerum debitorem, ff. de cond. ind. p. r transactionem autem tollitur naturalis obligatio, propter consensum qui in ea adebet, l. Stichum aut Pamphilum, §. naturalis, ff. de solut. Quartò in hoc, quia licet non ualeat transactio de iure super his controverbis, quæ ex testamento proficiuntur, nisi inspectis cognitisque uerbis testamento, l. de his, ff. de transact. & l. i. in princ. ff. quæ ad test. aper. qui sunt text. ad hoc singul. ualeat tententia super dependentibus ex testamento: non inspectis, cognitisque uerbis testamento, nec uenit retractanda propter instrumentum testamenti postea repertum. Ita uult glo. no. in l. 3. §. item si ipse, in uerb. cui-

### 324 LOCVS A SENT. AD TESTA.

cerit, ff. si cui plus quam per leg. Falc. lic. & ibi cam ualde commendant Ang. & Io. de Imo. eam est magnificat Ale. de Imo. in d.l. sub prætextu, & in d.l. Imperatores, circa prin. & Ias. in d.l. non minorem: pcr quod sing. ampliatur d.l. sub specie, & l. Imperatores, quod nota. Quinto differtur in alio, quia sua lata contra sententiam, que in rem transtulit iudicaram, non ualeat, l. i. C. quan. prou. non est nec l. i. C. sent. rescin. non posse, & c. inter monasterium, de re iu. ut ualeat in uim sententiae, etiam secunda sua feratur de consensu utriusque partis, ut est gl. sing. in l. si diversa, & ibi Bar. Bal. Pau. de Castr. Ale. Ias. & DD. C. de transactio, licet benè ualeat in uim co ntractus uel pacti, ut est gl. quæ ad hoc semp allegatur in l. a. C. com. utrinus iud. tamen post primam transactionem benè ualeat secunda transactio contraria prima, de consensu partium, d.l. si diversa, & ibi uide rationem diuersitatis; per gl. & DD. ualeat etiam sententia contra transactio, d. l. eleganter, §. si quis post, cum si. Que omnia commenda memo rix tanquam pulchra, utilia, & quotidiana, & uide quod dixi supra in loco à simili.

### 325 LOCVS A SENTENTIA AD

Testamentum.

1. Testatoris, & iudicis facta an parificantur, nro. 2. Occurrunt nunc loci à sententia ad testamentum: à quo sumptu argumētum est probabile, forte, frequens, & utile: q. a. equiparatur à iure, l. seruus hac lege, ff. de manitu. gene. Præterea testamentum est sententia, l. hac multisima, §. at cùm natura, C. quite testam. fac poss. ium & l. ff. de testamen. Vnde sicut t per sententiam iudicis, cum cause cognitione latam, potest impediti alienatio, & translatio dominij, d.l. seruus hac lege, l. si cui boni, ff. de uerbo. obli. & l. de pollicitationibus, in fin. ff. de polli. qui tex. est ad hoc sing. secundum Bald. in l. per diuersas, in 9. quæst. in f. C. mand. licet aliud sit. in laudo seu arbitrio, c. Raynaldus, cum ibi not. per glo. Inno. Panor. & Doc. de testa. Ita etiam potest impediti alienatio per testatorem in testamētum, l. filius familiæ, §. diui. & ibi habetur per Doct. ff. de leg. i. Imo plus iuolunt ibi Io. de

Imo.

### LOCVS A SENT. AD TEST.

Imo. & Alex. uidelicet, quod licet regulariter simplex, p. libitio alienationis, facta per testatorem fin. causa, non teneat, d. §. diui tamen si fiat propter minorem industria personæ, alia causa nō expreßa, tenet prohibitio: per tex. in l. Titio centū, 2. resp. ff. de cond. & demon. Sicut prohibitio alienationis facta per iudicem propter prodigalitatem tenet, & impeditur alienatio, d.l. is cui bonis. arguendo à facto iudicis ad factum testatoris. Sicut alibi factum iudicis, & factum partis parificantur, l. si ob causam, C. de euict. quod nota. Plus tamē uidetur operari inhibitio iudicis, quam testatoris: quia prima ualeat sine causa, secundum glos. in l. si ab eod. ff. de usucap. secunda non, d. §. di ui. de hoc tamen uide latius per Pau. de Castr. & d.l. si ab eo, & per Bar. & omnes in d.l. is cui bonis, & per Ioan. de Imo. & Alex. in d. §. diui. & per Paul. de Castr. & Ioan. de Imo. in d.l. Titio centum, & per Henr. Boich in d.c. Raynaldus: in casu tamen, certum est plus ualere iussum iudicis, quam testatoris. quia licet t testator possit remittere confectionem inuentarij, l. f. C. arb. tut. si tamen appare confectionē inuentarij esse contra utilitatem pupilli, index non debet sequi uoluntatem testatoris: & idem est in casu conuerso, eadem ratione: pro hoc textus optimus in l. in confirmando, & in l. utilitatem, ff. de confir. tut. & ita not. decidit Bar. post Mart. Sili. in d.l. in confirmando, & idem Bar. in l. nemo potest, ff. de lega. i. & sequitur Fran. de Are. in cons. 22. quod tene menti, quia potest seruire ad multa similia. Secundò hec argumentatio facit ad alium, uidelicet, quod quemadmodum scriptura, quam habet index ante formare uel concipere, & postea in mundum redigere, non est sententia, sed quædam prævia dispositio ad sententiam ut est tex. not. in l. 2. C. de sent. ex bre. rec. Ita etiam dispositio prævia ad testandum, seu nuda uerborum enunciatio in testamentū postea redigenda, non est testamentum, ita sing. dicit Ol dra. in cons. 119. incip. Titius condidit testamentum: & ita etiam repeto sentire Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de instru. edit. §. compendiosè, in uersic. quid si prius, in additio. quæ incipit. Si primum testamentum, potest

X 3 medium,

medium, & idē uult Pau. Cast. in consi. 365. incip. in Chri-  
sti nomine amen, uisa dicta facti narratione, &c. circa fin.  
in antiquis, & faciunt notata per Pan. & Can. in c. i. de  
succes. ab intesta. & not. per Legist. in l. si is qui, & in l.  
ex ea scriptura, in princ. ubi sunt tex. ad hoc not. ff. de te-  
sta. quod nota & memoria comienda, quia est quotidiana,  
& habui in facto: & uide quod dixi suprà in loco  
à lege ad testatorem, & quod dicā in fra à loco proximo.

### LOCVS A TESTAMENTO AD Sententiam.

**H**Abemus præterea locum à testamento ad sententiam,  
à quo sumptū argumentū est probabile, frequens, &  
utile, l. seruus hac lege. ff. de manumis. tit. gene. Vbi æqui-  
parantur prohibito testatoris & iudicis, cum sim. Et hinc  
est, quod sicut schedis, protocollis, seu imbreuiaturis ( ut  
uocant ) notarioruim, in testamentis non creditur, nisi  
constet, quod sint lectæ, vel lecta coram testibus & testa-  
tore: ut est tex. sing. iuncta glo. in l. fideicommissa. §. 1. &  
ibi Bar. Bal. & Docto. ff. de legat. 3. Ita etiam est in sen-  
tentia, ut licet appareat eam scriptam manu notarij publici, si  
tamen non appareat quod fuerit lecta, lata, & promulgata,  
ei non stabitur. Et ideo videmus quotidie in fine sen-  
tentiarum ponit illa uerba, lecta, lata, & inscriptis promul-  
gata, &c. Ita singulariter dicit Bald. in d. l. fideicommissa,  
§. 1. & sequuntur ibi Florian. de sancto Petro, & Alber.  
de Rosa. quod nota. Hoc tamen limita, vt dicam infra in  
loco à milite ad ecclesiam vel piam causam, quo recurre.

### LOCVS A CAVSA INTESTATI AD causam testati.

- 1 Argumentum à causa intestati ad causam testati quando proce-  
dit, & per totum.
- 2 Dispositio testatoris in dubio recipi interpretationem à iure co-  
muni, vel municipal.
- 3 Regula intestati regulat viam rumpendi.

Habe-

**H**Abemus etiam in iure locum à causa intestati ad cau-  
sam testati, seu à legitima hereditate ad testamenta-  
ria: à quo sumptū argumentum est probabile, text. est  
notabilis in l. causa cognita, ff. de uulga. & ibi hoc not. Io.  
de Imo. Franc. Aret. & etiam Alex. licet sit corruptus: &  
bonus tex. in l. pater infti. §. si mortuo, in fin. & ibi Zafius  
not. ff. de captiuo, & postli. reuersi. quod utique t uerum  
est, quando eadem est ratio in utroque: ut in iuribus su-  
prā allegat, & notat Ioan. de Imola in d. l. causa cognita,  
& Docto. alij's locis: alioquin autem secus, l. quod si filius,  
in princ. & ibi hoc notat Zafius, ff. de cap. & postli. Sic  
econtrā illud quod disponit in causa testati, propter  
eandem rationem æquitatis, habet etiam locum in cau-  
sa intestati, l. precibus, & ibi Bald. & Doctores, C. de inof-  
fic. do. Nec mireris, si à causa intestati ad causam testati  
procedat argumentum, etiam si res diuersissimæ sint,  
quando identitas uel similitudo rationis in eis concurrit  
pro hoc, l. non possunt, cum l. sequen. ff. de legib. Præte-  
rea nihil magis disidet, quam clericus, & afinus, & ta-  
men subsidente identitate rationis, à clericō ad afinum  
procedit argumentatio, ut est tex. in cap. 2. de treuga, &  
pace, & ibi Abbas antiquis, Ioan. Andr. Anton. de Bu-  
trio, & Ioan. de Imol. notant casum, quo æquè priuilegia  
tus est afinus, ut clericus. Et est alijs casus, in quo ita pri-  
uilegiatur afinus uel bos, ut dominus afini, in Auth. agri-  
cultores, C. quæ res pign. oblig. poss. quo à not. Et tanto  
pro seruo, ut consequatur libertatem, non iuuatur beneficio Velleiani, ut est tex. not. in d.l. ueterum: Ita et mulier non iuuabitur beneficio Velleiani, qm fideiabet propria causa, eadem ratione: & ita sing. dicit Lud. Ro. in d. rep. Auth. similiter, in tertio speciali pte cause circa contractus: quod an uerum sit, pendet ab illo, an ratio d.l. ueterum, militet in pia causa: quod si sic, debet. & in pia causa locum habere dispositio d.l. ueterum, secundum Salice. ibidem. Secundò istud facit ad hoc, qd sicut fauore libertatis mandatum re integra non finitur morte mandantis: ut est tex. no. iuncta gl. in l. si pater filio, in ptn. ff. de manu. uindicta. Ita etiam mandatum non finitur re integra morte mandantis fauore pte cause, eadem ratione: & ita sing. Lud. Rom. in d. rep. Auth. similiter, in 17. speciali pte cause circa contractus. & Bal. in l. mandatum, C. mand. per l. si ego. §. 1. hoc decidens in dote. ff. de iure do. quam ad hoc reputa sing. & idem uult Bal. in Auth. si qua mulier, circa si. C. de sacro. ecclesia & Hippo. de Mars. sing. 44. & Fran. de Crema. in singu. 143. & dictam l. si ego. §. 1. etiam ad hoc not. Benedict. de Plumb. in d.l. si pater filio. & eius meminit gloss. ibidem, qd tene memti. Tertiò istud facit ad hoc, qud sicut fauore libertatis pluribus probationibus uel tentetijs hinc inde repugnatibus & contrarijs, illi probacioni uel sententia statut, que est pro libertate, ut est textus notabilis unicus & singul. in lege Iulia, & Papia. ff. de manumissio. Ita etiam erit fauore pte cause, eadem ratione. Et ita singulariter uult Rom. in d. repet. Authen. similiter, in primo speciali pte cause circa iudicia: & Corset. in singul. 231. Nec mirum, quia Papiniano teste, summa est ratio qua pro religione facit, l. sunt personæ. ff. de relig. & sum. fu. Quartò istud facit ad hoc, qud sicut legatum libertatis debetur, licet reperiatur cancellatum: quia iuris presumptio ne censemur cancellatum inconsulte citra intentionem testatoris, nisi contrarium probetur: ut est text. sing. in d.l. proximè, in si. Ita etiam erit in legato relicto ad pias causas, eadem ratione: & ita decidunt Bart. & Io. de Imo. in d.l. proximè & idem Barto. in d.l. si unus, ubi dicit se sic consu-

consuluisse. & ibi Ias & nouis. Ro. in d. rep. Auth. similiter in primo speciali pte cause circa ultimas uoluntates. & Corsetus in sing. 98. Quintò istud facit ad hoc, qud scit & non rejicitur conditio fauore libertatis: quæ alias rejiceretur: ut est tex. in d.l. Titio ususfructus. §. final. Ita etiam non rejicitur conditio, alias reicienda, fauore pte cause, eadem ratione. & per istud dicunt Guil. & Alb. in d.l. Titio ususfructus. §. fin. qud si legato uirgini relicto apponitur conditio, qud non nubat, uel qud nubat de consensu tertij, & si fecus fecerit, qud bona eidem legata applicentur alicui pio loco: hoc casu non rejicitur conditio, ex quo causa in quam facta est translatio est priuilegiata, & hoc dictum refert & sequitur Ludouic. Roma. in dicta rep. Auth. similiter, in 2. speciali pte cause circa ultimas uoluntates: quod est notabile pro limitatione Aut. cui relictum, & totius tituli, C. de indicta uiduita. & hoc notat Iason in d. Authent. cui relictum, & in l. i. eiusdem titu. Sextò istud facit ad hoc, qud sicut & fauore libertatis libertas relicta per uerba notantia temporis lapsum, puta anno duodecimo, peti potest in inicio anni duodecimi: ut est tex. notabilis l. si ita fuerit libertas. ff. de manu. rest. Ita etiam legatum tali modo relictum ad pias causas, peti poterit in ipius anni uel temporis initio eadem ratione, & ita singulariter uult Roman. in dicta re petitione Auth. similiter, in quinto speciali pte cause circa ultimas uoluntates: & idem repetit ipse in 31. speciali. De intellectu tamen d. l. si ita fuerit libertas, vide plenè ibidem per Benedictū de Plumbino, & per Ioan. de Imo. & Alex. in l. qui hoc anno. ff. de herb. oblig. & per Bart. Io. de Imo. & Alex. in l. si cui legetur. ff. de lega. 1. & per Sal. in l. i. C. quando dies lega. cedit. & per Ang. in l. ex his, eo. tit. Septimio istud facit ad hoc, qud sicut & fauore libertatis libertas relicta seruo, cum Titius ad certam ætatem peruenierit, peti potest die ueniente, licet Titius ad ætatem per testatorem determinatam morte præuentus non peruenierit: ut est text. notab. in l. si ita scriptum fuerit, ff. de manumis. testa. & in l. si seruus liber sit. ff. de statu lib. Ita etiam legatum tali modo reli-

Etum

352 LOCVS A LIBERTATE AD.&c.  
Cum ad pias causas peti poterit die veniente, licet ille tunc morte praeuentus ad etatem determinatam pertinet, statorem non peruerterit eadem ratione. & ita sing. vult. Lud. Rom. in d. rep. Auth. similiter, in sexto speciali pia cause circa ultimas voluntates. Octauo istud facit ad hoc, quod sicut + fauore libertatis legatum libertatis, debetur hereditate non adita: ut est rex. pulcher in l. neq; §. ff. & in l. tractabatur. ff. de testa mili. & in l. Antoninus. ff. de fideicom. liber. Ita etiam debetur legatum pium hereditate non adita: eadem ratione. Et ita tenet gl. sing. in l. eam quam, & ibi Bart. & Doct. C. de fideicom. & Bald. in d. Auth. si qua mulier, circa finem, & idem Bal. & Florus, nus de sancto Petro in l. i. ff. de lega. i. & I. And. in add. ad Spec. in tit. de instru. editio. §. nunc nerò ali qua, in uersi. sed pone quod ex eo testamento non est adita hereditas, & Pet. de Ancha. in consil. 144. & Panorm. in consil. 32. secundi uoluminis, & Bald. in consil. 39. quinti uoluminis, & Ludouic. Roman. in consilio 428. & Matthæus Ma thesilanus in notabilis 162. de quo articulo tamen pulchro, disputabili & quotidiano, uide latissime per Ludovic. Roman. in d. repe. Authentic. similiter, in 20. speciali pia cause circa ultimas uoluntates: ubi cum distinctione quadam idem tenet, & per Iasonem in dicta l. eam quam, & per eundem in l. r. prima lectura, in uersic. extra gloss. C. de sacro lanct. eccles. & per c. eundem in 2. le. Etura dicta l. primæ & per Salice. in repetitione eiusdem leg. i. in 13. quæstione, & per Benedictum de Plumbing in dic. l. Antoninus, ubi plenè reperies: ad quos breuitatis gratia remississe sufficiat, in quibus locis eam reperies, quod sicut fauore libertatum conseruandarum, nemine adeunte hereditatem, serni possunt petere sibi addici bona, iuxta constitutionem diui Marci, de qua in l. ff. C. de manumis testam. & Inslit. de ea cui libertatis causa, addicuntur, per totum: Ita & legatarij ad pias causas posunt petere sibi addici bona, eadem ratione, & ante eum hoc uoluit Bar. in dicta l. eam quam, quod est nota. Nono istud facit ad hoc, q. + sicut fauore libertatis si relegate & uoluntarie posset alienatæ sequatur redēptione, re-

sultat  
LOCVS A LIBERTATE AD.&c. 353  
sultat eiusdem legati resuscitatio: vt est tex. no. in l. verū, ff. de manumis testa, quem tex. ad hoc notant Bal. Ang. & Salicet. in l. qui post. C. de legat. Ita etiam legatum pium per redemptionem subsecutam, censebitur resuscitatum eadem ratione, & ita sing. vult Roma. in d. repe. Auth. similiter, in 23. speciali pia cause circa ultimas voluntates. Sic etiam fauore pia cause, si testator iubeat construi hospitale in domibus suis, & illud instituat, postea autem domos illas alienet & alias emat, valer & tener institutio, & construendum erit hospitale in domibus nouiter emptis. Ita sing. decidit Barto. in consil. suo 26. incip. in Christi nomine amen. testator in testamento disposuit, & idem voluit Bart. Bal. Ang. & DD. in l. placet. ff. de libe. & post. quod tene menti. Decimò istud facit ad hoc, q. sicut + fauore libertatis relicta sub conditio-  
ne negatiua non requiritur pro implemento conditio-  
nis cautio Mutiana, nec extinguitur in dubio legatum li-  
bertatis sub conditione negatiua, puta si non ascenderis  
capitolium, relictum licet legatarius ex interuallo con-  
traueniat: cum sufficiat q. cum primū potuit contra-  
uenire non contra uenerit, vt tex. sing. in l. libertas, §.  
hæc autem ff. de manu. testa, quem tex. ad hoc sing. no.  
gl. in leg. Tertio fundus, ff. de cond. & dem. Ita etiam erit  
in legato pio eadem ratione, & ita sing. vult Roma. in d.  
repe. Auth. similiter, in 24. speciali pia cause circa ultimas voluntates: quod est mot. dignum, quia quilibet pri-  
ma facie diceret contrarium. Undecimò istud facit ad  
hoc, q. sicut fauore libertatis legatum + relictum sub co-  
ditione, & per mortem ciuilis legatarij iam extinctum  
restituiscit, si pendente conditione legatarius restituatur  
vt est casus sing. in l. Aristo. ff. de manu. test. Ita etiam  
erit in legato pio, eadem ratione, & ita vult Ludo. Ro-  
man. in d. rep. Auth. similiter, in 25. speciali pia cause cir-  
ca ultimas voluntates. Duodecimò istud facit ad hoc, q.  
sicut fauore + libertatis verba adulatoria ad honoratum  
directa inducit dispositionem: vt est casus sing. in l. Paulus, §. i. ff. de fideicom. libert. Ita etiam erit in legato pio  
eadem ratione. & ita vult Ludou. Roma. in dicto repe.

## 354 LOCVS A LIBERTATE AD.&amp;c.

Auth. similiter, in 26. speciali pia causa circa ultimas voluntates. Decimotertio istud facit ad hoc, quod sicut falso re libertatis conditio negativa + existens trahitur retro in legatis: ut est tex. not. in l. Neratius, ff. de manu. testa. Ita etiam erit in legato pio: eadem ratione, & ita uult Roma: in d. repe. Auth. similiter, in 28. speciali pia causa circa ultimas voluntates. Decimoquarto istud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis pluribus conditionibus diffiniuntur in diversis testamenti partibus legato libertatis adscriptis, sufficiat leuiorem pro complemento libertatis impleri: ut est tex. in l. sub diversis, in priu. ff. de cond. & demon. & in l. in libertatibus, & in l. quod vulgo, ff. de manu. testa. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione, & ita uult Lud. Roma. in d. rep. Auth. similiter, in 29. speciali pia causa circa ultimas voluntates: cui addere, quod dixi supra in loco à legatis ad fideicommissa. Decimoquinto istud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis libertas + reliqua à substituto vulgari debetur: etiam heredi instituto adeunte hereditatem, quia iuris præsumptione, & libertatis fauore ab utroque gradu legatum reliquum videtur: ut est casus sing. in l. ff. de manumis. testam. Ita etiam erit in legato pio: eadem ratione, & ita uult Roman. in dicta rep. Auth. similiter, in 30. speciali pia causa circa ultimas voluntates, ubi dicit hoc esse mirabile, & quod quilibet diceret contrarium qui ignoraret illam legem: & verum dicit. Decimosexto istud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis tempora + interpellata coniunguntur, etiam contra expressam voluntatem testatoris: ut est tex. not. in fideicommissaria liberta l. s. ff. de fidei, lib. & l. seruus qui test. circa ff. de stat. lib. Ita etiam erit in legato pio eadem ratione, & ita nota. uult Roma. in d. rep. Aut. similiter, in 32. speciali pia causa circa ultimas voluntates: ubi per hoc dicit, quod si pia causa relinquatur prædia sub conditione, si continuis annis certum quid fiat, si ex pluribus temporib. separatim adiuicem coniunctis, resultat perfectum tempus à testatore præfixum, licet illud non sit continuum, pia causa consequetur nihilominus legatum, qd est

## LOC. A LIBERTATE AD.&amp;c. 355

est nota. dignum. Decimo septimo istud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis + non rejicitur conditio iuris surdi adscripta legato libertatis, licet remittatur id quod fuerit in ea conditione positum: ut est tex. in l. si quis ita, s. qui ita, ff. de statu lib. & in l. si quis libertatem, & ibi pulchre Benedict. de Plum. ff. de manu. testam. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione, & ita uult Rom. in rep. Auth. similiter, in 36. speciali pia causa circa ultimas voluntates: quod nota, quia ex hoc habes magnam limitationem ad l. quae sub conditione, ff. de cond. institut. & hac quidem ponuntur, & pro ueris adstruuntur per Roma. in d. repe. Authen. similiter, per hunc locum à liberate ad piam causam. Sed ultra predicta iste arguendi modus facit decimo octavo ad hoc, quod sicut fauore libertatis conditione + mixta adscripta libertati deficiente per casum fortuitum, & non facta eius cui relata est libertas, legatum libertatis debetur: ut est tex. in l. liberate, iuncta glo. ff. de manum. testa. & in l. si peculium, s. is cui seruus, ff. de stat. liber. & in l. cum ita datur, ff. de cond. & demon. & tex. in l. cum quidam, C. de cond. inser. & ibi gl. Bar. Bal. Ang. Pau. de Castr. Salic. & DD. & volunt Pau. de Cast. & Io. de Imo. in l. in testamento 2. ff. de cond. & demon. nisi de mente testantis expressè constet, quod nolit competere libertatem nisi conditio ne uerè impleta, l. fin. in fine, iuncta glo. ff. de manu. test. & uult Bened. de Plum. in d. l. libertate, & Ange. in d. l. cum quidam, qui plus dicit, uidelicet idem debere censi, quando uerisimile est testatorem noluisse compete re libertatem, nisi conditione uerè impleta: & alleg. d. l. libertate, in fi. quae hoc bene probat iuncta glo. quam etiam sequitur ibi Benedictus pe Plum. Ita etiam erit in legato pio, vt conditione mixta adiecta legato deficiente per casum fortuitum, debatur nihilominus legatum, eadē ratione: & ita sing. repe. uelle Roma. singulari 284. incipiente, Tu habes, q. quando cōditio mixta, &c. qd tene mēte, quia non memini me in specie legisse alibi. Et p. hoc sing. limitatur, l. legatū, C. de cond. inser. & in d. l. in testo, & l. i. C. de institut. & substit. in quibus locis repe.

356 LOCVS A LIBERTATE AD.&c.  
ries per glo. & Doct. de materia conditionis mixta ad sa-  
turitatem, ubi uide. Decimononò istud facit ad hoc, qđ  
cūt olim iure Digestorum, testamento existente in ualido  
**ex causa præteritionis**, non debebantur libertates, l. filio  
præterito. ff. de iniu. rup. testa. Ita nec debebantur legata  
ad pias causas. Ita reperio velle Ioan. de Imo. in d.l. filio  
præterito, in primo not. Hodiè autem hoc casu debentur  
legata, etiam non pia: ut est tex. in Anth. ex causa, C. de  
lib. præte. De quo uide plenissimè per Ioan. de Imo, in  
dict. l. filio præterito : ad quem breuitatis gratia te remi-  
to. Vigesimo istud facit ad hoc, quod sicut fauore liberta-  
tis † fideicommissum libertatis non est nullum, sed debe-  
tur ab hærede, licet legatum serui sit nullum & pro non  
scripto, ut est text. in l. cum uero. S. si pro non scripto, ff.  
de fideicom. liber. Ita etiam fideicommissum relictum ad  
piam causam non erit nullum: licet legatum sit nullum:  
Ita fin. dicit Pau. de Cas. in l. i §. in primo, circa prin. C.  
de cad. tol. & Bart. in l. alio, ff. de ali. leg. Ex quo sequitur,  
quod si lego mille Titio, qui non est in rerum natura, &  
mando ut distribuat illa inter pauperes, ualer fideicom-  
missum, licet non ualeat legatum: & tenebuntur hoc face  
reilli, apud quos remanet legatum: quod memori teneas  
mente, & uide quod dicam inf. loco prox. Vigesimopri-  
mò istud facit ad hoc, quod † quēadmodum legatum li-  
bertatis relictum in testamento condito inter liberos scri-  
pto manu patris sine testibus, non debetur, licet testame-  
tum ualeat quō ad liberos: ut est tex. iun. & gl. in verb. in  
ter filios, in Aut. de testa. imperf. in pri. Ita nec legatum  
ad pias causas ualebit, arguendo à libertate ad piām cau-  
sam, & ita sing. decidit Alex. de Imo. i cons. suo 76.3. vol.  
inci. redēptoris, & c. pōderatis his def. quibus in thema-  
te, &c. & hoc dictum refert & sequitur Ias. in Authent.  
quod sine, C. de testa. Nec obstat tex. in d. Authe. quod  
sine, in fi. qui prāmissis uiderur refragari: quia debet in-  
telligi & supplici per tex. in corpore uide sumitur, qui  
clare hoc decidit: quod imis reponas sensib. quia est quo-  
tidianum, & habui de facto & faciliter errares si non per-  
penderes. Vigesimo secundò istud facit ad hoc, qđ sicut  
fidei-

LOCVS A LIBERTATE AD.&c. 357  
† fideicommissum libertatis relictum ab uno ex hæredib-  
us inuicem substitutis, illo abstinentे ab hæreditate de-  
betur a cohæredē substituto, nec contradic̄tio fideicom-  
missarij potest eam impedit̄, ex quo non est tex. singula-  
rissimus in l. Lucius 1. ff. de fidei. liber. Ita etiam erit in-  
legato pio eadem ratione: quod memori teneas mente,  
quia cum casus occurrisse de facto, ita consului per d. l.  
Lucius, & per l. 2. ff. de manu. testa. suprà allegatam, &  
per l. 4. §. Lucius, cum ibi nō per Bar. ff. de alim. leg. licet  
neminem repererim specificē hoc attingentem. Vigesi-  
motertiò istud facit ad hoc, qđ sicut fauore libertatis †  
scientia absq; contradictione habetur pro consensu, &  
operatur remissionem pignoris: vt est tex. in l. i. C. de re-  
miss. pig. Ita etiam fauore pīz cause Scientia, & patientia  
haberi debet pro consensu, & operari remissionem pi-  
gnoris. & ergo si debitor rem mihi pignoratani me præ-  
sente & non contradicente donaret pio loco, vel ecclē-  
siæ, valerer donatio, & censeretur remissum pignus hoc  
casu fauore libertatis. Ita sing. dicit Bal. in d.l. i. C. de re-  
miss. pi. & sequuntur Roma. & Alex. de Im. in l. que dotis  
ff. sol. matr. & probatur in Aut. si seruus sciēte, C. de epis.  
& cle. quod est no. dignum. & idem comperimus in fisco  
cius fauore: vt est tex. no. in l. si hypotheca, juncta sua gl.  
C. de remiss. pign. quod tene menti, quia est quotidianū.  
Vigesimo quartò istud facit ad hoc, qđ sicut fauore liber-  
tatis † ualer sententia lata pro mortuo: vt est tex. in l. cu  
quis, in prin. ff. de fidei. liber. Ita erit, ubi agitur de fa-  
uore ecclesiæ uel pīz cause, eadem ratione. & ita sing. di-  
cit Bald. in d.l. un. §. in primo, circa fi. ubi dicit, Romæ in  
confessorio Papæ decismam esse talem quæst. A. litigauit  
aduersus B, super quodā beneficio, tandem auditor pro-  
nunciat pro dicto A, credens eis uiuere, cūm eset mor-  
tuus: post, quidam C, obtinuit se subrogari in locum di-  
cti A, & petiuit sententiam latam pro dicto A, man-  
dari executioni contra dictum B, qui B. obiecit, dictam  
sententiam esse nullam, ex quo lata fuit pro dicto A, mor-  
tuu. l. cius qui prouincia, & ibi Pau. de Ca. eam ad hoc  
notat, ff. si cer. pe. sicut si lata fuisset cōtra mortuū. l. pen.

ff. quæ sent. fine ap. ref. sed hoc non obstante dicit Bal. fuisse dictum, dictam sententiam ualere, & executioni mandandam esse contra dictum B, fauore ecclesiæ, sicut in d.l. cum quasi, in prin. dispositum est fauore libertatis arguendo à libertate ad ecclesiam, uel piam causam, qd est ualidum secundum eum & hoc dictum tanquam pulchrum, & singulare refert, & sequitur Alex. de Imo. in d.l. eius qui, quod teneas mente, quia est quotidianum.

Vigesimoquinto istud facit ad hoc, qd sicut legatum libertatis ualidum est, & debitum per hæredem, licet testator etrauerit credens seruos illos, quibus per fideicommissum libertatem dedit, esse suos: ut est tex. in d.l. Paul. in prin. & in l. quidam ita, §. si quis filium, ff. ad Trebel. Ita etiam ualer legatum rei alienæ relictum pia causa quo ad aestimationem, eadem ratione, & ita sing. uolunt Sali. Alex. Ias. & DD. in l. cum alienam, C. de lega. & Ang. in §. non solu. inst. de lega. & gl. in c. filius, de testa. & Ro. in consi. 235. incip. quod ad primum quo queratur in 4. duobio, & Doct. sèpè alij locis. In contrarium tamen videatur esse tex. ad litteram in d.c. filius. de ciuius c. intellectu vide ibi latissimè per Cano. maximè per Car. Io. de Imo. Pan. Barba. & Mod. qui varios illic tradunt intellectus, & latè per Panor. in repe. c. cum esses, de testa. in 1. q. & amplè per Rom. in rcp. Authen. similiter, in x. speciali pia causa circa ultimas uoluntates, ubi post longam disputationem sentire uiderur, legatum rei alienæ reliquit pia causa valere de iure ciuili, & inter subditos imperij, securus autem de iure canonico, & inter subditos Papæ vel ecclesiæ: sed cōs opinio habet, ut dixi, qd legatum rei alienæ ad pias causas ualer veroque iure quo ad aestimationem & add. c. filius, patet responsio ex no. per D. in locis supr. cōmemoratis, qd tene menti. Vigesimosexto istud facit ad hoc, quod sicut fauore libertatis testimoniū perfectum rōne voluntatis est ualidum, ut est tex. not. in l. testamentum. ff. de fid. lib. Ita èt testimoniū imperfectum rōne voluntatis ad pias causas erit validū quo ad disposita: ita no. dicunt Bar. & Bened. de Plum. in d.l. in testo, ubi Bart. se sic consuluisse. Contrariū tñ in hoc pulchro,

&amp;

& quotidiano art. tenet Ro. in d. repe. Auth. similiter in 18. speciali pia causa circa ultimas uoluntate, ubi plenè de hoc repertus, & per Bar. & DD. in l. si qui. & in l. ex ea scriptura, ff. de test. & per Pan. & Cano. in c. 1. de successib. ab intest. Vigesimo septimo istud facit ad hoc qd si

26. cut t legatum libertatis eius fauore potest committi in liberam uoluntatem tertii, ut est tex. in l. fideic. libertas ita dari, in vers. sed & si ita, ff. de fideic. lib. quem tex. ad hoc notat glo. in l. captatoria, ff. de leg. 1. & in l. captatorias, C. de test. mi. & alibi. Ita etiam legatum ad pias causas eius fauore potest committi in uoluntate tertii: & sic licet captatoria voluntas regulariter non valeat, illa in statutio, ff. de hære. instit. c. n. sim. de quib. ibi in gl. in legatis tamen ad pias casas ualer, c. cum tibi, ubi est tex. sing. secundum unum intellectum, de testam. & istud exprefse volunt Bar. Bal. & Doct. in l. 1. ff. de lega. 2. & idem Bar. & Bal. & Pau. de Cast. in d.l. captatoria, & Bart. in d.l. si deicōmissaria libertas, & DD. aliis sèpè locis, de quo ar. pulchro & quotidiano vide latissimè per Pet. de Anch. Io. de Imo. Barba. Nouiss. in d.l. cum tibi, & per Barto. Ang. Sali. Bal. Ale. Ias. & DD. in d.l. captatoria, & per Io. de Imo. in d.l. captatoria, & per Mod. in d.l. 1. C. de sa crof. eccl. Vigesimo octavo istud facit ad hoc, qd sicut

27. t fauore libertatis hæres creditor inuitus cogitur recipere à seruo particularem solutionem, ut est text. in l. cum hæres, §. item si 10. ff. de statu lib. Ita etiam dicendum erit in creditore pia causa, ut teneatur recipere particularem solutionem, eadem ratione, & ita reperio sing. velle Lud. Rom. & Alexan. de Imo. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. Vigesimonond ex ista equiparatione libertatis & pia causa inferri potest vnum aliud

28. singulare, usūlicet, quod sicut fuerbaenunciatio propter alitud prolata fauore libertatis disponunt, l. un. §. similique modo, C. de latina liber. tol. & si. §. Institut. de adop. Ita èt fauore pia cause disponent: eadem ratione, & ita reperio velle Ias. in l. ex his uerbis, post alios per eum relatios, C. de test. mil. & de hoc ex tex. sing. secundum unum intellectum in c. cum dilectus, & ibi plenè p.

Z 4 Pan.

Panon. & alios Canon. de successione in testa. & dixi supra loco proximo, quod memori teneas mente, quia est quod quotidianum & seruit ad multa. Trigesimo istud facit ad hoc,

39. quod sicut fauore libertatis premium seruorum, quos testator emi iussit & manumitti, habetur loco aeris alieni, & sic ex consequenti sit priuilegium, & antea deducatur, l. aeris alieni. ff. ad 1. Falc. & l. si quis seruum, §. ff. de lega. 2. Ita etiam legatum ad pias causas, quod sortitur fauorem libertatis, si hereditatis alijs legatis non prijs solutis, futura sit non soluendo, deducatur ante legata non pia, tanquam ex alienum: Ita sing. reperio dicere Pau. de Cast. in d.l. si quis seruum, §. ff. in lect. Pad. & sentit tacite ibi Bar. & idem aperte decidit ipse Pau. de Cast. in l. eius servi. in lect. Pad. ff. ad leg. Fal. pro qua decisione facit, licet ipse non alleget, l. 1. C. de bonis acto. iudi. pos. ubi illi, qui debent habere legata ab herede preferuntur alijs, quibus ipse heres nunc defunctus legata reliquit. & ponitur illuc in text. ratio, quia illa prima legata consentitur tanquam ex alienum, quantum ad bona eius a quo relata sunt. Hec tamen, deciso Paul. de Cast. redditur dubia propter auctoritatem plurium doctorum tenentium contrarium, ut videre poteris per gloss. Bart. & Doct. in d. Auth. similiter, & per Alex. de Imo. in l. sed si non servus, §. ff. incertum, ff. ad leg. Fal. & in locis per eum commemoratis, quo recurre: sed quis iustius induit armis, cum casus iste qui quotidianus est, occurrerit aequo iudicii dispiciendum relinquendo. Trigesimo istud facit ad hoc,

30. quod sicut per pactum impeditur dari libertas, quem si mel data difficulter revocatur, l. ea quidem, C. si mancipium ita fuerit alienatum: Ita etiam per pactum impeditur res fieri sacra uel religiosa, eadem ratione. Ita non uolunt Bar. Ang. & D.D. in l. ea lege, C. de cond. ob cauf. & probatur in l. fin. C. de past. int. empt. & uend. de hoc tam uide latius per Salic. in d.l. ea lege, quo recurre. Trigesimo secundo ex ista equiparatione libertatis & pia cause inferri potest & aliud quiddam singulare, uidelicet, quod sicut libertas relata in testamento, qui od poena pronuntiatur falsum, & prestita per legatarium bona fide,

fide, non retractatur ob id quod testamentum postea pronuntiatur falsum: ut est tex. in d.l. 2. C. fideicom. lib. Ita etiam est hoc casu in legato & ad pias causas relicto, & ergo si ex testamento falso autoritate episcopi sit constructa capella, uel hospitale, non poterit estrui. Ita sing. decidit Bald. in d.l. 2. & ibi Alex. in apostillis ad Bal: id notat; & eius meminit Ias. in l. 2. in §. si quid ex testamento. ff. de condit. indeb. Trigesimo tertio ex ista equiparatione libertatis, & pia causa inferri potest aliud est fungus lare, uidelicet quod sicut fauore libertatis & mora contrahitur re ipsa ablatio; aliqua interpellatione, ut est tex. in d.l. c. vi. nero. §. appareat igitur, & notatur per gl. in l. mora, ff. de usur. Ita est fauore pia causa contrahitur mora re ipsa absque interpellatione, quam Doctores vocant irregulare sing. uult Bald. in Auth. hoc amplius, C. de fideicom. & dicā latius infra in loco à minoribus ad ecclesiam uel piam causam, in princ. quo recurre. Trigesimo quarto ex ista equiparatione libertatis & pia causa inferri potest &

34. illud notabile, quod sicut quis interdum cogitur & care re re propria, recepto iusto pretio fauore libertatis, leg. 2. 3. & 4. C. pro quib. cauf. serui pro pia, lib. Ita etiam fauore ecclesie, religionis, uel pia causa, eadem ratione. & ita determinat Inno. Io. An. Cár. & Pet. de Anch. in c. qd super his, de uoto: ubi p. hoc decidunt, q. infidelis habet temporale dominium alicuius loci, populo, sibi subditu conuerso ad fidem, pp. periculi fidei uel fideliū p. cōpelli ad recipiendū premium uel cōmutationem licet non possit præcisè cogi ad fidem: & idem eadem ratione dici possit in habente domum iuxta ecclesiam uel monasterium, ut cogatur uendere & premium iustum exigente necessitate uel magna utilitate ecclesie, & ita apertissime tenent Guil. & Flo. in lege si quis sepulchrum, in prin. per illum tex. ff. de relig. & sum. funer. Bald. & Ange. in l. 1. ff. so. mat. & idem Bal. in d. leg. 1. C. de com. ser. manumis. & Ias. in l. nec emere, C. de iure deliber. & Cœpola in suo eleganti libello seruitutum urbanarum, ubi dicit se sic obtinuisse Veronæ, & sequitur Fel. in 1. distin. c. oēs leges. Summè tamen cauendū est, ne sub prætextu religio-

**362 LOCVS AB ALIMENT. AD.&c.**

nis grau entur aut fraudentur pauperes subditi Cesare.  
 35 quia ita t debemus fauere pia cause, uiduis, & alijs miserabilibus personis, ut alijs iniuriam non faciamus, c. ex tenore, de foro comp. & habetur originaliter Exodi 23, ibi, pauperis non misereberis in iudicio, intellige in causa iniustiarum ibi dicit glo. Posset & ad multa alia, ex promissis & alijs iuribus colligibilia, induci hæc æquiparatio libertatis, & pia cause, sed præ dicta pro gusto iuuenibus dando sufficiunt. Et procedit hec argumentatio à liberate ad piam causam, t quando lex loquens in libertate applicabilis est ad piam causam, & quando eadem ratio militat in utroque, nec contrarium reperitur decisum in iure, alias secus: qui expressum facit silere tacitum, l. fin. C. de pact. con. & diversitas rationis diversitatatem iuris, & dispositionis inducit, l. adigere, s. quamvis, cum ibi no. ff. de iu. pat. & l. cum pater. s. dulcissimis, ff. de leg. 2. cum 36 ff. Quando autem legatum t dicatur pium, seu ad pias causas, uide per gl. & Doct. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & per gl. & DD. in illud, C. de sacr. eccl. & per Pan. in Rubri extra de test. & per Ias. in d. l. i. in lectura, C. de fact. eccl. & per Bart. Bar. & Doct. in d. Auth. similiter, in quibus loci repertis, q. legatum relictum pro anima item pauperibus etiam amicis, ecclesijs, hospitalibus vel alijs Xenodochiis, dicitur pium, seu ad pias causas, & talia legata pia sunt multum privilegiata, ut patet ex prædictis, & ex his quæ dixi supra loco proximo, & patet latissime infra in pluribus locis proxime sequentibus, & uidere poteris per Can. in c. relatum 1. de test. & per Legist. maxime per Bart. & Bart. in rep. d. l. i. C. de sacro eccl. & plenissime per Ro. in d rep. Aut. similiter, & attingit obiter Franc. de Crema. in sua. suo 9. Quæ omnia commendanda meioria, & uide quod dicam infra loco proximo & sequentib; & in loco a speciali, quod dixi supra in loco a simili.

**LOCVS AB ALIMENTIS AD PIAM CAUSAM.**

1. *Causa alimentorum pia est, & favorabilis.*
2. *Alimentorum & pia cause fauore legatum incertum debetur.*

*Perito*

**LOC. AB ALIMENT. AD.&c. 363**

Perito die induito ob utilitatem hominum procedi potest in causa alimentorum & pia cause.  
 1. Diminutio eorum que relista sunt in testamento fasta in codicilis per verba generalia, non extenditur ad quæ relista sunt pro alimentis.  
 2. Legata relicta nominatim ad hæredem alimentorum & pia cause fauore, à sublitato censemur tacere repetita.  
 3. Res ex qua salvi debet lega, n. alimentorum fauore, censemur pro legato obligata & hypothecata: idem in legato pio.  
 4. Actio personalis n. aliquo casu deur contra singularē successorem, uel colonum rei obligata, & n. seq.  
 5. Colonus non sibi, sed alijs possidet.  
 6. Argumentatio ab alimentis ad piam causam quando procedit.

**Congrue subnectitur nūc locus ab alimentis ad piam causam:** à quo sumptu argumētū est probabile, frēquētissimū & utilissimū. Vbicunq; enim lex aliqd statuit uel disponit fauore alimentorum, illa lex etiam locum habet in pia causa, quando ad eam applicabilis est, & quando eadem ratio militat in utroq;, nec aliter reperitur dispositum in iure, quia t. causa alimentorum, de se est pia fauorabilis, l. Mela. ibi, pietatis intuitu, cum ibi no. per glo. Bart. & DD. ff. de alim. & ci. leg. Multa autem specialiter statuta sunt à iure fauore alimentorum, quæ diligenter collegit Bart. in d. l. Mela. & Dd. alijs locis, ex quibus subsidente identitate rōnis quando aliter non reperitur dispositum à iure, & casus est applicabilis ad pia causam, & ex hoc ab alimentis argui potest ad piam causam, & maxima resoluta utilitas huius loci. Et in primis illud facit ad hoc, quod sicut fauore alimentorum t legatum incertum rōne suniq; est validū, & debetur inspecta patrimonij legantis facultate & persone legatarij qualitate seu dignitate, ut est tex. no. in l. si cui ff. de annuis leg. Ita erit in legato pio seu ad pias causas relicto, eadē rōne, & ita nobis uult gl. quæ hoc arg. utitur in d. l. si cui, & sequitur Lud. Ro. in repet. Aut. similiter, C. ad leg. Falc. i. 27. speciali pia cause circa ultimas voluntates. Secundū illud facit ad hoc, quod sicut in t causa alimentorum procedi

*potest*

## 364 LOCVS AB ALIMENT. A.D. &amp;c.

prædictis feriatis induito ob utilitatem hominibus, l. 2. de fer. & vult Bar. in d. l. Mela. Ita erit illo tempore procedi poterit in causa pia, eadem ratione. & istud est de mente Specie. in tis. de ser. sequitur, circa prim. & sequitur Ludo. Rom. in d. sua rep. Auth. similiter, in 8. speciali pia causa circa indicia. Tertio istud facit ad hoc, q. sicut t. fideicommissum à legato pro non scripto dependens, fauore alimentorum debetur ab herede, uel ab eo apud quem remanet: ut uolunt Bar. Alex. & Doct. in l. alio, in r. col. per illum tex. secundum unam lectruram, ff. de alim. & cib. leg. & idem Bar. in fin. ff. de his quæ pro non scrip. hab. & idem Bart. Alexan. Flor. de S. Petro, & Doc. in l. pater filium. § Tu scilicet, ff. de leg. 3. & Pet. de Anch. in Clem. 2. de relig. domib. licet alias legatum pro non scripto regulariter remaneat apud heredem substitutum vel coniunctum sine onere, l. vni. §. in primò. C. de cad. tol. Ita etiam fidei commissum ad pias causas dependens à legato pro non scripto deberur ab herede, uel ab illo apud quem remanet legatum, sit substitutus vel coniunctus. Ita not. voluit Bar. Alexan. Flor. de Sancto Petro, & Petr. de Anch. in locis supra commemoratis, & Pau. de Cast. in d. §. in primò, & dixi supra loco proximo. Quartò istud facit ad hoc, quod sicut t. fauore alimentorum relictorum in ultima uoluntate minus solenni, præstatio triennialis operatur, & inducit necessarium præstationem in futurum, ad si reliqua fuissent in testamento solentibus: ut est: textus singulariter in l. 1. C. de fideicommiss. Ita etiam hoc idem operabitur præstatio triennialis in reliquo ad pias causas in ultima uoluntate, licet minus solenni, eadem ratione. & ita singulariter decidunt Bartol. Bald. Alexan. Ias. in l. si certis annis, C. de pact. & idem Alexand. & Ias. in d. l. 1. quod est singulariter notandum, quia quotidiani. Quinto istud facit ad hoc, quod sicut fauore alimentorum diminutio eorum, quæ reliqua sunt in testamentum, facta in codicillis per uerba generalia, non extenditur ad ea, quæ reliqua sunt pro alimentis: ut est: tex. singulariter in l. libertis, secundo §. posthumis, ff. de aliment. & cib. leg. & uult Bartol. in d. l. Mela. Ita etiam

per

## LOCVS AB ALIMENT. A.D. &amp;c. 365

puerba generalia posita codicillis non minuitur legatum in testamento relictum ad pias causas: eadem ratione, & ita sing. uult Lud. Rom. in d. repe. Auth. similiter in 4. speciali pia causa circa ultimas uoluntates, & idem Ludo. in rep. l. si uero. §. de uiro, in 24. fallen. ff. solut. mat. Vbi ad hoc allegat tex. singul. in cap. si propter tua debita, de rescr. lib. 6. quod est bene notandum, quia est singulare & quotidianum. Sexto istud facit ad hoc, quod sicut fauore alimentorum t. legata reliqua nominatim ab herede, uel ab heredibus debentur à substituto, uel a coniunctis, à quibus alimentorum fauore censentur tacite repetita, ut est casus singul. in l. 4. §. Luciferius, secundum unam lectruram gloss. quam sequitur ibi Barto. ff. de alimen. & cibar. leg. & uult Barto. in dicta l. Mela, & Roma. in cons. 388. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione & ita singul. uult in d. repet. Auth. similiter, in 15. speciali pia causa circa ultimas voluntates, & faciunt quæ dixi supra loco proximo, quod est no. dignum & perpetuo memoriarum commendandum. Septimo istud facit ad hoc, quod sicut fauore alimentorum conditio ne t. mixta adscripta legato deficiere ob easum interuenientem in perlonam eius cui debet impleri, non deficit legatum: ut est tex. no. in l. illis libertis, secundum lectruram Bar. ff. de cond. & dem. & in l. r. C. de leg. cum si. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione, & ita singul. uult Rom. in d. rep. Auth. similiter, in 37. speciali pia causa circa ultimas uoluntates, & Franc. de Aret. in cons. 93. & faciunt quæ dixi supra loco proximo. Octavo istud facit ad hoc, quod sicut fauore alimentorum, relicto pro aliometris ab eo qui non est institutus vel honoratus, deputatus tñ executor, valet: ut est tex. in d. l. alio, secundum primam lectruram gl. quæ sequitur ibi Bar. Ita etiam hoc casu ualebit legatum ad pias causas, eadem ratione; quod & sentit Bar. in d. l. alio, & Ale. ibidem in apostol. ad Bar. & clarius lo. de Im. in l. centurio, ff. de uulg. & pupill. quod tene menti. Nonò istud facit ad hoc, q. sicut fauore alimentorum res ex qua solui debet legatum t. cense tur pio legato tacite obligata & hypothecata; et iure, ff.

v

vt est gl. not. in l. Lucius, ff. de alim. & cib. leg. & gl. in l. Caius, ff. de annuis leg. & gl. in l. ff. de contrahen. emp. & vend. & est de mente Bar. & aliorum in l. cum hi. §. si vni. ff. de transactio. licet glo ibi vacillet, & probatur in l. 2. in ff. ff. de alim. & cibar. leg. & ponit pro cōstanti Ro. in d. conf. 388. Ita etiam erit in l. gato pio: eadem ratio-  
ne. Et ista reperio expresse velle Rom. in sing. 421. in fine  
vbi per hoc singulariter dicit, quod si testator in eadem  
oratione posuerit legatum piuum, & rem ex qua volute  
gatum piuum persolui: licet postea rem illa in alienauerit,  
non censemur tale legatum per huiusmodi alienationem  
extinctum, ex quo dicta res censemur pro legato pio obli-  
gata & hypothecata, & non praeceps posita, vt ex illa lega-  
tum soluatur: & dicit se hoc habuisse de facto Roma, &  
iudicasse pro ecclesia sancti Pauli de urbe, cum domino  
Ioanne Milis, & domino Ioanne de Roma præstantissi-  
mis doctoribus. quod commenda memorie, quia est quo-  
tidianum, & mirabiliter declarat, l. quidam testamento,  
in prin. ff. de leg. 1. & l. Lucius, 1. & l. Lucius 2. §. ciuib. ff.  
de leg. 2. cum fin. Decimò istud facit ad hoc, q. sicut fau-  
re alimentorum prædio ab alimenta præstanda. alicui do-  
nato, alimētis non præstis donatori nedum datur actio  
præscriptis nērbis ut impleantur promissa, uerum etiam  
condicō ob cām ad repetendum. prædiūm ob cām ali-  
mentorum donatum, cā non sequunt: & quod fortius est  
rei uendicatio: ut est textus singularis in l. prima. C. de  
donationibus, quæ sub modo. Ira etiam erit in pia causa,  
cui aliquid loco alimentorum relictum fuerit ex realte-  
ri cum tali onere legata facta per testatorem in piam cau-  
sam cessione omnis iuris sibi quonodoliber competen-  
tis: eadem ratione. & ita consului pro Zellarenibus Me-  
chliniensibus. contra abbatem Vlrbacensem, qui non de-  
fuit, nisi post quam per tres sententias conformes suc-  
cubuit. Imò (quod fortius est) si prædiūm donatum, ut  
aliquis alimentetur, pereat chasmate, debentur nihil o-  
minus alimenta: ut decidunt Cy. Alber. Bal. Ang. & alij  
in l. 1. C. de iure emphy. Undecimò istud facit ad hoc, q.  
sicut actio personalis fauore alimentorum datur con-  
tra fun.

tra fundi possessorem, d.l. 4. §. Lucius, secundum intelle-  
ctum glofi, & Bar. quem tex. ad hoc reputat singularem.  
Roma in d. conf. 388. Ita etiam uidetur dicendum in pia  
causa uel ecclesia, eadem ratione: & ita reperio dicere  
Guidonem Papæ decisione sua 576. ubi plus dicit, uideli-  
cer quod cognitio talis cause spectat ad indicē ecclesia  
sticum, ut ibi latius per eum, & in additione illic posita:  
quod est benē notandum pro consuetudine quæ in diœ  
cesibus Leodiensi, & Cameracensi obseruata dicitur, uigo-  
re cuius pia loca, collegia, & ecclesiae, corā episcopō uel  
officiali suo passim & indistincte conueniunt colonos, tā-  
quam defructuatores bonorum ecclesie uel pia cause  
competentium, uel ei pro ariano censu uel redditu hypo-  
thecatorum: quamvis cum eis non contraxerint. Sed ad-  
uerte, quia ubi consuetudo iam introducta est, nullum ui-  
detur dubium, quia consuetudo inducit actionem, sicut  
statutum: argu. l. 1. ff. de condic. ex lege, & tribuit iuris-  
dictionem, l. 1. C. de emancipa. libero. & c. cūm conti-  
ngat, de foro comp. cum fini. Sed ubi non est consuetu-  
do introducta, posset dici omnino contrarium, per regu-  
lam l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. ubi ha-  
bes, quod actio personalis non sequitur fundum, uel fun-  
di possessorem: & ad supra adducta in contrarium facilis  
est responsio. & primò non obstat d.l. 4. §. Lucius, iuncta  
gl. quia ut ibi dicit Alber. de Rosa. post Dyn. gl. ibi som-  
nianit, & dato q. lectura gl. quam sequitur ibi Bart. esset  
uera, prout etiam sentit Alb. ibidem, tamen non plus ha-  
betur ex ea, quam quod uniuersaliter succedens hæredi  
obligato ut est substitutus uel coniunctus, tenetur actio-  
ne personali ad soluendum id, ad quod obligatus fuit he-  
res institutus. quod non est mirum: quia est successor u-  
niuersalis defuncti, & sic eadem persona cum defuncto,  
in Auth. de iureiu. à. mor. præt. in prin. collat. 5. iuncta  
l. licet imperator, cum sua materia. ff. de lega. 1. sed q. sin-  
gularis successor teneatur actione personali ad soluen-  
dum id, in quo is à quo cām habet actione personali  
est obligatus, non habetur ibi, imò contrarium habetur  
in lege ob cām, C. de act. & obl. & in l. solutum. §. solutam  
&

368. LOCVS AB ALIMENT. AD.&c.  
& ibi gl. & Doc. ff. de dig. &c. & quia iste est debitor debitoris, qui non conuenitur nisi confiteatur debitum, & nisi principalis debitor sit condemnatus & non soluendo, l. si cā, l. si debitum; & l. non prius, C. qn̄ fī. uel pri. deb. & legi si is qui, C. de p. nec est uerum t̄ q̄ colonus defensuat, qui non sibi sed alijs possider, l. male agitur, C. de p̄ficer. 30. uel 40. anno, & ille possidet cuius nomine possidetur, nō qui est in possessione, l. quod meo, in prim. ff. de acq. pos. & In st. de inter. §. retinendæ, circa ff. & ff. ie. quamur cōm & uerum intellectum, quem ad dictum §. Lucius, dāt Dy. Alb. de Ros. & alijs, tunc adhuc minus obstat d. §. Lucius: quia tunc nihil aliud habetur ibi, quam q̄ legatum alimentorum simpliciter sine aliqua cōdōne relictum liberto, debetur eidem, etiam si non habitauerit in eadem domo cum hærede patroni: quod memori teneas mente, quia uidi in ardua q. multum de hoc certari, & obtinuit quod dixi, non obstante auſtoritate Ludo. & Gaidonis, nec mirum, quia si bene consideres, Ludoic. in consilio uidetur uacillare, & ab eo quod prius dixit recedere, & lex super qua se fundat, nihil probat ut suprà ostendi. Guido etiam nihil ualidi pro se adducit ut uidere poteris per eum. In duobus tamen casibus admitti posset, quem conueniri actione personali rōne defrustrationis, primo, quando quis nomine proprio fructus colligeret ex re hypothecata ecclesiæ, pro annuo redditu ecclesiæ relicto pro alimentis seruitorum ecclesiæ; & secundo qn̄ quis nomine proprio colligeret fructus ex re ecclesiæ eidem relicta pro seruitio diuino & alimētandis seruitoribus ecclesiæ: iuxta notata in simili per Bar. in l. in summa. §. & sic. ff. de cond. ind. & faciunt ea quæ habentur & no. in l. si me, & Titiū. ff. si cer. pe, quia cum præstationes in his duobus casibus sunt fauorabiles, possit admitti competere actione personalem contra defrustratorem, ut dicimus, in tributis, l. imperatores, ff. de publ. & in decimis secundum Host. & alios in c. parochianos, de deci. de quo tñ sunt opinione, ut uideri potest per gl. & DD. in c. moderamine, 16. q. 1. & per gl. Panor. & DD. in c. tua nobis, in c. commissum, & in c. cum homine, de dec.

LOCVS AB ALIMENT. AD.&c. 369  
do tñ quod decimæ debentur & peti possunt cōditione ex lege, procedere posse quod dixi: in nullo tñ casuum prædictorum uidetur cognitio spectare posse ad indicē ecclesiasticum ubi defrustrator esset laicus: nisi dicam hoc cōtingere propter quasi sacrilegium commissum per talcm defrustratorem, qui rem ecclesiæ uel eidem hypothecatam cōtreat inuita ecclesia, uel saltē ea in scia: quo casu presumere debet ea inuita fieri, l. qui vas, §. vetare, ff. de furt. iunctis no. per gl. Aut. item nulla communitas, C. de epis. & cle. & in c. cūm sit generale, & in c. cōqueſtus, de fo. conip. sed licet hoc procedere posse, qf̄ quis defrustraret rem ecclesiæ sine titulo, tamen no pot habe re locum in casu, quo quis defrustrat rem suam propriā, ecclesiæ pro reditu anno hypothecatā: cūm hoc cauſe re propriam non ecclesiæ contrectet, & sufficiat eum coram iudice suo laico actione personali & hypothecaria conueniri posse. Tene menti prædicta, quia noua sunt ista & inaudita, uera tamen nī fallor & hec pro gusto iuuencib⁹ dando sufficiant, licet ad multa alia induci possit haec argumentatio ab alimento ad piam causam. Quæ argumen tatio t̄ tunc procedit, vt dixi, quando caus est adaptabilis, nec reperitur decisum contrarium, & quando eadem ratio militat in utroq; alijs secus. Hinc est, q̄ licet in causa alimētandi admittatur appellatio, l. ff. de ap. reci. & vult Bar. in d. l. Mela. in cā tamen pia admittitur appellatio, quia nō eadērō utrobique: nā in causa alimētandi idēcō non admittitur appellatio, quia ipsa alimenta re ipsa non recipiunt dilationem, nos mirum ergo, si non admittitur appellatio, iuxta regulam traditam in d. l. ff. quæ ratio cessat in causa pia, & ita expresse reperio velle Ro. in d. rep. Aut. similiter, in 6. speciali p̄z causæ circa iudicia, & Alex. in d. l. Mela. in apostillis ad Bar. quod nota. & uide quod dixi suprà loco proximo & in loco à simili, & qđ dicam infra in loco à speciali.

#### LOCVS A DOTE AD PIAM CAVSAM

1. *Dots in se pietatem habet.*

2. *Dots fruile gā nūlia: & que remissiū.*

A 2 Arguere

## 370 LOCVS A DOTE AD PI. CAV.

- 3 Arguere à dote ad piam causam quando licet.
- 4 Mandatū re integrā non finitur morte mandantis dotis & pia causa fauore.
- 5 Penitentia re integrā non admittitur in contractu innominato fauore dotis & piae cause.
- 6 Res empta per maritum de pecunia vel dote mulieris, potest vendari per mulierem.
- 7 In causa dotis potest procedit summarie & de plano. idem in pia causa.

**O**carrit nūc locus à dote ad piam causam, à quo sumptum argumētum est probabile, frequentissimum, & utilissimum: quia dos & pia causa equiparantur à iure, text. est not. in c. 1. §. donare, in tit. qua. olim. feu. poterat 1 ali. in usibus feu. & dos † in se pietatem habet, l. cūm is. §. si mulier. ff. de cond. ind. & uult Bal. in l. sicut, in f. C. de act. & ob. & idem Bal. in l. mandatū, C. mand. & est de mente Bar. in l. 2. §. fin. in prin. ff. de dona. & in l. si ego. ff. de iure dot. & de mēte Ale. d. l. cūm is. §. si mulier. & 2 quia † multa sunt priuilegia dotis collecta p. Spec. in te de dote post diuor. restituuntur in §. formariis, in f. & p. glo. Bar. Bal. Pau. de Cast. Roma. Io. de Imo. Alex. & Doct. l. 1. ff. solu. matr. & per Bald. & Salice. in Rub. C. de priuilegio dotis, & plenissimè per Baptis. de S. Blasio in suo singulari lib. de priuilegio dot. ubi ponit 356. priuilegia dotalia, & amplissimè per Bald. Nouellum in suo singula ri tractatu de dotibus, in 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. partibus. 3 ex quibus † subsistente identitate rationis, ubi contrarium non reperitur expresse decisum in iure, & casus est applicabilis ad piam causam, valide argui potest ad piam causam: patet luculēter quod iste locus à dote ad piam causam est utilissimus, & ad infinita induci posset. paucitatem gratia exēpli pro instruzione inueniū contentus ero. Et in primis haec argumentatio facit ad hoc, quod si 4 cut fauore dotis † mandatum re integrā morte mandantis non finitur, ut est text. sing. secundum unum intellectum in d. l. si ego. §. 1. licet regulariter mandatū finitur morte mandantis re integrā, dict. l. mandatum, cum sim. Ita etiam fauore piae cause morte mandantis re integrā

tegra

## LOCVS A DOTE AD PI. CAV. 371

tegra non finetur mandatum; eadem ratione. & ita similiter Bal. in d. l. mandatū, & sequitur Roma. licet occasione querat impugnādi in rep. Auth. similiter, C. ad legem Falcid. in 17. speciali piae cause circa contractus, & Hippo. de Marsilijs in singulari suo 44. & Franciscus de Crema singulari 143. Secundò facit ad hoc, quod sicut fauore dotis † in contractu innominato nō admittitur poentia re integrā, quin hēres cogatur adimplere uotum defuncti: ut est text. fin. secundū alium intellectū in d. l. si ego. §. 1. licet regulariter in contractu innominato admittatur penitentia re integrā, l. si pecuniam, in princ. ff. de condic. caus. da. Ita et fauore piae cause in contractu innominato re integrā non admittetur penitentia, eadem ratione. Et ita singulariter uult Bal. in d. l. sicut in f. & idem Bal. in d. l. mandatum, & sequitur Roma. in d. repetitione Auth. similiter, in 18. speciali piae cause circa contractus, ubi de hoc latet per eum. Tertiō facit ad hoc, q. sicut fauore dotis mulier creditrix cui animo compensandi reliktū est legatū ab uno ex hæredibus, potest repudiato legato, pro debito suo usque ad quantitatem legati conuenienter illum hæredem solam & in solidum est iniurium, ut est text. sing. in l. cūm ab uno, & ibi Bart. & Doct. not. ff. de lega. 2. quem text. etiam ad hoc ponderat & ualde excludat Pan. de Cast. in l. debitorum, C. de paf. & gl. Cy. & Doct. in l. pro hæreditarijs, C. de hēre. q. t. Ita etiam erit hoc casu in pia causa, eadem ratione. & ita uidi indicari in fauorem cuiusdam loci pīj Mechliniensis contra domini nū de Neuele. Quartò facit ad hoc, quod sicut res empta per maritum de pecunia uel dote mulieris potest uenidicari per mulierem, l. uxor marito. ff. de donatio. inter uxurum & uxorem, Ita etiam res empta per prelatum ecclesię de pecunia ecclesie uel piae cause, potest per ecclesię uendicari, eadem ratione. & ita singulariter decisit gl. in dicta l. uxor marito, & glo. in l. si ut proponis, C. de re uend. & utrobius Salic. & Doct. al ijs xpē locis. Quinto per hunc arguendi modū dixit Rom. in dicta repetitione Auth. similiter, in uono speciali piae cause circa iudicia, q. sicut in causa dotis † potest procedi summarie &

A a 2 de. a

172 LOCVS A DOTE AD PI. CAV.  
de plano, ut est tex. notab. secundum eum in Cle. dispensio, de iud. Ita etiam crit in pia causa, secundum eum.  
De hoc tamē, an in causa doris possit procedi summarie, & de plano, sunt opinione inter Doctores: & quod in causa doris possit procedi summarie & de plano, tenet Cardin. in d. Clem. dispensiosam, in 30. quest. Sed contrarium uolunt Bar. Bal. Ang. & Pau. de Cast. in d.l. 1. ff. solut. matr. Petrus autem de Ançh. in d. Clem. dispensiosam, distinguit in hoc quotidiano articulo, & credo eum dicere meram meritatem. Ioannes autem de Imo. & Alex. plenē hunc articulum quotidianum examinavit in dicta l. 1. Posset & ad infinita alia pulchra & quotidianae induci hæc argumentatio doris & pia cause, sed prædicta pro iuuenibus abunde sufficiunt. Reliqua uideat, & applicet studiosus cum otium superfuerit, & premisso adde quod dicam infra in loco à fisco ad dotem, & in loco ab alimentis ad dote, & in loco à dote ad alimenta; & in loco à speciali, & quod dixi suprà in loco à simili.

### LOCVS A FISCO AD ECCLESIAM; uel piam causam.

- 1 Fiscus & ecclesia equiparantur à iure. & n. 4. cū multis seq.
- 2 Fisci privilegia quæ sunt, cum nū. seq. & per totum locum.
- 3 Fiscus superueniens ad defensionem emptoris tribuit actionem suum indicem: idem in ecclesia. nū. 10.
- 4 Executor ad pias causas non potest alienare, nec dominium trahere, nisi presente pecunia, sicut nec procurator fisci.
- 5 Sententia lata contra fiscum, ecclesiam, & piam causam indefinitos propter absentiam suorum aduocatorum & procuratorum est ipso iure nulla.
- 6 Reus tenetur edere sua instrumenta fisco & ecclesia ad fundam eorum intentionem.
- 7 In causis fiscibus & pia cause proceditur die feriato ob uitatem hominum iudicio.
- 8 Fiscus nō tenetur confidere inventariū, nec tenetur ultra vim hereditarias, idem in ecclesia.

Scientia

- LOCVS A FISCO AD ECCLE. &c. 373  
Sciencia absque contradictione fauore fisci habetur pro consensio  
& operatur remissionem pignoris, idem fauore ecclesie.  
Fiscus succedens priuato uirtutur iure priuati pro tempore praes  
riū: pro futuro autem iure fisci, idem in ecclesia.  
Fisco & ecclesia fit mora re ipsa sine interpellatione.  
Fiscus habens rem cūmūnem cum priuato potest ratione partis  
totam vendere.  
Argumentatio à fisco ad ecclesiam uel piam causam quādo pro  
cedat.  
Consequentia ualerit, ita est in fisco, ergo idem erit in priuato, &  
contraria ratio specialitatis in fisco subſtit, uel nisi contraria  
ſi ſpecialiter in iure decifum.  
Intellexus l. non puto. ff. de iure fisci.

Offert se nunc locus à fisco ad ecclesiam uel piam ca  
lam, à quo sumptum argumentum est probabile. Vnde  
frequens & ualde utile: quia t̄ aequiparantur à iure, l. fi  
na. C. de sacrol. eccl. & S. finimus, iuncta glo. in Auth. de  
nō alie, aut permitt. reb. eccl. & cap. quid ergo, iuncta gl.  
23. q. 4. & est bona gl. in c. auditis & ibi Panorm. notat  
de in integ. resti. & quia t̄ multa sunt priuilegia fisci sub  
tiliter collecta per Bald. in l. r. C. de hær. actio. & per Sa  
lice. & Pau. de Cast. in l. fi. C. de priuilegio fisci, & per  
Azouem in summa, Cillo eod. tit. Ad infinita adduci po  
terit hæc argumentatio, arguendo à decisum in fisco ad ec  
clesiam uel piam causam, subsistente identitate rationis,  
ubi contrarium non repertitur expresse decisum in iure,  
& quando casus est applicabilis ad ecclesiam uel piam  
causam. Quod ut euidentius appareat, addo ultra priuile  
gia fisci posita per Azon. loco prædicto, per Bal. in d.l. 1.  
& per Sali. & Paulum de Cast. in d.l. fi. C. de priuileg.  
fisc. septem alia pulchra & singulare priuilegia fisci  
quorum primum est, quod repudians hereditatem de  
bitoris occasione tributorū, priuat oībus bonis q̄ accepit  
ab ipso debitore fisci, quocūq; titulo, ēt iter uiuos: casus  
est singularis, iuncta gl. in heredes, C. de omn. agro desex  
to. libr. 11. quem text. ad hoc ibi ponderant Bar. & Ioan.

A 2 3 de Platea

374 LOCVS A FISCO A DECCLE. &c.  
de Platea, & Roman. in sua repetitione Authen. simili-  
ter, C. ad leg. Falcid. in 14. speciali p̄ce cause circa con-  
tractus, & Corsetum in singn. 135. Secundum est, quod  
reus cogitut fisco edere instrumentata ad fundandum  
cuius intentionem: casus est singularis & vulgaris in l.  
ne quisquam ff. de eden. Tertium est quod fiscus p̄oreat  
species suas vetustate corruptas, quas per se sine ma-  
gno danno vendere non potest, nisi illas cum bonis mi-  
scat, licet immiseretur. ex. est sing. in l. 1. C. de con. i pub.  
hor. lib. 10. quem tex. ad hoc ponderat Ang. in l. anno  
nam ff. de extraordin. criminibus, & Roma. in sua repe.  
l. si uero. §. de iuro, in 10. fal. ff. sol. mat. Quartum est, q̄  
securitas alicui data à principe non extenditur ad debi-  
rum fiscale, nisi id expresse dicatur. ut est tex. not. in §.  
publicorum, in Auth. de mandat. princi. collat. 4. & vult  
Martinus Laudensis in lib. suo de priu. res. conclus. 14.  
& in libello suo de bello, conclus. 194. Quintum est, q̄

3 fiscus t̄ superueniens ad defensionem emptoris trahit  
actorem ad suum judicem, sc̄ coram procuratore Cesaris  
text. est singularis secundum vnam lecturam in l. si mi-  
nori. & ibi lō. de Platea not. C. de iure fisci lib. 10. Sextum  
est, q̄ scientiam creditoris absque contradictione fauore  
ris, i habetur pro sensu, & operatur remissionem pigno-  
ris. text. est notab. iuncta glo. in l. si hypothecas. C. de  
remis. pign. Septimi est, q̄ fiscus succedens priuato liceat  
nō vtatur iure suo, sed iuri priuati pro tpe prorito p̄  
tpe tñ futuro postquam res, obligatio, uel actio ad eum  
peruenit, utit iure & priuilegio suo: tex. est fin. mira de-  
territate declarans hanc materiam in l. fiscus. C. de iure  
fisc. Vnde dedicendo utilitatem ex hac argumentatione  
à fisco ad ecclesiam. uel piam causam resultantem ad  
vsum fori, referam pro instructione iuuenum ex multis  
paucis, pulchris, & quotidiana exemplis & in primis hoc  
argumento vtitur glo. ad notabilem effectum in l. si pro-  
curator. §. si ff. de iure fisc. & eam sequentur & commendat  
Pan. in c. 2. in fi. de prec. & Bar. in l. à diu Pio. §. sed si  
emotor. ff. de re iu. ubi per hoc concluditur, quod execu-

trans

LOCVS A FISCO AD ECCL. &c. 375  
trāferre, nisi presente pecunia, & sic non p̄t h̄c fidem  
de precio, sicut nec procurator fisci d.l. si procurator, in  
fin. & ibi hoc firmat Alb. de Rosa. èt decreto & solennita-  
tibus interuenientibus secundum eum: quod nota. Se-  
cundò h̄c argumento utitur gl. in l. vn. C. de sen. aduer.  
fiscum latius retr. li. 10. ad illum effectum q̄ sicut senten-  
cia t̄ lata contra fiscum indefensum propter absentiam  
sui aduocati, est ipso iure nulla, vt ibi dicit glo. & idem si  
feratur procuratore eius absente, ut not. gl. in l. 3. §. di-  
mus, ff. de iure fisc. quas gl. refert & sequitur 10. de Platea  
& post eum. Pirrhus in d.l. vn. Ita etiam sententia lata  
contra ecclesiam, uel piam causam indefensam propter  
absentiam sui aduocati vel procuratoris, est ipso iure  
nulla cum ecclesia, & pia causa gaudeant eodem fauore,  
quo fiscus: iuribus supra in principio alleg. & ita expresse  
reperio velle Pau. de Calt. in l. uel amento. C. de postu.  
& Pirrhus in d.l. uni. & quod sententia lata contra ecclē-  
siam indefensam est ipso iure nulla, vult glo. in l. si preses,  
& ibi eam sequuntur Bal. Sal. & Docto. C. quo. & quan.  
iud. & est rex. vt arbitror in c. 1. de reb. ecclēsiae non alie.  
lib. 6. qui non consuevit ad hoc allegari. Tertio isto argu.  
utitur glo. in l. imperatores. ff. de re iudicata. ad illum effe-  
ctum, quod sicut respublika t̄ uel fiscus aduersus senten-  
tiā contra se latam ex speciali priuilegio restituuntur in  
integrum pretextu instrumentorum de nouo reperto  
rum: ut ibi est text. licet secus sit in priuato, ut est tex. in l.  
sub specie. C. de re iud. Ita etiam ecclesia, cum gaudeat eo  
dem fauore quo fiscus: & hoc sequitur Bar. & Doct. in d.  
imperatores, & Io. de Plat. in d.l. vnica, & glo. Sali. Pau.  
de Calt. & DD. in d.l. sub specie: ubi vide. Quarto isto ar-  
gumento utitur Bal. in l. qui in testamento. ff. de excus. tu-  
to. Vbi per hanc æquiparationem dicit, quod sententia  
lata contra fiscum, uel ecclesiā per falsas probationes  
contra absentem scienter factas, est ipso iure nulla: & alle-  
git notata in d.l. vni. & l. si pr. tor. §. Marcellus. ff. de iudi.  
& cum eo transit Io. de Plat. in d.l. uni. Quinto per istam  
æquiparationem fisci, & ecclēsiae seu p̄ce causa inferatur  
singulariter, quod si sunt duo t̄ testamenta, & nascitur

A a 4 quod

376 LOC. A FISCO AD ECCL.&c.  
quod est prius & quod posterius, quia sunt confecta  
dem die uel hora, licet regulariter ambo se contundant, &  
neutrū ualeat, iuxta notata per glo. in l. 1. §. non autem,  
& ibi per Bar. ff. de bon. pos. secun. tab. & not. per gl. &  
Doct. in l. si. C. de edito diu Adria. toll. & notata per gl.  
& Canon. in c. duobus, de rescri. lib. 6. tamen sicut fauore  
fisci in dubio temporis præsumitur pro fisco, ut est casus  
sing. secundum unam lecturam in l. 1. C. de iure filii. 10.  
& uult Bal. in d. l. 1. C. de her. vel act. vend. & Salicer. &  
Pau. de Cast. in d. l. si. Ita etiam fauore pia cause in dubio  
temporis præsumitur pro pia causa. Ex quo sequitur, q  
in dubio temporis illud testa. præsumitur esse posterius,  
in quo pia causa est instituta, vel pia causa est aliquid re  
latum: quia hoc expedit pia cause: & ita singu. notavit  
Barbaria. in ca. relatum 1. de testa. & idem ante eum re  
perio velle Roma. in d. repe. Auth. similiter, in 12. speciali  
pia cause circa ultimas voluntates. Idē ēt reperio velle  
Laf. in d. l. si. C. de edi. diu Adr. tol. ubi dicit se sic confu  
luisse Brixie in causa hospitalis magni. Sexto ex ista equi  
paratione fisci, & pia cause inferri potest aliud singulare,  
uidelicet quod si non constet donationem factam priuato  
to præcessisse obligationem bonorum generalem seu hy  
pothecam, quam habet ecclesia vel pia causa in bonis do  
natoris, in dubio præsumitur talis donatio facta priuato  
fecuta generali obligationem bonorum factam ecclesie  
uel pia cause: ergo talis donatarius si uult triūphare con  
tra ecclesiam vel piam causam agentem actione hypothe  
caria, debet pbare donationē præcessisse hypothecā licet  
regulariter aliud sit, l. d. reb. C. de do. ante nup. cum enim  
hoc reperiatur in fisco, pro quo in dubio temporis presu  
mitur: ut est casus sing. in d. l. secundum unam lecturam  
C. de iu. fil. li. x. & vult Bal. in d. l. si debitor, C. de priu. si.  
& idem Bal. in d. l. 1. C. de her. vel act. uend. Sali. & Paul.  
de Cast. in d. l. si. & Ange. in §. illud. 2. in Auth. de crimen &  
semif. & Lud. Ro. in suis sing. singu. 160. & Corse. in  
singulari. 13. Ergo ēt idem erit in pia causa que fisco equi  
paratur, iuribus sup. in principio allegatis: & ita singulare  
ter determinat Roma. in dicta repetitione Authent. c.  
similiter

LOCVS A FISCO AD ECCL.&c. 377  
similiter, in 13. speciali pia cause circa contractus: & est  
de mente Barto. in lege 1. in principio. ff. de sol. matr. &  
vult expreſſe Ioan. de Platea in d. l. 1. C. de iure fisci libr.  
10. & faciunt notata per Franciscum de Crema in su  
gulari 35. quod est singulariter notandum, quia multum li  
mitat d. l. de rebus. Seprinò ex ista æquiparatione fisci &  
pia cause inferri potest & hoc singulare, q sicut t fauore  
fisci reus tenetur ei edere sua instrumenta ad fundan  
dum ipsius intentionem, ut est tex. singu. in d. l. ne quis  
quam. Ita etiam pia causa agentem reus cogetur sibi edere in  
strumenta sua eadem ratione, & ita sing. determinat Bart.  
in c. 1. de proba. & sequitur ibi Fel. & Ludo. Roma. in d.  
rep. Auth. similiter, in 5. speciali pia cause circa iudicia,  
quod commenda memoria, quia est quotidianū. Ora  
nō ex ista æquiparatione fisci & pia cause inferri potest  
aliud singulare, videlicet q sicut in causis fiscalib. t proce  
ditur die feriato ob utilitate hominum induc̄to, ut  
est tex. in l. publicas, C. de fer. Ita etiam poterit procedi  
dictis diebus feriatis in causis ecclesiæ & piorum loco  
rum eadem rōne. & ita not. determinat Spe. in tit. de fer.  
§. sequitur, in prin. & sequitur Roma. in d. repet. Auth. si  
militer, in 8. speciali pia cause circa iudicia: & idem fir  
mant & ualde exclamant Pan. & Felin. in c fin. de iud. qd  
memori teneas mente. Nonō ex ista æquiparatione fisci  
& ecclesiæ vel pia cause inferri potest & illud singulare,  
io quod sicut fiscus t superueniens ad defensionem empto  
ris, trahit auctorem ad suum iudicem, scilicet coram proc  
raore Cæsaris: vt est tex. sing. secundum vnam lecturam  
in d. lege si minori, & ibi Ioan. de Platea notat. Ita etiam  
est in ecclesia, vel pia causa eadem ratione, & ita deci  
dit gloss. sing. in cap. clericum nullus præsumat, 11. q. 1. li  
cer secus sit in priuato. leg. uenitor. ff. de iudic. & lege  
1. C. ubi in rem actio. & istud expreſſe firmat Ioā. de  
Platea in d. lege si minori, & idem Io. de Platea in l. 2. C.  
de suarijs, lib 11. Contrarium tamē istius determinat  
Panor. in c. si. de empt. & vend. quem omnino uide. Deci  
mō ista æquiparatio fisci, & ecclesiæ, seu pia cause facit  
11 ad hoc quod sicut fiscus t non tenetur confidere inuenta  
rium

rium, nec tenetur ultra vires hæreditarias, l. i. s. an bona, & ibi gl. & Bar. ff. de iure fisi. & l. non possunt, eod. tit. licet secus sit in priuato, l. f. C. de iure delibe. Ita etiam ecclesia, & pia causa gaudebit eodem priuilio eadem ratione, & ita no. dicit Bal. in Aut. sicut alienatio, C. de sacro. eccl. & sequitur Pan. de Catt. in l. si seruus plurimi, s. si ante, ff. de leg. i. & idem Pan. de Catt. in Aut. ingref si, in 3. col. C. de sac. eccl. quod est memorie commendatum, quia quotidianum. Undecimò ex ista equiparatio ne potest inferri aliud singulare, videlicet, q. sicut fauore fisci scientia † abiq; contradictione habetur pro consensu, & operatur remissionem pignoris, ut est tex. nota, iuncta sua glo. in d. l. si hypothecas. Ita etiam fauore ecclesie uel pia cause scientia, & patientia habebitur pro consensu, & operabitur remissionem pignoris: & ergo si debitor rem mihi pignoratam præsentem, sciente, & non contradicente, donaret ecclesie uel pio loco, ualeret donatione, & céleretur remissum pignus fauore ecclesie seu pia cause: eadem rōne, qua censemur remissum pignus hoc casu fauore fisci: & ita reperio tentire Bald. in l. i. per illum tex. loquenter in libertate, C. de remiss. pig. & uolunt Roma. & Alex. de Imo. in l. quæ dotis, ff. sol. matr. Duodecimò ista æquiparatio facit ad hoc, q. quem admodum † fauore fisci instrumento subtrato statut depositionibus testium deponentium de tenore instrumenti, licet non sint adeò periti, ut sciant cognoscere defectus instrumentorum, vbi alias hoc requiretur l. 2. §. diuinus, & ibi no. per Bar. ff. de iure fisi. & per DD. in l. fi de possessione, C. de prob. & per gl. Pan. & Cano. in c. cum olim, de priuili. Ita etiam erit in ecclesia uel pia causa qua gaudet beneficio, & priuilegio fisci, iurib. suprà in priu. alle. cum utrobiq; not. per gl. & DD. & ita in specie decidit Propri. c. quis nesciat, 9. dist. Decimoterio ex ista æquiparatione fisci, & eccl. seu pia cause inferri potest, & illud singulare, q. sicut fiscus potest dare remissam in emphyteusin cum pacto, q. nō cadat in cōmissum ob canonem non solutum, ut est tex. in l. fundi, C. de fun. patri. li. n. Ita etiam ecclesia, uel eius prælatus poterit

terit dare in emphyteusin cum illo pacto, eadem ratione, & ita sing. reperio uelle Bar. & Io. de Platea in d. l. fundi, & sequit Francischinus in suo singulari lib. feudor. parte 2. q. 17. quæ omnino uide, quia citat alios idē tenentes. Decimoquarto ista æquiparatio fisci, & ecclesie uel pia cause facit ad hoc, q. sicut ex diuitia uel de cennali præstatione præsumitur præsumptione iuris cōtracta obligatio allegata, nedium contra priuatum, sed etiam contra fiscum, ut est tex. sing. in l. cūm de in rem uerso, ff. de usu. Ita etiam erit in ecclesia uel pia causa, ut contra eam præsumatur contracta obligatio allegata ex diuitia præstatione, licet contra eam non præscribatur, nisi spatio 40. ann. c. de quarta, de præscr. & Auth. quas actiones, C. d. sac. eccl. & ita sing. reperio decidere Bal. in d. l. cūm de in rem uerso: & idem ibi uolunt alij scribentes, & Panor. in c. peruenit, de cens. q. imis reponas sensibus, q. a est utile, & singulare. Decimoquinto ista æquiparatio fisci, & ecclesie seu pia cause facit ad hoc, quod sicut fiscus succedens priuato non uititur iure suo, sed iure priuati pro tempore præterito, pro futuro autē tempore postquam res, obligatio, uel actio ad eum peruenit uititur iure, & priuilegio suo: ut est tex. singu. in d. l. fiscus. Ita etiam dicendum erit in ecclesia uel pia causa, ea dem ratione. Et ergo si tu incepisti præscribere rem Titij, qui erant prælens in eadem prouincia, & continua- si ulq; ad dimidium præscriptionis possidendo ipsam per quinquennium, deinde dominum peruenit ad ecclesiam uel priam causam, ut puta quia d. Titius eam legavit ecclesie uel pia cause, pro complendo alia dimidiam non sufficit possidere eam per aliud quinquennium sed requirentur 20. anni, quia illi faciūt dimidiā præscriptionis 40. annorū: quæ requiritur cōtra ecclesię uel pia causam: d. c. de quarta, & præal. Aut. quas actiones, & sic præscribes illā rem, possidēdo eām bona fide, & iusto tūlo per 25. annos: nam ecclesia de prima dimidia completa contra priuatum illis 5. annis habebit acquiescere & pro residuo tempore uitetur iure suo: Ita no. uult gl. Auth. quas actiones per d. l. fiscus, & ibi hoc firmant

Cyn.

Cyn. Bar. Bal. Pan. de Ca. & alij, quod no. quia est singula  
lare, & notabile. Causa tamen, quia d.l. fiscus, super qua  
se fundant gl. Cyn. Bar. Bal. Pan. de Cast. & alij, non lo  
quitur in præscriptione, sed in obligatione, in qua fiscus  
succedit priuato: glo. tamen in l. apud Iulia. uerfi. Marcel  
lus, ff. ex quib. cau. in poss. eat. extenuit eam in successio  
ne præscriptionis, & est gl. in d. Aut. quas actiones: Qua  
re de hoc articulo præscriptionis pulchro, & quotidiana  
no uide latius per Cy. Bal. & DD. in d. Auth. quas actio  
nes, ubi de hoc reperies satis plenè. Decimo sexto ista  
æquiparatio fisci, & ecclesie, seu pia causa facit ad hoc,  
15 qd. sicut fiscus † contrahendo cum aliquo priuato pra  
fertur in bonis post suam obligationem quæsitus priuato  
et anteriori in tpe, habenti omnia bona secum contra  
hentis præsentia, & futura obligata: ut est tex. sing. in  
l. si is qui, ff. de iur. fis. Ita et sit in ecclesia uel pia cauâ,  
eadem rône per supradicta. Et licet neminem repere  
rim hoc dicentem, credo tñ hoc uerfi, quia idem fauor de  
bet ecclesiæ quæ fisco, & magna est rô, quæ pro religio  
ne facit. I. sunt personæ, ff. de relig. & sum. sum. cum sim.  
qd. nota. Cogita tñ, qd. in hoc casu reperio gl. tenere con  
trariis in dore, in l. assiduis, C. qui pot. in pig. ha. Sed Sal.  
ibidem in 3. q. renet contra d. gl. concludendo idem esse in  
dore, qd. in fisco. Decimo septimo ista æquiparatio fisci,  
16 & ecclesiæ facit ad hoc, qd. sicut fisco † fit mora re ipsa si  
ne interpellatione ut est glo. reputata sing. in l. cum qui  
dam, §. fiscus, ff. de usur. Ita et ecclesiæ fit mora re ipsa,  
vt est glo. sing. in §. item mixta, in uerb. iudicium, insit  
de act. & uolunt Bar. Alex. & Iasi. l. j. C. de his quib. ut  
indig. & Doct. alijs locis: ut latè declarabo infra in loco  
à minorib. ad fiscu, ubi uide. Decimo octavo istud facit  
17 ad hoc, qd. sicut fiscus habens † rē cōem cum priuato, p  
rōne partis tota uendere ut est tex. in l. vn. C. de vē. rer.  
fis. eū priua, cōmu. li. 10. Ita et ecclesiæ habēs rē cōem cū  
priuato, pōt rōne partis tota uendere, eadem rōne. Ita  
notab. uolunt Ioan. de Plat. & Pirhus in d. l. unica: qd.  
nota. Decimononō istud facit ad hoc, qd. sicut fiscus uen  
dens rem tanquā pertinentem ad unā stationē, quæ ad  
illam

illam stationem nō pertinebat, sed ad aliam non possit  
renocare eam in uenditionem sub pretextu, qd ad il  
lam stationem non pertinebat, ut est tex. in l. i. C. ne fi  
sci. rem quam vend. Ita et est in ecclesia, eadem ratione.  
Et ergo si abbas habens plures conuentus sub se, uedar  
soleniter rē unius tanq; alterius, non poterit pretextu  
huiusmodi erroris reuocare dictam uenditionem: Ita  
not. dicit glo. in d. l. i. & sequitur ibi Bar. Io. de Pla. &  
Pirhus: de quo uide ibi latius per eos. Posset & ad mal  
ra alia pulchra, & quotidiana induci hæc æquiparatio fi  
sci, & ecclesiæ uel pia causa, sed prædicta pro incertib.  
abundē sufficient. Dummmodò tñ meminerint, tñ bona  
18 tesse argumentatione à fisco ad ecclesiæ uel pia cām: &  
privilegia cōpetentia fisco tunc obseruari i ecclesia, uel  
pia cā, qd. eadem rō militat in utroque, & quando con  
trarium non reperitur exp̄r̄s dec̄sum in iure, & qd.  
privilegia fisci sunt talia, qd. congruunt ecclesiæ uel pia  
cause, & ad ea applicabilia sunt, alias secūs: ut dixi suprà  
in simili in loco à milite armata militiæ ad milite coele  
fis militiæ, circa si. & scep̄e alibi. Dummmodò etiā mem  
nerint, non ualere hanc consequētiā, lex loquitur in  
19 fisco, ergo non habet locum in priuato: Imò † econtra  
ualeat consequētia: ita est in fisco, ergo idem erit in pri  
uato, & econtra, nisi appareat cū uel rō specialitatis in fi  
sco, uel nisi contrariis sit specialiter dec̄sum in iure, tex.  
est not. in l. itē uenient, §. aptanda, in uer. in priuatorū,  
& ibi gl. Pau. de Cast. & Doct. no. ff. de peti. hæred. & i  
l. l. & ibi eriā gl. Pau. Cast. & Doct. C. eo. ti. & vult Odo  
fie. in l. iustum, C. de eden. & est tex. cū gl. in l. iustas, &  
ibi Io. de Pla. not. C. de iur. fis. li. 10. & tex. cū glo. in l. 2.  
& ibi et Io. de Plat. no. C. de pasc. pub. uel prima. li. 11. &  
bona gl. in l. si fundum, & ibi Sal. no. C. qui pot. in pign.  
hab. & vult Iasi. in §. in bona fidei. Inst. de acti. Et de into  
possent dari infinita exépla, sed tria proposuisse conten  
tus ero. Primū, si incarcératus pro debito eximatur, te  
net eximēs creditori soluere dc. pprio, quasi fideiussor  
exépti: tex. est sing. in l. quoties, C. de exacto trib. li. 10.  
qd. nedū locum habet in eximente debitorem fisci, seu  
etiam

etiam eximenter debitorem priuati, secundum Bar. And. de Baru. & alios in d.l. quoties quamvis tex. loquaturi eximenter debitorem fisci, & licet aliud senserit ibi glo. & ita etiam tenet Bal. in l.addictos, circa f.i. C.de episco. audi. & Io. Fabr. in §. item aduersus, circa finem Inst. de actio. Imò plus sing. uoluit Sal. in l. in bona fidei, C. de reb. cred. uidelicet, q̄ eximens incarceratedum pro debito teneatur soluere creditorū, etiam si talis exēptus denū incarcetur: quod dictum refert & sequitur Ias. in l. 1. §. quod prætor, circa fin. ff. ne quis eum qui in ius uoc. est ui exi. Secundum sit hoc, qui ostendit se tribus annis proximis soluiss. e. præsumitur pro præteritis præcedentibus annis soluiss. tex. est singu. in l. quicunque, C. de apo. pub. lib. 10. qui tex. licet loquatur in fisco, habet tñ locum in priuato, puta in emphyteuta: gl. est not in l. 2. C. de iur. emphy. quam ibi sequitur Sali. in 2. q. dicens Dignum sic consuluisse, & se de facto ita obtinuisse: & idem uult Sali. ibidem in 8. q. circa fin. & Ias. illuc dicens, d. glo. not. & approbari per omnes: & idem uult Sali. in d.l. cum de in rem uestro. Item sit tertium, quod priuata scriptura non facit fidem pro scribente, l. exemplo, & rationes, C. de probat, qui tex. licet loquatur in priuato, habent tamē locum etiam in fisco, tex. est sing. in l. inter chartulas, C. de conue. f.i. deb. lib. 10. & idem in infra nitis alijs tabulis, quos commémorare magis effet labo riosum, quam subtile. Nec premissis, quatenus dixi fisca

20 multūm esse priuilegium † obstat l. non puto, ff. de iure fisci, quæ singulariter nult, quod in dubio iudicandum est pro priuato contra fiscum: quia d.l. non puto, debet intelligi, quando fiscus tractat de lucro, & priuatus de damno, quia tunc in dubijs questionibus iudicandum est contra fiscum: Secūs autem, si fiscus ueniat ex contractu suo, vel alterius cui successit, quia tunc fiscus est magis fauorabilis, & priuilegiatus: & in dubio pro eo, & non contra eum sententia ferenda est: Ita sing. dicit Ias. in l. de die, ff. qui satisda. cogan. & Alex. de Im. in d. l. 1. ff. sol. mat. & idem Alex. in d.l. non puto, in apostillis ad Bar. ubi refert hoc uoluisse Iacobum de Bel. in l. uni.

in

LOC. A FISCO AD DOTEM. 383  
in f.i. C.de cad. toll. & idem etiam uult Ang. in §. fi. Inst. de acti. idem etiam uult Ang. in §. fi. Inst. quib. mo. testa. infir. referens hoc uoluisse Raphaelem in d.l. non puto, & Doc. sepè alibi, quæ omnia commenda memoriz. tanquam pulchra, utilia, singularia, & quotidian, & vi de quod dicam infra loco proximo, & in loco à republi ca ad ecclesiam uel piam causam. \*

## LOCVS A FISCO AD DOTEM.

- 1 Fiscus, & dos in quibus conveniunt, nu. 2. 3. 4. & in quibus differant, nu. 5. cum seq.
- 2 Fiscus in delictis an habeat saciatam hypothecam.
- 3 Occurrit nunc commodissimè locus à fisco ad dotem à quo sumptum argumentum est probabile, frequēs & utile, quia paribus passibus ambulant, l. dotis tua, & ibi no. C.de iure dot. & l. 2. cum glo. C.de priu. fisci. Et illo arguento uitetur Iustinianus Imperator in Auth. ut exactio. inst. dot. §. 1. Conueniunt † enim in hoc fiscus, & dos, seu mul. er ratione sua dotis, quod uterq; habet tacitam hypothecam ex contractu secum intito: de fisco est tex. in l. auferetur, §. fiscus, ff. de iure fis. & in l. 2. C. in qui. ca. pi. tac. contra, & de muliere est tex. in l. vñ. §. 1. C. de rei vxo. act. in l. f.i. C. de pact. conu. in §. fuerat, inst. de act. in l. assiduis, C. qui pot. in pig. hab. & in c. ex literis, de pig. Vnde si concurrant inuicem, præfertur qui prior est tempore, d.l. dotis tua, & præal. l. 2. C. de priu. fis. Hec ergo æquiparatio fisci, & dotis facit ad multa. Et inter alia primo. ad hoc, quod † sicut fiscus ratione sua tacitæ hypothecæ non præfertur priuato anteriorem expressam hypothecam habentij. l. si fundum, C. qui pot. in pig. hab. & l. si pignus, ff. eod. titu. Ita nec mulier in dote ratione sua tacitæ hypothecæ præfertur creditoribus anteriorem expressam hypothecam habentibus, secundum opinionem gloss. & commen: de qua in d. §. fuerat, & in d.l. assiduis, & ibi Sa licet.

- Sal.li.2.q. Scđo ista æquiparatio fisci & dotis facit ad hoc, quod sicut fiscus ē facione sua tacite hypotheca prætetur omnibus creditoribus generalem expressam hypothecam, ē anteriorem tempore habentibus, i postea quæstis, ut est tex. sin. in l. si is qui. ff. de iure fi. & admiculatur l. 3. C. de priuile. fisc. Ita etiam dicendum erit in dote: quia in dubijs fauendum est dote; l. in ambiguis, pro dot. de reg. iu. & ita post multa concludit Salyc. & dicit summē notandum in d.l. assiduis, in 3.q. licer gl. ibi velit contrarium. Salyc. tamen de hoc dubitauit in dicta l. 2. C. de priuile. fi. Tertiō ita æquiparatio facit ad hoc, q. sicut in ē dubio qn ignoratur, an obligatio fisci præcesserit obligationem priuati, vel econtra: fuitur fisco, & obligatio fisci præsumitur prior, vt est tex. sing. secundum unam lecturam in l. 1. C. de iure fi. libr. 10. Ita etiam dicendum erit in muliere agente pro sua dote: cum paribus passibus ambulent, iuribus suprà in princ. alleg. & ita tener Salic. in d.l. assiduis, in 3.q. in fi. dicens hoc summē notandum. Circa hoc autem cadit pulchra, & dubitabilis quæstio: quid si fiscus & mulier inter se disceptent contra tertium, & non appareat quis fuerit prior in hypotheca tacita, quia eadem die contrarerint; quis præfertur, de qua q. vide per Bal. in d.l. dotis tuæ, quem sequitur Ias. in d. S. fuerat, & plenius per Salice. in d.l. 2. C. de priuile. fi. qui inter se variant: probabilior tñ & æquior videtur opinio Salie. distinguens casus per rationes suas. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio, sed predicta pro innenibus sufficiant. Animaduerte tñ circa primis, quia fiscus & mulier ratione sua dote in multis ambulant disparibus passibus: Primò, in cā ē primipilari, in qua fiscus est potior, k. uelitas, C. de primipilo li. 11. & lsatis, C. in quib. cau. pig. uel hyp. tac. contra Secundò in alio, q. a mulier ratione sua tacita hypotheca præfertur priuato habenti ē tacitam hypothecam anteriorem tē pore, d.l. assiduis, & est cōclusio Sal. in Aut. quo iure, vbi hunc articulum quotidianum latè examinat, C. qui pot. in pig. hab. sed non sic est in fisco, lege vnic. C. rem alienam gerentibus, & præal. l. si pignus, & sic in hoc mulier

lier est priuilegior fisco: & ita réperio expresse velle Sal. in d.l. assiduis, in 2.q. circa fi. & est de mente Io. de Plat. in l. vnic. C. de pœnis fi. cred. præfer. libr. 10. & idem vult Dyn. in reg. qui prior, de regul. iur. libr. 6. Tertiō non ambulant parib. passibus, quādo fiscus prætendit ius ad bona alicuius ex maleficio, quia illo casu ē dos præfertur fisco, licet sit posterior tēpore: ita sentit Bald. in d.l. dotis tuæ, in noua lectura, licet in antiqua lectura aliud velit, & non bene: & ratio est evidens quia in delictis fiscus non habet tacitā hypothecā, vt notatur per gl. in l. rescriptum, in prin. ff. de pactis, & in d.l. auferitur. S. fiscus. De hoc tamen articulo quotidiano ē an in delictis uel maleficijs fiscus habeat tacitam hypothecam, uel non, uide latij per Cyn. Sal. & Doct. in l. si quis post hac, C. de bonis proscript. & per glo. Ioan. de Platera & Doct. in d.l. vnic. & plenissimē p. Bal. Alex. & alios in d.l. rescriptum. Et generaliter quis cui ex credito ribus præferatur, vide per gl. & Doct. in l. priuilegia, ff. de priuileg. creditor. & p gl. & Doct. in d.l. si is qui. & p. Jo. de Platera ī d.l. vnic. & accuratissimē ac plenissimē p. Dy. in d. regula, qui prior: ex quib. patet, q. fiscus & dos regulariter se habet ut paria, in aliquibus autem vt excedentia, & excessa. Ex quo ulterius patet, quando hæc argumentatio procedit, & quando non. Illud tamen nō est omittendum, quod si fiscus sit creditor ex maleficio ē priuatus, vt quia propter homicidium fisco debetur certa quantias ex bonis delinquentis, & certa quantitas ē debetur hæredib. occisi, hoc casu quia ambo sunt creditoris eiusdē tituli, idest, ex maleficio, fiscus \* p. fertur hæredibus occisi in executione. Ita fin. dicit Bal. in d.l. rescriptum. quod est summē notandum, quia limitat & restringit multum dictam legē, unicam, nec memini me alibi legisse: sed licet magna sit authoritas Bal. non tam credo hoc dictum indistincte uerum. quid enim si aliqui furto uel ui subtracta sint mille, que æquitas suadebit fiscum præterri furtum uel uim passio aut eius hæredi, si utrique ex integro non potest satisfieri? certe meo iudicio nulla. Vnde credo distingendum. Aut pri-

*ADD.*  
*\*Præfer*  
*tur. Vide*  
*tamen in*  
*l. 1. C. de*  
*P. & fisc.*  
*cred. præ*  
*fert. & ibi*  
*glo. Bart.*  
*Et Io. de*  
*Pla.*

uato quid ab est, ita quod certat de damno uitando, sicut  
verò de lucro captando: & tunc credo priuatum debet  
preferri fisco, & sic procedit d.l.vnic. & l.non puto. ff.de  
iure fis. Aut priuato uel eius hæredi nihil abest, sed uter  
que certat de lucro captando non de damno uitando, vi  
in casu Bal. & tunc credo decisionem Bal. veram. Aut si  
fiscus prosequitur rem familiarem, vt quia agit pro dāno  
dato in fundo fiscali & priuatus similiter, & tūc ēt credo  
decisionem Bald. veram: quam hoc modo uidetur intel-  
ligere Alexā. de Imo. in d.l. rescriptū. quod cōmenda' me  
moriæ, quia potest frequenter contingere. & vide quod  
dixi suprā loco proxime:

## LOCVS A FISCO AD MINORES.

**I** Fiscus & minores æquiparantur: & per totum.

**N**unc subiectemus locum à fisco ad minores; à quo  
sumptum argumētum est probable, frequens & vti-  
le, quia f. æquiparantur: gl. est not. in l. si procurator. §.  
ff. de iure fis. quæ relata ad tex. sing. decidit; quod ha-  
bens potestatē vendendi rem minoris, nō potest habere  
fidem de pretio, sicut nec habens potestatē vendendi  
rem fis. Ex quo sequitur, q. non transfert dominium, ni  
fi sit solutum pretium: & hoc ibi tenet & cōmēdat Bar.  
& alij post eum. idem etiam vult Bar. & alij post eum in  
l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. & idem dicen-  
dum est in prælatu ecclesiæ vēdente rem ecclesiæ, ut nō  
possit habere fidem de pretio, nec transferre dominium  
pretio non soluto, vt vult gl. in d. §. fin. & Bar. in locis su-  
prā commemoratis, & Pan. in c. 2. circa ff. de precar. &  
frequenter alibi: quod nota. Secundò hæc æquiparatio  
fisci & minoris facit ad aliud, uidelicet, quod sicut senten-  
tia contrafiscum uel rem publicam lata, potest ex specia-  
li priuilegio retractari, instrumentis de nouo repertis: ut  
est text. in l. imperatores. ff. de re iud. Ita etiam dicendū  
est in minori maximè pupillo, eadem ratione: cùm gau-  
deat eodē priuilegio, & ita dicit gl. no. i d.l. imperatores,  
quam

nam sequuntur ibi Bar. & Doct. & idem vult gl. & Do-  
ctor. in l. sub specie, C. de re iudic. & Iohan. de Plat. in l.  
mi. C. de senten. aduer. fiscum latis. lib. 10. qd' no. Tertiò  
xīla æquiparatione fisci & minoris infertur. & aliud, ui  
delicet, quod sicut sententia lata contra fiscum per falsas  
probations, contra absentem scienter factas, est ipso in-  
te nulla, ita ēt est in minore, ita notabiliter dicit Bal. in l.  
quiteftamento. ff. de excusa. tuto. & allegat notata in d.l.  
unica, & l. si prætor. §. Marcellus, ff. de indic. qd' not. Quar-  
tò per hunc arguendi modum inferri potest, quod quia  
ficus succedens priuato pro tempore præterito utitur  
iure priuati, & pro tempore futuro iure proprio, l. fiscus.  
ff. de iure fis: sicut si inchoetur præscriptio contra priua-  
tum, & perficiatur seu compleatur contra fiscum succe-  
derentem priuato, alia tempora seruantur contra fiscum,  
quā contra priuatum. Ita etiam dicendum sit, si pupil-  
lus succedat priuato, contra quem inchoata fuit præscri-  
picio: Ita singulariter vult gl. apud Julianum, uer. Marcell-  
lus, ff. ex quib. cau. in pos. ea. & ibi illam gl. no. Alber. de  
Rosate; & idē est in ecclesia, ut dixi suprā in loco à fisco  
ad ecclesiam uel piām causam, & in loco à toto ad partē:  
pro cuius pleniori intelligentia uidenda sunt notata per  
gl. Bal. Sali. Pau. de Cast. & Doct. in l. unica, C. si aduer.  
uifca. & no. per Cy. Alb. & Doct. in l. f. C. in quib. cau. in  
integ. restit. non sit necess. & notata per eundem Cy. &  
alios Doct. post gl. in Auth. quas actiones, C. de sacro. ec-  
cl. quod tene menti, quia potest in foro quotidie in usu  
venire. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio,  
cum multa sint priuilegia fisci diligēter collecta per Bal.  
in l. l. C. de priuili. fisc. quæ concorrente identitate ratio-  
nis, ubi contrarium non reperiretur expressè decisum,  
adaptari seu applicari possent ad minores maximè pupil-  
los; led prædicta pro giffu iuuibus dando sufficiāt.

## LOCVS A MINORIBVS AD

Fiscum.

Argumentum à minoribus ad fiscum est probable, & utile.  
Fiscus, minor, & ecclesia æquiparantur.

**E**contra uero à minoribus ad fiscum sumptum argumētum etiam probabile est, frequens, & utile, quia æquiparantur, vt habes gl. notabilem in l. si procurator §. final. ff. de iure fisci, & dixi suprà loco proximo. Vnde est textus notabilis in l. non eo minus, C. de procurat. etiam sententia lata pro fisco indefenso est ualida: licet secus sit econtrà, quando fertur contra minorem uel scum indefensem: ita dicit gl. notabilis in l. 3. §. diuers. de iure fisci & sequitur Io. de Plat. in l. unic. C. de sententia uer. fiscum latius retractan. lib. 10. Et idem est in eccl. ut uolunt Légistæ in d.l. non eo minus, & gl. Bal. Sal. Doct. in l. si præses, C. quo, & quan. iud. & Panor. & Cano. in c. caufam, i. de iudi. Item sicut minor fit mora ipsa absq; ulla interpellatione, ut est tex. in l. in minor. C. in quibus causis in integrum restit. non est necess. & Titio Seio, §. vsuras, ff. de legatis 2. Ita etiam fisco fit in rra re ipsa absque aliqua interpellatione. Ita dicit gl. sub gul. in l. cum quidam, §. fiscus, in uerb. inferunt, ff. de uerbis, & vult Bald. & polt eum Iason in l. 1. C. de his quibus, ut indig. is, & ibi Alexand. in apostillis ad Balduin refert idem tenere Roman. in l. si ex legati causa, ff. de uerb. obligat, per d. gloss. & idem refert Ias. in §. iré multa, quem legit sub §. ex maleficij, inst. de actio, per d. g. que reputat singularem: & idem dicendum est in eccl. & pia causa, ut eis fiat mora re ipsa: ut est gloss. singularis approbata per Doct. in d. §. item mixta. Tertiò istud facit ad hoc, q; sicut minori succurritur per in integrum restitutionem, si per suos curatores uel procuratores di- num patiatur, & illi non sint soluendo, ut est text. in l. properandum in fine, C. de iudi. Ita etiam hoc casu fisco succurritur, eadem ratione, & ita pūctaliter uult Phrthus in l. iustas, in fi. uerbi. C. de iure fisc. lib. 10. & partitio etiam succurritur ecclæsiæ, ut uult Card. in Cib. men. unica, in 10. q. de in inte. rest & Sal. Alex. & Ias. in d.l. properandum, in fi. qd nota. Hæc enim tria t minor fiscus, & ecclæsiæ, æquiparantur. de quo vt nunc memoriæ occurrit, sunt quinq; gl. notabiles, una est in d. lib. procul-

LOC. AB ECCL. AD FISCUM. 389  
procuator, §. si secunda in l. sub specie, C. de re iud. ter-  
tia in d.l. unica, quarta in l. Imperatores, ff. de re iud. &  
quinta in c. auditis, de in inte. rest. quod commenda me  
minor, quia potest induci ad multa alia, & uide quod dà  
xi suprà loco proximo, & in loco à fisco ad ecclæsiæ  
uel piam caufam: & quod dicam in frà in loco à republi-  
ca ad ecclæsiæ, & in loco à minoribus ad ecclæsiæ uel  
piam caufam.

### LOCVS AB ECCLESIA AD Fiscum.

Ecclæsiæ quibus priuilegijs gaudeat.

Argumentatio ab ecclæsiæ ad fiscum non procedit in criminibus.

Ocurrat nunc locus ab ecclæsiæ ad fiscum, à quo sum ptum argumentum est probabile, frequens, & utile: quia æquiparantur à iure, l. fin. C. de sacrosan. eccl. & §. finimus, iusta glo. in Auth. de non alien. aut permittā. reb. eccl. colla. 2. & c. quid ergo 24. quæst. 4. & est bona gloss. in c. auditis, & ibi Panormit. not. de in integrum restitu. Vnde cymt multa sint t priuilegia ecclæsiæ accura- tè collecta per Lodouic. Rom. in aurea sua repetitione Authen. similiter, C. ad leg. Falcid. per Bar. Bal. & Doct. in l. 1. C. de sacro. eccl. & per Cano. in c. relatum 1. de testam. Ad infinita trahi poterit hæc argumentatio, quā do eadem ratio militat in utroque, nec contrarium reperitur expressè decisum in iure: & quando priuilegia competentia ecclæsiæ sunt talia, q; congruunt fisco, ut dixi in casu conuerso suprà in loco à fisco ad ecclæsiæ uel piam caufam, & in loco à milite armatæ militiae ad mili tem celestis militiae, & sepè alibi. Et gratia exempli interalia istud facit ad hoc, quòd sicut acquisita per episco- sum, prælatum, uel administratorem ecclæsiæ post ade- ptam administrationem: præsumuntur acquisita intuitu & ex bonis ecclæsiæ, Auth. licentiam, C. de epis. & cler. & §. interdicimus, in Auth. de eccl. tit. collat. 9. & toto.

390. LOCVS A PVPIL. AD REM.  
titu.de peculio clericum illuc not.per Panor. maxime  
in c.vt unisquisq;. Ita etiam acquisita per officiarium sua  
presumitur acquisita intuitu & ex bonis fisci. Ita decide  
gl.reputata sing.in l. defensionis facultas, in fine, C. de  
iure fisi.lib. ro. de quo tamen articulo quotidiano vide  
latius per Doctores, singulariter per Ioan.de Prat. in d.  
defensionis facultas, & per Bal. in l.cum oportet, in ver  
quero quid in administratore reipubli. C. de bonis que  
liberis, ad quos remisisse sufficiat. Hæc tamen argumento  
2 tio † non procedit in pœnibus. Ita dicit glof. sing. in  
item mixta. Inst. de actio. cum qua transeat ibi commun  
ter omnes Doctores, excepto solo Angelo, qui per pluri  
probabilia media tenet contra d. glof. quem omnino vide  
& ibidem latè per Iasonem. De hoc tamen quotidiano  
articulo, an & quando in pœnibus licita sit extensio, si  
de infra in loco à ratione legis larga, ampla seu general  
ad extensionem ipsius legis, in tertio casu principali, vbi  
reperies de hoc satis plene.

### LOCVS A PVPILLO AD REM. publicam.

- 1 Pupillus, & res publica equiparantur, ex nu. seq.
- 2 Conuentio quod de dannis & interesse stetur dicto parvani  
leat.

H Abemus etiam in iure locu à pupillo ad rem publicam,  
1 à quo sumptum argumētum est probabile, frequens  
& utile, quando eadem est ratio in utroque: quia † equi  
reipublic. lib. 11.l. qui solidum, §. etiam, & ibi Ioan. de  
Imo. notat ff. de leg. z.l.res publica. C.ex quibus can. mai  
res, & l. r. innta gl. C.de offi. eius qui uicem aliquius  
indicis obtinet cum simili. Et in primis per hanc æqui  
parationem pupilli & reipublicæ, dixi semel in quæsto  
2 ne in facto occurrente: quod conuentio † facta per guber  
natores reipublicæ Louaniensis, quia cauebat, quod  
de dannis & interesse staretur simplici vel soli dicto ce  
dito

LOCVS AB ECCL. AD FISCV M. 391  
itoris, non valebat: quia similis conuentio facta per tuto  
rem, vel per pupillum cum autoritate tutoris, non ualeat  
liuifurandi gratiam, cum glo. & ibi hoc exp̄ressè notat  
Bart. ff. de iure iuriu. & habetur plenissimè per Iasonem  
in l.iufurandum quod ex conuentione, illo eodem tit. er  
go etiam nō debet ualere talis conuentio facta per guber  
natores oppidori uel reipublicæ: iuribus supra allegati,  
& ita fuit iudicatum. An autem talis conuentio ualeat, &  
quid operetur, quando fit per priuatū maiorem 25. an  
nis, uide pulchre per Bart. Io. de Imo & DD. in d. f. ff. de  
preto. tip. & per Cy. & Doct. in l. si qui in conscriben  
du. C. de epi. & cler. ad quos breuitatis gratia te remitto.  
Secundò istud facit ad hoc, quod sicut sententia diffini  
ximata contra pupillum, uel quod fortius est cōtra mi  
norem indefensum est ipso iure nulla: ut est text. cū sua  
sing. gl. in l. cum & minores. C. si aduer. rem iu. Ita èt sen  
tentia lata cōtra rem publicam alicuius ciuitatis in defen  
sam, est ipso iure nulla, ut est tex. cum gl. in l. i. & ibi Bar.  
& Io. de Plat. not. C. èt iure reipub. libr. 11. Tertiò istud  
facit ad hoc, q. sicut debitor pupilli uel adulti repellitur  
à tutela uel cura. Auth. minoris debitor, C. qui da. tut.  
posse, & in corpore unde sumitur. Ita èt debitor reipubl  
ice repellitur ab honoribus & administratione honorem  
habente ann eximū, nisi prius solutus debitu. l. 1. C. de de  
bito. ciuit. lib. 11. & l. recripto. §. debito. ff. de muneri.  
Posset & ad multa alia pulchra & quotidiana induci  
hæc argumentatio à pupillo ad rem publicam, sed predicta  
pro iuuenib. sufficient. Reliqua aut̄ studiosus uidere po  
terit per Io. de Plat. in d. l. rem pub. & in l. seq. & in l. 1. &  
2. C. de administ. reip. libr. 11. ad quem remisisse sufficiat  
cum ab omnibus habeatur, & egregie lo quatu: & uide  
quod dixi suprà in loco à minoribus ad fiscum, & quod  
dicā infra in loco à pupillo ad eccliam uel piā causam.

### LOCVS A REPUBLICA AD Pupillum.

- 1 Sententia rescinditur favore Reipub. & pupilli pretextu infra  
mentorum de novo repertorum, licet securis sit in priuato.

**E**Contrariò etiam à republica ad pupillum sumptum  
argumentum est probabile, frequens, & utile, quā  
do eadem est ratio in utroque: quia æquiparantur à iu-  
re, l.rempublicam, cum ibi not. C.de iur. reip.libro 1.  
& l qui solidum, §. etiam, & ibi Ioan.de Imol.notat, §.  
de legat. 2. cum similibus. Et hinc est, quod sicut fau-  
ore † republike pretextu instrumentorum de nouo re-  
pertorum rescinditur sententia, licet secus sit in priuato  
l Imperatores, ubi de utroque est tex. ff. de re indicat, &  
l sub specie, cum ibi notatis, C.eod.titulo. Ita etiam  
fauore pupilli: pretextu instrumentorum de nouo re-  
pertorum rescindetur sententia: & ita decidit glossa in  
lege, sub praetextu, l. & ibi Barto. Bald. & Doctor. C.  
de transact. per dictā legē, rempublicam, & idem deci-  
dit gloss. in dict.l. Imperatores, & ibi Bartol.Ioan.de  
Imol. Alexand. & Docto. & idem sentit glos. in l. uni-  
ca. Codice de sen.ad fisi. la ret libro 11. Posset, & ad mul-  
ta alia pulchra, & quotidiana induci hęc argumenta-  
tio à republica ad pupillum, ut pulchrè declarat Ioan.  
de Platea in dict.l.rempubli. & in l.sequent. & in l. pri-  
ma, & secunda C.de admin.rerum pub.lib. 11. ad quem  
remisisse sufficiat, cūm ab omnibus habeatur. Et uide  
quod dixi suprà loco proximo, & quod dicam infra lo-  
co sequenti.

### LOCVS A PVPILLO AD ECCL. siam uel piam causam.

1. Ecclesia loco pupilli est.
2. Mandato generali non uenit delictum.
3. Pupillus etiam auctoritate tutoris non potest uendere rem  
immobilē, nisi urgente debito, & internuente decreto  
iudicis.
4. Pupillus tenetur de eo quod ad eum pertinet, & in quo sa-  
tius est locupletior, idem in ecclēsia.
5. Res immobili pupilli non est alienanda, ut alia emag-  
nificare.

itæ

1. Iuane necres ecclēsiae.
2. Tutor tenetur pupillo de eo quod ei acquirere potuit, & dole-  
uel culpa non acquisuit.
3. Ecclesia an puniatur propter delictum prelati.
4. Res empia ex pecunia pupilli, licet non eius nomine, efficitur  
ipsius pupilli.

**R**equesns etiam in iure nostro est locus à pupillo ad  
Ecclēsiā uel piam causam, à quo sumptū argu-  
mentū probabile est, & utile, quia † ecclesia loco pupil-  
li est: ut dicit gl.in l.libertos, & ibi Sal. no. C. de excu-  
satio.uto. & gloss.in lege respublica, in fine, & ibi Bar-  
tol.Ang. & Doct.not.C. ex quib.caū. maiores, & istas  
duas gloss.ad hoc ponderat lass. in §. item mixta, quā  
legit sub §. ex maleficijs, institut. de actionib. & est alia  
gloss.notabilis in l. non est ignotum, C.de administ.tut.  
quā singulariter dicit, quod sicut tutor uel curator non  
habens iustam causam litigandi, & litigans, debet pro  
prio nomine condemnari in expensis, & illas soluere  
de bursa sua, nec potest eas computare pupillo uel adul-  
to in reddenda ratione. ita etiam prelatus ecclēsiae hoc  
casu tenetur ecclēsiā conseruare indemnum de suo  
proprio patrimonio: & illam glos. sequuntur ibi Cyn.  
Bald. Ange. Salice. & Docto. & idem eadem ratione di-  
cendum est de rectoribus hospitalium, magistris fabri-  
ce, prouisoribus mensa sancti spiritus, & similibus habē-  
tibus administrationem piorum locorum. & ita s̄p̄ius  
obseruauit, cūm eram officialis recclendae memorie do-  
mini Henrici de Bergis episcopi Cameracensis dignissi-  
mi. In d. q̄ fortius est, idem dicendum est in procurato-  
re generali non habente speciale mandatum ad inten-  
tandum certam actionem calumniosam: Ita singulari-  
ter dicit Saliceus in dicta l.non est ignotum: & ratio-  
nē, quia in † generali mandato non uenit delictum, l. si  
procurator, cīcā finem, ff. de condicione indebiti, cum  
similibus. Hinc etiam est, quod sicut tutor pupilli nō po-  
test repudiare fundum legatum papillo, etiam ante-  
quam legatum sit agnatum, ut est tex. in l. magis puto §.  
fundum,

fundum, ff. de rebus eorum: ita nec prælatus, qui debet esse bonus tutor ecclesiæ. Ita sing. dicit Bal. in l. contra iuris, §. si curator, ff. de pact. quæ refert, & sequitur Fran cis. Crem. in singu. suo 124. & idem nult Bal. in d.l. magis puto, §. fundum, per illum tex. quod not. Hinc etiam est, quod sicut pupillus non potest uendere rem immobilem, etiam cum authoritate tutoris: nisi urgente debito, & interueniente decreto iudicis, d.l. magis puto, §. ne passim, & l. 2. eo. ri. Ita est est in ecclesia, & pia causa. Auth. hoc ius porrectū, C. de sacro. eccl. & c. sine exceptione, 22. q. 2. cum sim. Hinc etiam est, q. sicut pupillus

3. biles, etiam cum authoritate tutoris: nisi urgente debito, & interueniente decreto iudicis, d.l. magis puto, §. ne passim, & l. 2. eo. ri. Ita est est in ecclesia, & pia causa. Auth. hoc ius porrectū, C. de sacro. eccl. & c. sine exceptione, 22. q. 2. cum sim. Hinc etiam est, q. sicut pupillus  
 4. tenetur de eo qd ad eum peruenit, licet absq; tutoris authoritate non obligetur, l. 3. §. si seruus, ff. de tribut. act. l. 1. §. 1. ff. de aut. tut. & l. si. C. de vsu cap. pro empte re, cum sim. Ita etiam est in ecclesia uel pia causa, quæ te retur de eo in quo facta est locupletior: Et ergo si uen didit rem immobilem, non interueniente solennitate re quisita de iure, licet uenditio seu alienatio sit nulla: si tñ uelit uendicare rem alienam, tenetur restituere pecunia receptam, & in utilitate ecclesiæ conuersam bona fidei emptori: Ita decidunt glo. Bar. Bal. & Doct. in Aut. qui res, C. de sacr. eccl. Bal. in l. iubemus, §. sanè, in prin. illo eo. tit. & idem Bal. in l. si prædiū, in prin. C. de præd. min. sine decre. non alien. & idem Bal. in l. si fundus, §. quanquā, per illum tex. ff. de reb. eor. & Pan. & Doct. in c. si quis presbyterorum, circa ff. de reb. eccl. non ali. & Alex. de Imo. in confil. 4. 3. uolu. incip. redemptoris, & c. Viso processu, & c. in 1. col. & Barba. in conf. 40. 1. vo lu. incip. præclare scribitur, & c. in 10. colu. quod memo ri teneas mente: quia est quotidianum, & in casu de facto occurrente uidi de hoc fieri magnam altercationem sed tandem obtinuit, qd dixi, & etiam est, q. sicut in pupillum competit actio ex pecunia mutuo sumpta per tutorem, si in pupilli utilitatem pecunia fit conuersa: aut est tex. in l. 3. C. quan. ex fact. tut. Ita etiam in ecclesiæ uel piam cām hoc casu datur actio. Ita decidit glo. singularis in d.l. 3. cum qua indifferenter ibi transeunt Docto. & eam specialiter notat Ioan. de Imo. in repetitione l. si uerò,

uerò, §. de uiro, ff. sol. matr. quod nota. Hinc etiam est, q. sicut f res immobilis pupilli nō est alienanda, etiam ex permisso prætoris, ut alia ematur d.l. magis puto, §. si q. s alienum: Ita nec res ecclesiæ secundum Bal. in d. §. si x. alienum: quod tene menti. Hinc enim est, quod sicut liberius non excusat à tutela uel cura liberorum patro ni uel patronæ, d.l. libertos, ita nec clericus habens beneficium ab ecclesiæ potest se excusare ab onere sibi in iuncto, cum ecclesiæ loco pupilli sit. Ita formaliter dicit gl. singularis, in d.l. libertos, cum qua ibi transeunt Doc. Hinc etiam est, q. sicut f tutor tenetur pupillo de eo, q ei acquirere potuit, & dolo uel culpa sua non acquiuit l. quicquid, cum sua notabilis gl. C. arb. rat. Ita etiam præ luxus ecclesiæ tenetur ecclesiæ de suo proprio patrimo nio resarcire damnum, si ecclesiæ non acquiuit quod acquirere potuit. Ita dicit gl. notabilis in cap. 2. 12. q. 4. & gloss. elegans in c. fin. 16. q. 6. quas glos. lequitur, & ualde commendat Pan. in capit. 1. de in integ. restitut. & in capit. 1. de dolo, & contumacia, & frequenter ali bi: & idem si prælatus per negligentiam suā patiatur prescribi contra ecclesiæ. Ita decidit glo. singularis in c. placuit, el 2. 16. que est. 3. quam ad hoc notat Panor. & ualde commendat in locis suprà proximè cōmemora tis. Hinc etiam est, quod quemadmodum tutor pupilli inuidens rem pupilli ab alio postessam sua temeritate, tenetur illoco restituere possessionem ei à quo ablata est, salvo iure pupilli, & ipiē tutor pro sua temeritate puniatur: est tex. in l. meminerint, in f. C. unde ui. Ita etiā dicendum est hoc casu in prælato ecclesiæ: Ita dicit glo. in d.l. meminerint, in f. cū qua ibi transeunt Doct. An au tem f propter delictum prælati puniatur ecclesiæ, quia non seruit proposito, & materia est longa, remitto te ad gl. & Doct. in regula delictū, de reguli. iur. lib. 6. & ad gl. Sal. & Doct. in l. iubemus nullā nauem, C. de sacro. eccl. & ad Panor. & Canon. in d.c. 1. de dolo, & contu. & ad singulariter not. per gl. Ant. de Butr. Pan. & Io. de Ana. qui ceteris clarius loquitur in c. de hoc, de simo. ubi repe ries ad hoc ad satietatem. Hinc etiam est, q. quemadmo dum

**L O C V S A P V P I L L A D E E C C L &c.**  
 dum tutor pupilli uel cura tor adulti patitur poenam de  
 ferti officij. l. 2. C. de fun. patri. lib. 11. Ita etiam prela-  
 tus uel rector ecclesiæ, ut dicit gl. in d. l. 2. quam ibi no-  
 stat & multum commendat Ioā. de Plat. Hinc etiam  
 est, quod sicut res empta ex pecunia pupilli, licet non  
 eius a nomine, est ipsius pupilli, si uelit: ut est rex. in l. cu-  
 rator, C. arbit. tute. cum sim. Ita etiam res empta ex pe-  
 cunia ecclesiæ est ipsius ecclesiæ. Ita notat gl. in l. si ut pro-  
 ponis, & ibi Alb. C. de rei uend. & Ang. in l. idemq; quæ  
 legit. sub l. interdum. ff. qui pot. in pi. hab. Hinc etiam est  
 & sicut in re empta per debitorem de pecunia pupilli, pu-  
 pillus præfertur antiquiori creditori hypothecâ ex pres-  
 san habenti, quatenus de pecunia eius solutio facta est:  
 ut est rex. sing. in d. l. idemq; secundū uerum intellectū,  
 & ibi habetur per glo. Bar. Sali. & Doct. Ita est dici pote-  
 rit in ecclesia, eadem ratione: quod intelligo uerū, quan-  
 do nolunt habere rem ex pecunia sua emptam. & ita re-  
 perio expressè uelle Alb. de Ros. in d. l. si ut propo-  
 nis. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à  
 pupillo ad ecclesiæ uel piam causam, sed prædicta pro  
 iuuenibus sufficiunt. Quæ cōmenda memorie tanquam  
 pulchra, utilia, singularia, & quotidiana: & uide quod di-  
 cā in frā in loco à minoribus ad ecclesiā uel piam cām

**C L O C . A R E P V B L I C A A D E C C L E-**  
 siā seu piam causam.

1. *Res publica, ecclesia seu pia causa equiparantur.*
2. *Exceptio non numeratae pecuniae perpetuo competit Reipub-  
 licæ ecclesiæ.*

**C**onmodò subsequitur nunc locus à republica ad  
 ecclesiā uel pia causam, à quo sumptum argūt  
 1. probabile, frequens, & xtile, quia t̄ æquiparantur, l.  
 fin. C. de sacr. eccl. & ſ. finimus, in Aut. de non alie-  
 aut permū. reb. eccl. colla. 2. & notat gl. in l. rempublicā  
 in ſ. C. de iure reipublice lib. 11. & gl. in l. reipublica.  
**C**ex qui. cau. mai. & isto arg. ytitur gl. l. imperatores.  
 ff. de re iu. & lo. An. in pulchra q. in reg. plus semper  
 de reg. iu. li. 6. in Mercu. & pōt induci ad multa, vt uide  
 ri potest.

397.  
 ri pōt per Io. de Platea in d. l. rempublicam, & in l. ſeq.  
 ad quem remisissi uiffiat, cum ab omnibus habeatur.  
 Ultra tamen notata per eum iſtud facit ad hoc, q. t̄ ſic  
 exceptio non numeratae pecuniae quæ hodiē non pōt  
 per priuatos oppōni post bienniū, inſt. de litera. oblig. p  
 rot. & l. in contractibus, in prin. C. de non num. pec. cō-  
 perit reipub. uel ciuitati perpetuo, l. ciuitas, & ibi id no.  
 Bald. ff. ſi cer. pet. Ita ēt erit in ecclesia vel pia cā: & ita  
 decidit Bal. in d. l. ciuitas, & in l. 2. ſ. fi. illo eo. ti. & in  
 Auth. hoc ius porrectum, in 4. col. C. de sacr. eccl. &  
 Hostien. & Ioan. Andri. i. c. fi. de ſolut. & Corſe. i. sing.  
 114. & Rom. in rep. Auth. ſimiliter, in 7. ſpeciali pia cat-  
 ſe circa iudicia, C. ad leg. Falci. de hoc tamen articulo  
 quotidiano, disputabili tamen & dubio, uide latius per  
 Aut. de Butr. Io. de Imo. Pan. & recentiores iu. d. c. fi. &  
 per Iaf. in d. l. ciuitas, vbi reperies de hoc ſatis plenē. Itē  
 facit ad aliud, uidelicet, q. l. icet iure caueatur, quod em-  
 phytau ecclesiæ non poſſit expelli, niſi cefſer à ſolu-  
 tione canonis per bienniū, Aut. qui rē, C. de sacr. eccl.  
 & c. poſtulit, de loca. tamē ſi ecclesia fecerit vocari em-  
 phytau ſuam, ut veniat ad ſoluendum canonem, &  
 poſt hoc ceſſauerit à ſolutione canonis per ſex menses  
 poſterit priuari: quia ſic eft in emphe. reip. l. locorum, C.  
 de om. agr. defer. libr. 11. Ergo idem eft in emphe. ec-  
 clesiæ, per ſupradicta: & ita, in ſpecie ſingulariter deci-  
 dit Ang. in d. l. locorum, cum quo ibi transit Alex. de  
 Imo. & hoc dictum refert & ſequitur Corſe. in i. r. pri-  
 uilegio: quod tene menti, quia multum limitat d. Auth.  
 qui rem, & d. c. poſtulit, & uide quod dixi ſuprà in loco  
 à ſimiſi, & in loco à iſco ad ecclesiā uel piam causam,  
 & quod dicam in frā in loco à ſpeciali.

**L O C V S A B A L I M E N T I S A D D O T E M.**

1. *Dos & alimenta æquiparantur, & quando argumentum ab uno ad aliud procedat, & per totum locum.*
2. *Alimentorum priuilegia.*
3. *Alimenta & dos poſſunt denegari. filijs ingratia.*
4. *Mater diues tenetur alere filiam impem in ſubſidium, quan-  
 do pater eft inops.*

Pater

- 6 Pater naturalis teneat alere filium inopem: frater fratre. 7.  
8 Donatio in dubio presumitur, si sint praesita a communione  
persona.

**H**Abemus præterea in iure locum ab alimentis ad dotem, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & utile, quando eadē est ratio in utroque, & quando contrarium non reperitur: expressè dispositum in iure, fundatum in eo, q. dōt. & alimenta æquiparantur, vt vult gl. in l. ob. 2. C. de prædijs minorū, quam ad hoc no. Salicetus in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarū. & Alex. de Imo. in l. cum is. §. si mulier. ff. de conditione indebiti, & idem Alex. in d. l. ob. 2. i. apostol. ad Bar. imē maior est ratio dōtis, quam alimentorum, vt dicit Cyn. in l. 1. C. de alen. lib. & in l. non omni. C. de admī. tut. & idem Cyn. in l. fi. C. de dōtis promis. & Pan. in cap. peruenit, in 2. notabili, de arbitris, & Cy. Bal. & Sali. in l. neq; mater, C. de iur. dotum, & pluribus alijs locis. Et quod istud argumentum ab alimentis ad dotem est efficax & validum, firmat Alex. de Imo. in l. centurio, in 2. col. ff. de uulg. & pupil. subſti. allegans ad hoc autoritatem Bart. in diversis locis, ut uidere per eum: & eo utuntur Doct. in pluribus locis, ut infra patet. Et quia multa † sunt priuilegia alimentorum, diligenter collecta per Bar. in l. Mela. ff. de alim. & ciba. leg. iunctis his qua dixi supra in loco ab alimentis ad piam caufam: Idcirkò ad multa induci potest hæc argumētatio ab alimētis ad dotē. Et gratia exempli pro instructione iuuenum istud primo facit ad hoc, quod sicut † alimenta possunt denegari filiis ingratia, & generaliter ex omni cā ex qua possent exheredari, ut est tex. cum glo. in l. fi quis à liberis. §. item iudeo, & ibi Bar. ff. de lib. ag. & text. cum gl. & ibi etiam Bar. in l. fi. C. de alé. lib. & ponunt pro cōſtantī Io. An. Pan. & DD. in c. Quia tauallis, de iurciu. Ita ēt filiæ ingratæ & dignæ exheredari, potest pater dotem denegare, arguendo ab alimentis ad dotem: & ita not. di. Bal. in d. l. fi. C. de dot. promis. & Ale. de Im. in d. §. idem iudeo, & DD. alijs sēpē locis. Se

4 cundò istud facit ad hoc, q. sicut pater † potest & teneatur hō-

- nur hodiē de iure canonico relinquere filio suo spuriō uel filiæ spuriæ alimenta, ut est tex. fin. mitigās rigorem, iurius ciuilis in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium: Ita etiam debet pater hodiē filiæ spuriæ dare uel relinquere dotem: arguendo ab alimentis ad dotem: & ita singul. dicit Bart. in Auth. ex complexu, C. de ince. nup. & idem Bar. in l. fin. ff. de his quib. ut iudicat in quibus locis dicit se sic cōſuluisse: & idem vult ipse Bar. & post eum Io. de Imo. in l. Mæui. us. §. duobus, in 3. q. ff. de lega. 2. Idem etiam vult Pan. in d. c. cum haberet, in ultimo notabili, & istud ius canonicum feruandū est in utroque foro, secundum Canon. in d. c. cum haberet, ut vult Nic. de Vbal. in tract. success. ab intest. circa quartam speciem liberorum: & declarat lat. Ang. Instit. de iur. nat. gen. & ci. in prin. ubi refert se sic cōſuluisse. Tertiò istud facit ad hoc, q. sicut mater † diues tenetur alere filiā inopem in subsidium, quando pater est inops, ut est tex. in l. pen. ff. de lib. agno. & in §. illud, in Auth. ut liceat matri & auia, collat. 8. Ita etiam hoc casu mater tenebitur dotare filiam inopem, arguendo ab alimentis ad dotem: licet regulariter ipsa mater ad hoc non teneatur, tex. est nota, probans utrumque dictum in d. l. neque mater, & ibi hoc expressè tenent Iaco. Rauē. Cy. Bal. Salic. & Doct. & Bar. i. Auth. res quæ, C. comm. de leg. Quartò istud facit ad hoc, quod sicut † pater naturalis tenetur alere filium inopem Auth. licet patri, C. de natur. lib. & d. c. cum haberet: Ita etiam pater naturalistenebitur hoc casu dotare filiam suam inopem usque ad condignam quantitatē ex qua posset alimentari, arguendo ab alimentis ad dotem: & ita singu. decidit Bal. in d. l. neq; mater, dicēs hoc modo debere limitari, l. uxori rem §. pater naturalis. ff. de leg. 3. ut scilicet intelligatur, quando filia est diues, uel quando potest ex licto artificio uicti quærere, & dotem sibi cōſtituere. Quintò istud facit ad hoc, q. sicut frater † tenetur fratrem uel sororem inopem alimentare, ut est tex. iuncta glo. i. l. i. circa princ. ff. de tute. & ra. dist. & tex. cum gl. in l. qui filium, ff. ubi pupil. edu. debe. & text. in l. tutor secundum, §. fi. ff. de admin.

## 400 LOCVS AB ALIMENT. AD.&amp;c.

admin. tut. & firmat gl. in d.l. i. C. de alen.lib. quam ibi se  
quantur Dyn. Bart. Ang. Sali. & Docto. Ita etiam frater  
tenetur sororem inopem dotare, arguendo ab alimentis  
ad dotem: & ita sing. determinat gl. in d.l. non omni, quae  
sequuntur ibi Cy. Bar. Bal. Ang. Sali. & DD. & idem vo-  
lunt Bal. & Ang. in d.l. fi. C. de dot. promis. & Io. de Imo.  
in d. §. duobus, & Panor. in d.c. peruenit, & est tex. cū gl.  
in l. §. cum plures, §. cum tutor. ff. de adm. tut. Imo plus  
dicit Pan. in d.ca. peruenit, videlicet, quod clericus bene  
ficiatus, si nō habet bona patrimonialia, pot cū bona con-  
scientia de fructibus beneficij sui dotare sororem suam,  
vel aliam consanguineam inopem: quia potest eas alere,  
ergo & dotare, arguendo ab alimentis ad dotem ut ibi la-  
tius per eum. Imo quod singulare est, impensa alimento-  
rum non minuit legatum dotis, text. est sing. in d.l. qui si  
lium, quem ad hoc ponderat & valde exclamat Sal. in d.  
I. non omni, in si. quod imis reponas sensibus, & memori-  
xeneas mente, quia potest frequenter in facto conting-  
re. Et quod fortius est, onus alimentandi sororem, etiā  
per partem dotatam, spectat ad fratrem, quando ipse est  
vniuersaliter iustitius hæres. Et ergo si mater filie dota-  
ta per patrem, alimenta ministraret post mortem patris  
postea ea à filio hærcde vniuersali per patrem instituto  
repeteret. Ita singulariter decidit Cy. in l. alimenta. in fin.  
C. de nego. gest. dicens se in casu de facto occurrente se  
consuluisse & respondisse: & illud sequitur ibi Bald. qd  
est perpetuò memorie commendandum. Sexto istud fa-  
cit ad hoc, qd sicut in dubio, fauore t̄ alimentorum pre-  
sumitur donatio, si sunt praestita à coniuncta persona, ni-  
si interuenierit protestatio: vt no. i.l. Nescennius, ff. de neg.  
gest. & in d.l. alimenta, per Cyn. & DD. Ita etiam in du-  
bio, fauore dotis presumitur donatio, cūm & quē sit fau-  
xabilis causa dotis sicut alimentorum. Et ergo si frater &  
soror possideant bona paterna pro diuisio, & frater soror  
rem maritet, & ei dotem det de bonis indiuisis, in dubio  
frater uidetur donasse partem suam fauore dotis, nisi fac-  
iat protestatio: & ergo non poterit postea in diuisione fa-  
cienda cum sorore computare sorori, quod habuit in do-  
te cūm

LOCVS AB ALIMENT. A D. &c. 401  
ie cūm videatur donasse, vt dixi, n̄ si fuerit praestatus ar-  
guendo ab alimentis ad dotem. & ita sing. decidit Cy. in  
d.l. fi. circa fi. C. de do. prom. & in l. vii. §. accidit, C. de  
rei xyo. a. f. & item vtrōbique tenet Sal. & Io. Pet. de  
Ferrarijs in practica sua noua, in forma libelli pro hære-  
ditate vel re singulare diuidēda, in verbo, communiter  
& pro indutiso, vers. itē queritur de quotidiana qd. Cō  
trariū in tenet Bal. in d.l. fi. C. de dot. promis. in vtraq;  
lect. & idē Bal. in conf. 173. 1. par. in col. 453. 5. par. &  
alijs locis, & commemorat Iaf. in §. fuerat. Inst. de acti.  
Seprimo istud facit ad hoc, qd sicut fauore alimentorum  
relictorū in vltima voluntate minus solenni, præstatio  
triennialis operatur & inducit necessariam præstationē  
in futurum, perindē ac si relicta fuissent in testamento  
solenni & valido, vt est tex. sing. in l. i. C. de fideicom. Ita  
etiam hoc operabitur præstatio triennialis concurrente  
vltima voluntate minus solenni, in qua relictum est an-  
num legatum pro dote fauore dotis, eadē ratione,  
& ita sing. decidunt Bar. Bal. Ang. Alex. & Iaf. in l. fi cer-  
tis, C. de pact. & Bar. in l. cum dē in rē verso. ff. de ufur.  
& idē Bart. in disputatione sua incipiente, mulier ha-  
bens magnum, circa finem, & Alex. & Iaf. in d.l. i. C. de  
fideicom. Posset & ad multa alia induci hæc argumen-  
tatio, sed prædicta pro iuuenibus sufficiunt: quæ com-  
menda memorie tanquam pulchra, utilia, singularia,  
& quotidiana: & vide quod dicam infra loco proximo.

## LOCVS A DOTE AD ALIMENTA.

1. *Datis privilegia.*2. *Fideicommissum dimittitur ex causa dotis, & t̄ alimentorum.*3. *Argumentum ab alimentis ad legitimam quando nō procedat.*4. *Dotem vel legitimam succedere loco alimentorum quatenus  
verum sit.*

Ost locū ab alimētis ad dotē, uideamus & de loco  
t̄ dote ad alimēta, à quo sumptū argumētū est pro-

Cc babile;

402 LOCVS AB ALIMENT. AD,&c.  
babile,frequens,& utile, quia dos & alimenta æquipa-  
rantur, ut uult gl. in l. ob. es. C. de præd. min. quā ad hoc  
not. Salic. il. qui liberos. ff. de rit. nupt. & Alex. de Imo.  
in l. cum. is. §. si mulier. ff. de cond. indeb. & idem Alex.  
in d. l. ob. es. in apost. ad Bar. Et quia multa † sunt priuili-  
legia dotis enumerata per gl. Bar. Bal. Pa. de Cast. Ludo.  
de Rom. Io. de Imo. Alex. & DD. in l. i. ff. sol. matri. per  
Spe. in tit. de dote post diuort. resti. in §. formati. in fin.  
& per Bal. & Sali. in Rubr. C. de priuileg. dot. & exqui-  
sitissimè per Baptist. Bla. in lib. de priuili. & amplissimè  
per Bal. Nouel. træff. de doribus, in 6. 7. 8. 9. 10. 11. &  
12. partibus ad infinita trahi poterit hæc argumētatio:  
unico tamen exemplo pro gustu iuuenibus dando con-  
tentus ero. Vnde sicut fideicommissum † diminuitur  
ex causa dotis, ut est text. singularis in Auth. res que,  
C. communia de legatis, & in corpore unde sumitur.  
Ita † diminuitur fideicommissum ex causa alimentorū  
quādo filius uel filia grauatus uel grauata refutuere, nō  
habet aliud unde se alat. Ita sing. dicunt Bar. Pau. de  
Cast. & Doct. in d. Auth. res que, & est bonus tex. in  
Auth. contra rogatus, C. ad Trebel. & in corpore unde  
sumitur, & ibi træstatur per Angel. quod commēda  
memoria, quia est quotidianum: & ita habet cōmuniſ  
opinio doctōrum, licet glo. in d. Auth. res que, aliud  
ſentiat: & malè. Et procedit hæc argumētatio à dote ad  
alimenta, quando eadē ratio militat in utroq., & quando  
contrarium non reperitur expreſſè decisum in iure  
alias ſecus. Et hinc eft, q. licet pater teneatur dotare fi-  
liam diuitem, quę haber aliud unde fe poſſet dotare,  
vt eft tex. sing. in l. fin. & ibi gl. Bal. & Ang. C. de dotis  
prom. & idem Ange. Iaf. & Doct. in d. Auth. res que,  
tamē pater non teneatur alimentare filiā, quę haber ali-  
unde unde fe alat, ut eft tex. in l. si quis à liberis, §. fed  
& si filius. ff. de lib. agn. cū limitatione tamē de qua ibi  
p. Bar. & Doct. p. Pan. in c. cūm haberet, de eo qui duxit  
in matrem. de quo articulo quotidiano uidere poteris  
latius per Ludo. Roma. Ioan. de Imo. & Alex. in d. l. i.  
& per eundē Alex. in l. i. ff. de his qui. ut indig. & per  
Doct.

LOCVS A LEGIT. PATRONI,&c. 403  
Doct. maximè nouis. in d. Auth. res que. Et quemad-  
modū dixi nō procedere argumētationē à dote ad ali-  
menta, qn̄ non militat eadē ratio i utroq., uel qn̄ cōtra  
ritium reperitur expreſſè decisum in iure: ſic tēt nō pro-  
cedit hoc caſu. argumētatio ab alimētis ad legitimā vel  
econtrā: quia in alimentis proceditur ſumarie, ſimpli-  
ter, & de plano, & die feriato, leg. 2. ff. de ferijs, & uult  
Bar. in d. l. si quis à liberis. §. si uel parens, per illū tex.  
& idem Bar. in l. Mela. ff. de ali. & cib. leg. ſed in petitio-  
ne legitime ſernari debet ordo iuris. l. si quis in ſuo, ibi  
iudiciorū ſtrepitū, & c. C. de inoff. test. & ibi hoc not.  
Bal. Pau. de Cast. Iaf. & DD. Ex quo patet, has proposi-  
tiones que nulli nō ſunt in ore, dos ſuccedit loco alimē-  
torū, itē, legitima ſuccedit loco alimentorū, non eſſe  
ſimpliſter & indiſtinctē ueras: de quo uidere poteris  
latius in locis ſuprā cōmemoratis, & per Cyn. in l. ſan-  
cimus, C. de nupt. & per Bar. & Doct. in l. Titio centū,  
S. Titio genero. ff. de con. & dem. & per Pan. & Can. in  
c. Raynurius, de testa. & uide quod dixi ſuprā loco pro  
ximo, & in loco à dote ad piām cauſam.

#### LOCVS A LEGITIMA PATRONI ad legitimam filij.

Legitima patroni & legitima filij æquiparantur à iure.

Tempus mortis inficitur in legitima.

Argumentatio à legitima patroni ad legitimam filij, quando  
non procedat.

Quærela inofficioſi testamenti. & inofficioſe donationis in qui-  
bus conueniant, & differant remiſſione.

A hoc loco à legitima patroni ad legitimam filij de-  
A prompta argumētatio eft probabilis, frequens, &  
utilis: quia † æquiparant à iure. l. i. circa finē, & ibi Bald.  
& Salicet. not. C. de inoff. testa. Et per iſtā æquiparatio-  
ne infertur primò, q. licet testator hodiē poſſit prohibe-  
refuſcidiam, Auth. fed cūm testator, C. ad leg. Falci. ta-  
men legitimam debitam patrono uel legitimam debitā

C. c. 2 filio

404 LOCVS A LFGIT. PATRONI, &c.  
filio iure naturæ, prohibere non potest: ista est decisio  
Bar. & Ducto. in d. Auth. sed cum testator, & de legitimi-  
ma patroni est tex. in Auth. de hære. & falci. §. non autem  
excipimus, de legitima uero iure naturæ debita filio, est  
tex. in l. quoniam in prioribus, & in l. scimus, in prin. C.  
de inoff. testa: Secundo per istam æquiparationem infer-  
tur, q. sicut legitima patroni non augetur auctis bonis  
liberti post mortem eiusdem liberti, ut est tex. sing. plu-  
ra ponens exempla in l. si patronum ex debita. §. si ex bo-  
nis. ff. de bo. liber. & facit l. etiam. §. si illo eo. ti. Ita etiam  
legitima filij non augetur auctis bonis paternis post mor-  
tem ipsius patris, eadem ratione. Inspicitur tamen enim tps  
mortis, l. cum queritur, & Auth. nouissima, C. de inof.  
test. & ita sing. determinat Salic. in d.l. scimus. §. reple-  
tionem, in f. & Pau. de Ca. & Ale. de Imo. in l. in rōne,  
2. in prin. ff. ad leg. Fal. & Rom. i fin. 129. & Iaf. i d. Aut.  
nonissima. Item tertio per istam æquiparationem dicit  
aliqui in l. C. de inoff. don. q. sicut liberto alienâre res  
suas in fraudem patroni, alienatio reuocatur in totum,  
& non tantum pro legitima, si libertus minorem, §. si quis  
plures. ff. de iur. pat. Ita etiam patre faciente immensam  
vel inofficiam donationem in fraudem filij, alienatio  
reuocabitur in totum, & non tantum pro legitima: de  
quo articulo tamen, quia disputabilis est & dubius, vide  
latissimè per Bal. in d.l. 1. in 2. col. in vers. modò ueniam  
ad questiones. Item quartò ex ista æquiparatione  
infertur, q. sicut patronus præteritus à liberto pôr per  
bonorum possessionem contra tabulas recuperare legi-  
timam sibi debitam ex substâlia l. onorū liberti sui de-  
functi, & non contentari pecunia, ut est tex. in l. libertu-  
qui soluendo. ff. de bo. lib. Ita èt filius institutus à patre  
in mille pro legitima sua pôr recusare pecuniam, & pete-  
re suam legitimam ex bonis hereditariis patris. Ita si de-  
cidunt Guil. de Cu. Bal. & Pau. de Castr. in d.l. scimus  
& hoc tene, quicquid dicat ibi Sal. Posset & ad multa  
alia induci hæc argumentatio à legitima patroni ad le-  
gitimam filij, que videre poteris per Bal. in d. lege si-  
mus, in 3. 5. & 6. q. ad quem remisisse sufficiat, cum  
omni-

LOCVS A MINO. AD FVR. &c. 405  
omnibus habeatur. Ista argumētatio tñ t non semper  
procedit, ut patet in l. non usq; adeò. ff. si quis à paren-  
tuerit man. & in l. si quis legati, §. si ff. de falsis; cù utro-  
biq; no. per gl. & Docto. & habes exemplū in alio casu  
notabilis posito per Bal. in d.l. in uers. ulterius queritur  
sed in dictis iuribus aliter fuit dispositum in uno quam  
in alio: idèo non mirū, si non procedat argumentatio:  
Vbi autem contrarium non reperitur exprefse dispositu:  
nec apparet de diuersa ratione, ad hanc æquiparationē  
recurrere debemus: & procedit hæc argumentatio se-  
cundum Salic. in d.l. f. qd est perpetuo memoria com-  
mendanda, quia potest seruire ad multa. Et quia hic ser-  
mo habitus est de legitima filij, possent hic non incon-  
grue ponî similitudines differentiæ, quas inter se habent  
querela inofficioi testamenti, & querela inofficioi  
donationis: sed de hoc remisisse sufficiat ad not. per  
gl. & Doctor. in dict. l. 1. & in l. precib., & in l. fin. eo.  
tit. q. recurre.

### LOCVS A MINORIBVS AD FVRIO- SOS, prodigos, mente captos, seu dementes.

1. *Priuilegia minoribus concessa extenduntur ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes. æquiparatur. n.d iure. n.2. 7.*
3. *Priuilegia minoribus cōpetentia, & per totum locum.*
4. *Sententia cōtra pupillū vel minorē lata rescinditur prætextu instrumentorū de novo repertoriū. idem si sit lata contra fr̄is & prodigos.*
5. *Prescriptio longi tēporis hodie non currit contra minores.*
6. *Pupillus non cogitur iurare pacem suo principi: nec ei preſta re iuramentum fidelitatis.*
8. *Aequiparatio prodigi & furiosi quādo procedat.*
9. *Prodigus non potest condere testamentum.*

L Oci istius à minoribus ad furiosos, prodigos, mēte  
captos, seu demētes, frequēs est iurisconsultis usus  
& ab eo sumptu argumētū probabile est & utile. Nā om-  
nia tñ priuilegia cōcessa minoribus, q. sunt multa sparsa;

C c 3 corpore

corpo iuris, ex quibus aliqua statim recitabo, & plura  
infra loco proximo, extenduntur ad furiosos, mente ca-  
ptos, seu dementes. Ita dicit gloss. notabilis in l. C. de-  
curat. furi. quam reputat singularem Bald. in c.r. de be-  
neficio fratris, in usibus feudorum, & idem Bald. in l.  
qui neque, vbi est bonus tex. ff. de reb. eor. & Bald. in l.  
fin. in princ. C. in quib. cau. in intreg. rest. non est necess.  
& idem Bald. in l. infantis, n. 2. q. C. qui admitt. & loan. de  
Imol. in repetit. l. si uero, §. de uiro, ff. soluto matrimonio. &  
Pano. Feli. & Moderni in cap. cum non liceat, de preser.  
& Io. de Platea in l. rempub. C. de iure reipub. lib. 11. &  
Pet. de Anch. in consil. suo 5. circa finem. Et quod dixi  
de furioso, mente captivo, seu demente, intelligo etiam  
in prodigo cui bonis interdictum est, ut scilicet omnia  
beneficia quae dantur minoribus adultis seu pupillis, ex-  
tendantur nedum ad furiosos, mente captivos seu demen-  
tes, sed etiam ad prodigos, & generaliter ad omnes qui  
curatoribus reguntur, secundum Bald. in d.l. 2. Prodi-  
gus enim, & furiosus æquiparatur, l. furio, ff. de reg. iu.  
& l. is cui bonis, ff. de uerbo, obli. & ambo æquiparantur  
pupillo, l. Fulcinius, §. adeò, & seq. & ibi Alex. de Imol.  
not. ff. ex qui. cau. in poss. eat. l. pupillus, ff. de acq. her. &  
l. certi condic. §. quoniam, in fi. ff. si cer. pet. & d.l. qui  
neq.; & ibi Bald. & l. properandum, in fi. C. de iud. & l. in-  
terdum, ff. de cond. ind. & Auth. minoris, in fin. C. qui  
da. tuto. po. & in corpore unde sumitur: & quod pupill.  
2. Ius † furiosus, & prodigus æquiparentur, vult glo. in l.  
qui cum alio contrahit, ff. de reg. iur. & autem furiosus,  
prodigus, & mente captus æquiparantur, vult glo. in l.  
quis in tam, C. unde ui. de cuius glo. intellectu vide p.  
Bar. & Doct. in d.l. is cui bonis, & dicam aliquid infra. Et  
iste arguendi modus facit ad multa, & iter alia gratia ex-  
pli pro instruptione iuuenuit istud primò facit ad hoc, q.  
3 sicut † non ualeat alienatio bonorum immobilium mino-  
ris, per minores uel curatores eorum facta sine decreto iu-  
dicis, l. magis putio, §. non paucim, ff. de reb. eor. q. sub m.  
uel cura. sunt, & toto tit. C. de præd. minor. sine decreto  
nō alie. Ita et nō ualebit alienatio, facta sine decreto,  
furio

furiosos, dementes, mente captos, uel prodigos, qui cu-  
ratores eorum, d.l. 2. & ibi Bal. Secundò ex isto seque-  
ritur, q. sicut minor in suis contractibus læsus. restituui-  
tur in integrum, ut declarabo infra loco proximo: Ita  
etiam furiosi, mente capti, dementes, & prodigi in suis  
contractibus læsi, sunt in integrum restituendi: q. ita  
non vult Bar. post glo. & Dy. in l. Marcellus, ff. de fideiu.  
& idem Bar. in l. i. ff. de bo. pos. furio. infant. surdo. cęco  
compe. & idem Bar. in l. si infant. C. de iur. delib. & latè  
Pau. de Ca. in d.l. Marcel. & Bald. in d.l. 2. & DD. expè  
alibi. Tertiò ex isto sequitur, q. sicut sententia lata con-  
tra † pupillum uel minorem rescindetur prætextu in-  
strumentorum de nouo repertorum, vt no. per gloss. &  
DD. in l. Imperatores. ff. de re iud. & per gl. & DD. in l.  
vn. C. de sent. adue. fis. la. li. ro. Ita et erit in finia lata con-  
tra furiosum, demente, mente captū, vel prodigi; quia  
æquiparantur, d. §. adeò, & seq. & ita non. decidunt Bar.  
Io. de Im. Alex. DD. id. l. Imperatores. & Bald. in l. i. in 1.  
oppo. circa finē. C. de cond. indeb. & Io. de Platea in d.  
l. vnic. Quartò ex isto sequitur, quod sicut res empta  
de pecunia minoris efficitur minoris: licet emēs emerit  
nomine proprio, l. secund. ff. quando ex facto tutoris, &  
l. curator. C. arb. tu. Ita etiam res empta de pecunia fu-  
riosi uel prodigi, cui bonis interdictum est, uel alterius,  
qui sub cura cit. per gl. sing. in d.l. 2. quam ad hoc pon-  
derat Bald. in l. si ut proponis, C. de rei uend. ubi de hoc  
pleniū per eum. Quintò ex isto sequitur, q. sicut non  
ualeat sententia lata contra minorem indefensum, l. cū  
& minores, cum sua singulari gl. C. si aduer. rem iud. &  
l. si præses, C. quo & qn iud. Ita etiam non ualeat senten-  
tia lata contra furiosum, prodigi, mente captū, uel demen-  
te indefensum, p. gl. in d.l. 2. C. de cur. fu. & ibi hoc expres-  
sè vult Bal. qd tene menti, quia uidì de facto. Sextò ex  
istò sequit, q. sicut † cōrra minores hodiè nō currit præ-  
scriptio longi t. pis, ut est tex. sing. in d.l. fi. C. in qui. caus.  
rest. in inte. non est nec. Ita etiam contra furiosos, mente  
captos, dementes, aut prodigos, nō curri præscriptio longi  
t. pis; & ita notab. dicit Pau. de Ca. in d.l. Marcell. in fi. &

308 LOCVS A MINORIB. AD FVR.  
idem Pau.de Cast.in l.si curatorem habens,C.de in int.  
resti.per tex.iuncta glos.in d.l.2.C.de curat.fur. Et idem  
vult Pau.de Cast.& Doct.in d.l.f. C.in quib.cau. in in-  
teg.rest.non est nec.Idem etiam vult Ioan.Andr.in ad-  
di.ad Spec.in Rub.de præscrip.circa medium,& Panor.  
Feli.& alij Moderni d.c.cum non licet.Hoc tamien,pd  
dixi de præscriptione,intellige sanè de præscriptione ex  
traiudiciali:& ita propriè loquitur d.l.f.sic us autem est  
in præscriptione iudiciali, quia illa ita benè currit ipso  
iure contra minores,furiosos,mente captos,dementes,  
& prodigos,sicut contra maiores.licet per eos posset pe-  
ti restitutio in integrum in subsidium,qñ scilicet minori  
furioso,mente captio,dementi,vel prodigo succurri non  
potest contra suos administratores:quia fortè non sunt  
soluendo,tex.est sing.in d.l.properandum,in fin.& ibi  
hoc uolunt Bal.Ang.Sali.Pau.de Cast.Alex.Iaf.& Doc.  
qui dicunt,quod minoribus sicut maioribus currit tem-  
pus ipso iure ad appellandnm,ad appellationem prose-  
quendum,ad inuentarium conficiendum:& idem dicit  
in præscriptione statutaria uel constitutinaria,de qua  
in cap.constitutus,de in integ.rest.vt ibi latius per eos.  
Septimò ex isto inferri potest,qñ sicut t pupillus non  
cogitur iurare pacem,uel præstare iuramentum fidel-  
tatis suo principi,cum non intelligat quid agat.Ira nec  
furiosus,demens uel mente captus,qui pupillo similes  
sunt,iuribus præal.& ita sing.dedit Bal.in extraua.de  
pac.const.in §.uasalli nostri:quod tene menti.Hinc etiā  
Imperator Iustinianus in l.si furiosi,C. de nup.legē seu  
constitutionem diui Marci loquentem in filio mente ca-  
pti rectè extendit ad filium furiosi,ut illic uidere licet  
per Bald.& alios:quod nota.Ex æquiparatione autem  
t furiosi,& prodigi infertur primò,qñ prodigo etiam nō  
potenti potest dari curator,sicut furioso,& ita nō mult  
Bal.in l qui habet,in prin.ff.de tut.& ante eum hoc uo-  
luit Bar.in l.hæc aut,in prin.ff.ex qui.caus.Secundò in-  
fertur ex hoc,quod sicut furioso substitui potest exem-  
plari:ita etiam prodigo exemplari substitute potest:& ita  
nō mult Bar.& alij post eū in l.ex facto,in 6.col.in vers.

quæro

LOC. A MINOR. AD FVR.&c. 409  
quæro utrum sit reperi, &c. ff. de uulg. & pup. subst. Et  
procedit ista æquiparatio t prodigi, & furiosi, & argumen-  
tatio de uno ad alterum, ubi eadem est ratio in utroq;,  
videlicet, quantum ad hoc ne prodigus faciat condicio-  
nem suam deteriorem: quia sibi bonorum diminutio in  
terdicta est, sicut furioso: securus autem est, quædo agitur  
de acquirendo, quia ille cui bonis interdictum est, non  
prohibetur sibi acquirere: ut hæc omnia probantur in d.  
l. is cui bonis, & in d.l.certi conditio, §. quoniam, in fi-  
nam quoad acquirendum prodigus æquiparatur pupil-  
lo, iuribus præal. & vult Alex.de Imol.in d.l.is cui bonis  
in prin. In delictis aut quæ in faciendo consistunt, exce-  
pto casu d.l.si quis in tantam,prodigus æquiparatur ma-  
iori sanæ mentis, & punitur ut quilibet aliis,ut not. An-  
ge.in d. §. adeo,& idem Ang.& Alex.in d.l.is cui bonis:  
licet securus sit in delictis consistentibus in omitendo vel  
negligendo, ut ibi latius per eos: quod nota, quia ualeat  
ad multa, ut uidere poteris per Alexand.in d.l.is cui bo-  
nis,in 4.col.Et quod in delictis ita puniatur prodigus,  
ut aliis sanæ mentis,vult etiam Bald.in l.furiosum,in fi.  
C. qui testa.fac.possunt, quem omnino uide. Interdum  
autem prodigus æquiparatur adulto curatorem habenti  
ut est tex. in d.l.si curatorem habens, & ibi habetur pul-  
chre per Bar.& Doc.ubi plenè reperies, in quibus cōue-  
niunt, & in quibus differunt:quod recurre.Aduerte etiā  
quod licet gl.in §.furiosi,Insti.de curat, & in l. de crea-  
tionibus,C.de episc.aud. dicat, quod cura legitima nō  
reperitur,nisi in furioso, & prodigo, nec aliquid dicat  
de mente capto,tame quod idem sit in mente capto,qñ  
in furioso, & prodigo, est tex.not.in Auth. ut hi qui ob-  
lige ha.perhi.res mino. §. i. quem ad hoc ponderat Ba.  
in d.l.si furiosi,quod tene mente, & uide quod dixi su-  
prā in loco à lege ad testatorem. Postremò uolo te non  
ignorare, qñ siue t prodigus æquiparetur furioso siue  
pupillo, non pot condere testamentum, etiā ad pias cau-  
fas. Ita expressè decidit Bal.i l. i 3.col.C. de fac. eccl. i  
lectura,& Pan.in Rub.de testa.& Pet.de Anch.i c.q.a i-  
redientibus,in uersi.circa sextū, illo eo.tit.& Phil. Frā  
cus

410 L.O.C. A MINO. AD ECCL.&c.  
cus in rubrica de testa.libro 6. in 4. colum. ubi repetit  
de hoc satis plenè. Quæ omnia commenda memorie  
tanquam pulchra, utilia, singularia, & quotidiana: & ut  
de quod dixi supra in loco à simili, & quod dicam infra  
loco proximo, & in loco à speciali.

L O C V S A M I N O R I B V S A D E C C L .

eccliam, vel piam causam.

- 1 Ecclesia fungitur vice minoris. 8.
- 2 Argumentum à minoribus ad ecclesiam quando procedat.
- 3 Mora fauore minorum, & ecclesia contrahitur re ipsa absq[ue] interpellatione.
- 4 Minor l[ea]sus sui facilitate, vel dolo aduersarij restituitur in integrum: idem in ecclesia, & p[re]ijs locis.
- 5 Priviliegatus contra privaliegiorum an & quando utatur suo privilegio.
- 6 Beneficium restitutio[n]is competens minori non porrigitur ad fideiussorem. Idem in ecclesia.
- 7 Sententia lata contra minorem indefensum aut ecclesiam, non valet.
- 8 Alienatio facta per minorem de re immobili sine autoritate curatoris, & decreto iudicis non valet.
- 10 Minor non potest cedere actiones, & iura sua sine decreto.
- 11 Terre steriles minorum an possint alienari.
- 12 Minor & ecclesia in quo differant.

C o m m o d u m sub sequitur nunc locus à minoribus  
ad ecclesiam, vel piam causam, à quo sumptum ar-  
gumentum est probabile, frequens, & utilissimum, quia  
1 Ecclesia fungitur iure minoris, c. i. & c. auditio[n]is de in-  
te. resti. & prius locus minori & qui paratur, l. orphanotro-  
pos, in prin. & ibi Bal. no. C. de epis. & cler. & c. quia co-  
tingit post medium: & ibi Io. de Imo. not. de relig. dom.  
2 Et t[em]p[or]e isto argumento à minoribus ad ecclesiam vel piam  
causam vtitur glo. in l. 3. C. quan. ex fac. itu. & gl. in l. re-  
sp[ec]tiva, C. ex quib. cau. maio. & Io. And. in reg. in toto,

Vnde

L O C. A MINO. AD ECCL.&c. 411  
Vnde cùm multa sint statuta à iure in fauorem minorum, ad multa trahi poterit h[oc] argumentatio, concur-  
rente identitate rationis, & alio expressè non disposito à iure. Et gratia exempli pro instructione iuuenum  
istud primo facit ad hoc, quod sicut t[em]p[or]e fauore minorum  
mora contrahitur re ipsa absque interpellatione, l. in mi-  
norum, C. in quib[us] cau. in integ. rest. non est nec. & l. Ti-  
tia Seio. §. vii[er]as. ff. ad leg. 2. Ita etiam fauore ecclesiæ,  
vel p[re]ijs cause mora contrahitur re ipsa absque interpel-  
latione, quam doctores appellant moram irregularem.  
Ita dicit Bal. in Auth. hoc amplius, C. de fideic. & Pet. de  
Anch. in rep. regulæ, accessoriis, in 6. q. ff. de reg. iur.  
libro 6. & idem Pet. de Anch. in confi. suo 281. incip. in  
Christi, &c. in auxilium veritatis, &c. circa fi. & Ioan. de  
Imo. in c. breui. de iureiu. & est glo. sing. in §. item mix-  
ta, super uero, iudicium, circa prin. Inibi de actio, quam  
ad hoc ponderat & exclamat Rom. iii. sing. 118. incip. tu-  
habes, &c. illam gloss. etiam ad hoc notat lo. de Imo. in  
rep. l. si uero, §. de viro, ff. sol. matrimo. & Nicolaus de  
Neapoli, & Ias. in d. §. item mixta, & Doct. sapè alibi:  
quod tene menti. Secundu[m] istud facit ad hoc, quod sicut  
4 t[em]p[or] minor l[ea]sus sui facilitate, vel dolo aduersarij, restituitur  
in integrum, toto tit. ff. de mino. Ita etiam ecclesia,  
pia causa, & loca pia, vt hospitalia, monasteria, collegia,  
& quilibet alia loca, in quibus seres, debiles, infantes  
seu pauci expositi, & aliae personæ miserabiles aluntur,  
& in quibus opera caritatis exercentur, si l[oc]dantur, re-  
stituantur in integrum: ita singu. dicit lo. And. in c. 2. de  
in integ. rest. li. 6. in Nouel. que refert & sequitur Pan.  
in c. relatum. i. de test. & idem Pan. in d. c. i. & glo. in d.  
c. auditis, & ibi etiam Pan. qui dicit, quod omnia iura lo-  
quentia de minoribus in materia restitutio[n]is, possunt  
& debent trahi ad ecclesiæ, quod dicit memoria com-  
mandandum: & idem sensit Pau. de Cast. & post eum  
DD. in d. l. orphanophilos, & Lud. Ro. in sing. 95. ubi  
per hoc decidit illam pulchram, & quotidianam que-  
stionem, Hospitali relicta erat hereditas sub conditio-  
ne, si intra annum ædificet sacellum in certo loco, & si  
facellim

413 LOC. A MINO. AD ECCL.&c.  
facellum in loco designato intra annum constructum  
non fuerit, voluit testator, q̄ alius locus plus habere  
hæreditatem: administratores autem hospitalis intra an-  
num non construxerunt facellum: quæritur an hospita-  
le poterit restituī aduersus lapsum temporis & negligē-  
tiam commissam per administratores in non adifican-  
do facellum, in prædictum alterius pīj loci. & decidit  
ipse singulariter, quod sic, iastar minoris, per tex. sing. in  
l. 3. §. & si hæres, ff. de min. & idem fuit de mente Bal. li-  
cet vacillet, in l. pupillorum, C. de repu. hære. hoc tamē  
5 dependet à decisione illius quotidiani articuli, an priu-  
legiatuſ utatur priuilegio contra æquū priuilegiatum,  
& quando, & quando non, de quo uide in l. verum, §. 6.  
cum l. seq. ff. de min. & in Auth. quas actiones, per gl. &  
Doct. C. de fac. eccl. & i d.c. auditis, ubi plenē de hoc re-  
peries. Tertiō istud facit ad hoc, q̄ sicut præscriptio iu-  
dicialis currit ipso iure contra minorem, sicut cōtra ma-  
iorem, ut est tex. sing. in l. properandum, in fi. & ibi hoc  
nolunt Bal. Ang. Sal. Pau. de Cast. Ale. Ias. & Doct. C.  
de iud. licet securus sit in prescriptione extra iudiciali, l. fi.  
C. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. Ita etiam præ-  
scriptio judicialis currit ipso iure cōtra ecclesiam & pia  
causam, licet ecclesia & pia causa laesa posset restituī in  
integrum in subſidium, quando ſibi ſucceſſi non poterit  
aduersus ſuos administratores, quia fortè non ſunt ſol-  
uēdo, vt dicitur in minorib. in d.l. properandum, in fi. &  
ita no. cōcludit Card. in cle. vni. in 10. q. de in integ. rest.  
& volūt Sal. Alex. & Ias. in d.l. properandum, in fi. quod  
tene mēti. Quartō istud facit ad hoc, q̄ sicut minori ſic  
currit nedum quando ipſe facto ſuo leſus eſt, ſed etiā  
quādo leſus eſt per ſuos curatores ſeu administratores,  
l. fi. C. ſi tut. vel cur. interue. Ita etiam eſt in ecclesia, vel  
pia cauſa, quia delictū perſone, & c. regula, delictū, de re,  
iu. li. 6. & ita no. vult. Hoſt. in aurea ſua ſumma, in tit. de  
in integ. rest. §. i quib. Quintō istud induci poſſet ad hoc  
6 q̄ ſicut ſingulare beneficium reſtitutionis in integrum  
competēt minori ratione ætatis, non porrigitur ad fide-  
iuiſorem: vt eſt tex. in l. 1. & 2. cum ibi no. per gl. & DD.

C. de

LOC. A MINO. AD ECCL.&c. 412  
C. de fideiuiſ. minor. Ita etiam ſingulare beneficium re-  
ſtitutionis in integrum, competēt ecclesiæ, vel pīe cau-  
ſa, non porrigitur ad eius fideiuiſorem, eadem rōne: &  
quia reequiparantur, iurib. ſuprā in prin. alle. Non memi-  
ni tamen aliquem doctorem hoc exprefſe ponere, licet  
magam fecerim diligentiā ad perquirendum, cū que  
tio accidisset de facto. Effectus autē huius inductionis  
eſt magnus, vt videri potest in d.l. 1. & 2. & in l. in cauſa  
l. cl. ibi no. ff. de mino. & l. minor, ff. de proc. Sextō iſtud  
facit ad hoc, q̄ ſicut ſententia lata pro procuratore mi-  
noris, non legitime conſtituto, uel pro minore per ſe in  
iudicio litigante valēt, licet contra eum lata non ualeat:  
ut eſt tex. pulcher & menti commendandus in l. non eo  
minus, C. de procur. Ita eſt ſententia lata pro ecclesia, vel  
pia cauſa valet, licet non interuenierit conſensus ſuperio-  
ris: quamvis lata contra ecclesiā, vel piam cām hoc ca-  
uſa non valeret. Ita sing. uolunt Io. And. Pan. Io. de Imo.  
& cōter Doct. cano. in c. cām, 1. de iud. & eſt de mente  
Io. de Imo. in l. quæſitum, ſuper 1. gl. ff. de re iud. & uo-  
lunt exprefſe Alex. de Imo. & Ias. in d.l. non eō minus:  
quod tene menti. Septimō iſtud facit ad hoc, q̄ ſicut cō-  
tra ſuēdo indefenſum non valet ſententia lata nec  
in prima instantia, l. cū & minores, cum ſua ſing. gl. C.  
ſi aduer. rem iud. nec eō in ſecunda instantia, l. ſi præſes,  
C. quō & qñ iudex: Ita etiam nō valet ſententia lata cō-  
tra ecclesiā, uel piam cauſa viduatam paſtore, vel re-  
ſto: & ſic in indefenſam. Ita ſing. dicit gl. in d.l. ſi præſes,  
quam ibi ſequantur Bal. Sal. & Doct. pro qua decisione  
ego allego tex. notab. in c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6.  
ubi ſingulariter habetur, q̄ actus geſtus cōtrā ecclesiā  
viduatā paſtore, uel rectore, eſt ipſo iure nullus, niſi fue-  
rit ei datus deſenor: quod eſt memoriae commendan-  
dum, qui ſingulare & quotidianum. Aduerte tamē ne  
decipariſ, quia ſententia lata contra ecclesiā habentē  
pralati, indefenſam tamen, ualeat. c. prout, & c. fi. de do-  
lo & cōtrā. & c. cū ex literis, de in integ. rest. & vult ſing.  
Mattheus Matheſilanuſ in notabili ſuo 55. licet ſecus  
ſit in minore, ſecundū eū, d.l. cū & minores, cum ſim.

Oſtauō

Otanò istud facit ad hoc, quòd sicut res empta ex pecunia minoris efficitur minoris, licet emens emerit nomine proprio, l. curator, C. arb. tut. & l. z. ff. quando ex facto tutoris: Ita etiam rès empta ex pecunia ecclesie, vel pie causæ, eadem ratione: & ita tenet glo. in d.l. 2. & glo. in l. si vt proponis, C. de rei vend. & in l. si patruus, C. com. vtriusque iud. & gl. in c. inquirendum, de pecu. cler. & glo. in c. apostolicos, 12. q. 2. & Pan. in conf. 94. 2. vol. incip. Christi, &c. in questione, &c. & idem Pano. in d. c. inquirendum, de quo uide, quod dixi latius supra in loco à milite ad ecclasiam, uel piam causam. Nonò istud facit ad hoc, quòd sicut in minorem cōpetit actio ex pecunia mutuo sumpta per curatorem eius, si in ipsius utilitatem sit conuersa: ut est tex. in d.l. 3. C. quando ex facto tut. Ita etiam in ecclasiam, uel piam causam hoc casu dabitur actio: Ita dicit glo. singularis in d.l. 3. cum qua ibi indifferenter consentiunt omnes Doct. quos viderim, & eam ad hoc specialiter not. Ioan. de Imo. in rep. d.l. si uero. §. de uiro. & faciunt notata per glo. Bar. & Doct. in Aut. qui res iam dictas, C. de sacro. eccl. & not. per glo. Sal. & Doct. in Auth. hoc ius porrectum, circa f. illo codem titu. & notata per Aut. de But. Card. Ioan. de Imo. Parnomi. & Canonistas in c. 1. de deposito, & ea que habetur & notantur per gl. & Doct. in c. pen. de fideiust. linita tamen ut illic per Pan. qui ex quisitissime hunc articulum quotidianum examinat, ubi etiam plenè habetur per Inno. Host. Ioan. And. Aut. de But. Card. Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. quando ciuitas, ecclasia, uel alias obligatur ex facto sui administratoris, & per Bar. Iaf. & Legist. in l. ciuitas, ff. si cer. pet. & per Bal. in d. Auth. hoc ius porrectum. Decimò istud potest induci ad aliud, uidelicet, quòd sicut minor eo ipso quod compromittit in arbitrum, cēsetur l. ed. & potest desiderare in int. egrum testitui, l. si minor, 2. §. si. & ibi 8 Bar. ff. de minorib. Ita etiam dici posse in ecclasia que fungitur vice minoris, iuribus suprà in prin. alleg. Sed hoc non affirmo, quia Iacobus de Rauen. & Alberic. de Rosate, in d. §. si. non sic indistincte intelligunt illum tex-

LOC. A MINO. AD ECCL.&c. 415  
 tum sed eum rationabiliter restringunt ad casum, quando electus arbiter esset inimicus, uel suspectus minori, & hoc etiam ibi sentit glo. ut latius ibi uiderē poteris, quare cessat illatio de qua suprà. opinionem tamē Bar. sequuntur Ang. Pau. de Caſt. & Alex. de Imo. in l. nam & postea §. si minor. ff. de iure in: qua opinione uera ex flente, bona uideretur argumentatio supradicta. Vnde cimò istud facit ad hoc, quòd sicut sententia lata contra minorem dolo aduersarij, est ipso iure nulla, l. si. C. si ex falso allegatio, & l. si præſes, C. de præd. min. & notat Bar. in l. si ad quem, ff. dc acq. hær. & in l. pen. ff. de iuri. & iur. Ita etiam sententia lata contra ecclasiam do lo aduersarij erit ipso iure nulla, eadem ratione: & ita reperio uelle Matthæum Matheſilanum in d. notab. suo 9 45. Duodecimò istud facit ad hoc, quòd sicut alienatio facta per minorem de re immobili sine authoritate curatoris, & decretō iudicis, non ualeat in præiudicium minoris, l. si ad resoluendam, C. de præd. mino. & toto tit. ff. de reb. eōr. qui sub tute, uel cura, sunt, & habetur pul chre per Bal. in l. si curatorem habens, C. de in integ. re ff. si tamen minori expedit contractum seruari & adimpleri, maior qui cum eo cōtraxit, tenetur eundem adimpleat arg. text. inst. de aut. tut. in prin. & l. Julianus. §. si quis a pupillo. ff. de act. emp. Ita etiam dicendum erit in ecclasia & pia causa alienante sine solennitate requiſita à iure. Et ita sing. reperio uelle Inno. & Cano. in c. 1. de his qua fuit a prælato sine consensu c. & Matth. in notabili suo 155. & Alexā. de Imo. in l. cum lex. ff. de fideiust. in apostillis ad Bar. quod tenet menti. Decimo tertio istud facit ad hoc, quòd sicut minor qui potuit p transactionem à lite liberari & male consultus transactiōnem non acceptauit, sed in litigio perseverans sententia contra se lata succubuit, potest in integrum refutari est tex. singularis in l. si ex causa. §. nunc uidendū, & ibi Bar. Bal. Alb. de Rosate, & Doct. ff. de minoribus. referat & sequitur Lud. Roma. in singulari 402. Cxpola caurela 6. & Franciscus de Crema singulari 29. Ita etiam dicendum erit in ecclasia & pia causa, eadem ratione,

& quia æquiparantur iurib. suprà in prin. alleg. & licet nemiuem reperiam hoc dicétem, credo tamen uerum, per dictam æquipatationem: & quia eadem est ratio in utroque, & quia non reperio contrarium, arg. eor. que dicit Sal. in l. f. C. de inof. test. & quod dixi suprà in loco à legitima patrōni ad legitimam filij, & in loco à simili li. Decimoquarto istud facit ad hoc, quod sicut minor non potest cedere actiones, & iura sua sine decreto, ut determinat Spec. in tit. de cessione actionis, §. 1. uerbi. sed nunquid minor Ita nec ecclesia uel pia c. a. de reb. eccl. non ali. lib. §. & ibi hoc notat Io. An. in Nouella. Ex ista æquiparatione etiam sequitur, q. sicut minor paſſius iacturam causæ, quia cessit actionem potētiori, non restituitur in integrum: quia minor contra delictum suum non restituitur, l. auxilium, ff. de minorib. cum sim. Ita nec ecclesia hoc casu restituitur in integrum, eadem ratione. Et ita sing. determinat Spec. in d. tit. de cessione actionis. §. 1. in uer. quid si minor ubi uide. Posset & ad multa alia pulchra, & quotidiana, ex premisso & alijs iuribus colligibilia, induci hæc argumentatio à minoribus ad ecclesiam, uel piam causam, sed prædicta pro iuueniis abundè sufficiunt. Hoc tamen uolo testificari, q. hæc argumentatio nō procedit in alienatione rei immobilis, sterilis, seu in fructuosa: quia in ecclesia illa alienatio permittitur, Auth. item predium, C. de sacros. eccl. & c. terrulas, 12. q. 2. sed in minore nō permittitur, ut est tex. sing. in l. si fundns sit sterilis, ff. de reb. cor. & uult Roma. in rep. d. l. si uero, §. de uiro, in 12. fall. De hoc articulo tamen uide latius per Alb. de Rosa. lat. & recentiores in 1. 2. ff. de offic. eius cui man. est uiris. In 12. alio etiam differt ecclesia uel pia causa à minore: quia ecclesia uel pia causa lex sa, restituitur etiā post quadriennium, quando rationabilis causa hoc suaderet, ut est text. cum sua sing. gl. in c. 1. de in integ. rest. lib. 6. minor uero non restituitur, nisi in minore ætate sit lex sa, uel infra quadriennium post legitimam ætatem, l. dol. ueris. diuersum, & ibi Alb. de Rosate not. ff. de nouationib. & uult Host. in summa in tit. de in integ. rest. in §. quan o minor,

minor, circa fin. Non procedit etiam hæc argumentatio à minoribus ad ecclesiam, uel piam causam in prescrip-  
tione temporalis: nam licet prescriptio temporalis extra  
judicialis non currat hodiè ipso iure contra minorem,  
ut est tex. sing. in d. l. f. C. in quib. cau. in integ. rest. non  
est necessi. tamen currit contra ecclesiam, uel piam cau-  
sam, ut probatur in d. Auth. quas actiones, ubi usus capio  
triennij, uel prescriptio quadriennij de iure ciuili no-  
nissimo currit contra ecclesiam & piam causam, licet re-  
stituatur, & ita nota, decidit Ioan. de Imo. in d. rep. l. si  
uero. §. de uiro. in 11. col. & Lanf. ibidem in sua repe. in  
§. conclusione interpretationis extensiæ, & gl. & Doct.  
in d. Auth. quas actiones, & est de mente Ant. de But.  
in rep. c. f. de consue. in 6. fallen. in fi. & de mente Host.  
in aurea sua summa, in d. tit. de in integ. restitu. in d. §.  
quando, & in §. cni. in fi. ubi etiam dicit, q. priuilegia mi-  
noris & ecclesia habet se ut excedentia & excessa. Quæ  
omnia commenda memorie tanquam pulchra, singula-  
ria, utilia & quotidiana. & vide quod dixi suprà loco  
proximo, in loco à pupillo ad ecclesiam uel piam cau-  
sam, & in loco à simili, & quod dicam infra loco proximo,  
& in loco à speciali, & in loco à ratione legis larga,  
ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in 2. ca-  
su principali.

## LOCVS AB ECCLESIA AD PIA LOCA.

- 1 Priuilegia omnia competentia ecclesijs, competunt etiam pjs locis.
- 2 Contra ecclesiam, vel pia loca regulariter non prescribitur nisi spacio 40. annorum.
- 3 Argumentatio ab ecclesia ad pia loca non procedit in panalibus.

NVNCS subiectamus locum ab ecclesia ad pia loca,  
à quo sumptum argumentum est probabile, frequēs  
& utile, quia omnia tibi priuilegia competitia ecclesijs,  
competunt etiam pjs locis. textus est ualde notabilis

D d in

in lomnia priuilegia, & ibi Bar. notat, C. de episcop. & cler. & bonus tex. in §. pro temporalibus, in Authen. de ecclesiasticis titulis, collatio. 9. & facit L. illud, cum gl. C. de sacro sanct. eccl. & affirmat tanquam rem evidenterem Ioan. And. in c. 2. de in integ. resti. lib. 6. in No. uella, & sequitur Panor. in c. relatum, i. de testa. & idem Panor. in c. 1. de in integ. resti. in antiquis: quod facit ad multa. Et inter alia gratia exempli pro instructione inuenimus istud primum facit ad hoc, quod sicut f. cōtra eccliam regulariter non præscribitur, nisi spacio 40. annorum, cap. de quarta, de præscrip. & Auth. quas actiones, C. de sacro sanct. eccl. Ita nec contra pī a loca, d. §. pro temporalibus, ubi de hoc est casus: & vult not. Bal. in d. Auth. quas actiones, ubi dicit hoc esse notabile & memorie commendandum: & idem vult Pan. in d. c. de quarta, in ultimo notabili, vt dicit idem esse in legatis ad pias causas. Secundò istud facit ad hoc, quod sicut ecclia l. xii restituitur in integrum, cle. uni. de in integ. resti. cum simi. Ita enim capitulum, collegium, unperficitas, vel hospitale, si l. edatur, potest perere restituitionem integrum, & ita not. decidunt Inno. Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in c. nisi essent viri prouidi, de p̄reb. & Io. And. in d. c. 2. & Panor. in d. c. relatum, & in d. ca. 1. Tertiò istud facit ad hoc, quod in alienationibus bonorum hospitalis, vel p̄ij loci eadem requiritur solennitas, quae requiritur in alienatione bonorum ecclie: ita nota, dicunt Ant. de But. Io. de Imo. & Panor. in c. nulli, de reb. eccl. non alien. & probatur in Auth. hoc ius porrectum, in prin. C. de sacros. ecclie. Posset ad multa alia pulehra & quotidiana induci h̄ec argumentatio ab ecclie ad pia loca, quae uidere poteris per Fel. in d. c. de quarta, ubi ultra h̄ec tria priuilegia competentia ecclie s̄ & pijs locis, egregie sanē collegit decem & septem alios casus, in quibus hospitalia, & pia loca æquiparantur ecclie, & g. ualē priuilegijs eccliarum: ad quae breuitatis gratia remissile sufficiat, cūm ab omnibus habeatur illud tamen nolo te ignorare, quod h̄ec argumentatio f. non procedit in penalibus dicit gl. sing. in §. item mixta,

mixta, Insti. de actio. cum qua consentinent ibi communi ter omnes Doct. excepto solo Ang qui per plura probabilia media ibi tenet contra eandem gl. quem omnino nide. de hoc tamen pulchro & quotidiano articulo, an in penalibus licita sit extensio, & quādo, & quando nō, vide quod dicam infra in loco à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in tertio casu principal. ubi de hoc reperies satis plenē, & vide quod dixi supra loco proximo, & in loco à simili, & qđ dicam infra in loco à speciali, & habetur satis late per falonem in dicto §. item mixta. quem legit sub §. ex mafeficijs quo recurre.

### LOCVS A M A T R I M O N I O

carnali ad spirituale.

- 1 Matrimonium carnale, & spirituale æquiparantur à iure.
- 2 Matrimonium rite contrahitum non disolutur per inferiorem à Papa.
- 3 Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale quando procedat, vel non. 9.
- 4 Matrimonium spirituale contrahitum per professionem.
- 5 Conditio legato adscripta, per quam libertas matrimonij impeditur, rejicitur.
- 6 Bona restit. utioni subiecta possunt alienari pro dote filie.
- 7 Procurator constitutus ad contrahendum matrimonium carnale potest revocari antequam contrahat.
- 8 Matrimonia debent esse libera, non coacta.
- 9 Diversitas rationis juris diversitatem inducit.
- 10 Matrimonij carnalis & spirituali differentiae vigenti tres, usque ad fz.

Locus iste à matrimonio carnali ad spirituale frequenter etiam apud nos in usu est. Et ab eo sumptum argumentum probabile est & utilissimum: quia f. æquiparantur à iure, tex. est notabilis in c. quoniam frequenter. §. porro, ut lite non contestata: & bonus tex. in c. inter corporalia, & in c. s. de transla. epis. & in c. c. cum inter carnales, nonicos,

420 LOC. A MATRIMO. CAR. &c.  
nonicos, de elect. & in c. sicut alterius, & ibi Dominicus  
notat 7.q.1 & in Aut. nisi rogati, & ibi Cy. Sal. & Doct.  
not. C. ad Trebel. cum sim. sicut enim matrimonium car-  
nale ritè contractum non dissoluitur per inferiorem à  
Papa, sed per solum Papam, qui uicem Dei gerit in ter-  
ris, cum limitatione tamen, de qua in c. ex publico, de  
conuersio. coniuga. & per Henricum Boich in c. fi. de  
sponsal. duorum. Ita nec etiam matrimonium spiritua-  
le, in d. c. inter corporalia, & pœxall. c. fi. Item sicut per  
mutuum consensum viri & mulieris contrahitur mat-  
rimonium carnale, ita etiam per consensum eligentis, &  
electi contrahitur matrimonium spirituale inter eccl-  
esiam & epis' opum, d. c. cum inter canonicos. Nedum, n.  
in matrimonio carnali, sed ét in spirituali contrahit  
requiritur consensus mutuus, c. pen. de sponsal. iuncto c.  
quām sit, de elect. lib. 6. & c. si tibi absenti, de præben. eo,  
lib. Item sicut cùm agitur de matrimonio carnali, possunt  
testes recipi, & sententia diffinitiva ferri contra contu-  
macem, lite non contest. Ita pariformiter fieri potest si  
agitur de matrimonio spirituali, cùm in hoc æquiparen-  
tur. Nam sicut absens viri est periculosa uxori, ita etiā  
absentia prælati est periculosa ecclesiæ, & ergo neinter  
potest se absentare sine causa, d. S. porro, cum ibi no per  
Pan. & Doct. & isto arg. utitur gl. ad duplicem effectum  
in c. cupientes, §. cæterū, de elec. lib. 6. Eo ét utitur Ant.  
de But. in repe. c. fi. in 33. col. de causa possel. & prop. &  
Præpos. in c. tuæ, de spōl. & Ioan. And. in regula, qd' ali  
cui suo, & in regula, cum non stat, & in regula, pōt quis  
per alium, & in reg. qd' ob gratiam, & in regula, dolo fa-  
cit. de reg. iur. lib. 6. in Mercu. Isto argumento etiam uti-  
tur Pan. ad notabilem effectum in sua eleganti disputa-  
tione incipiente, Episcopus & quidam rector, in 3. col. &  
Doct. s' p' alibi, ut infra patet, multa n. præcipua repe-  
riuntur inducta & statuta fauore matrimonij carnalis,  
qua diligenter collegit Fel. in rub. de spons. ex quib. sub  
3. s' l' stente identitate rationis, ubi contrarium nou reperi-  
tur expressè à iure dispositum, & materia est applicabi-  
lis ad matrimonium spirituale, seu congruit, matrimo-  
nio

LOC. A MATRIMO. CAR. &c. 421  
nio spirituali, argui potest à matrimonio carnali ad spiri-  
tualē. Vnde deducendo utilitatem ex hac argumentatio-  
ne prouenientem ad proxim, referam ex his quæ uidi &  
legi, & instructione iuuenum ex multis pauca, pulchra,  
& quotidiana exépla. Et inter alia istud primo facit ad  
hoc, q' sicut filia contrahens matrimonium carnale, dēt  
dotari à patre, l. qui liberos, ff. de ritu nup. éfī habeat  
aliunde unde c' se dotet, ut est tex. sing. in l. fi. C. de dot.  
promiss. Ita etiam filia ingrediens monast' erit, & ibi pro  
4. fectionem faciens, debet dorari à patre, quia p' profes-  
sionem contrahit spirituale matrimonium, d. c. inter  
corporalia, & ita expressè decidit Bal. in d. l. fi. in 2. col.  
Imo quod fortius est, statutum disponens filiam contra  
hentem matrimonium carnale, debere dorari, uendicat  
sibi locum in filia ingrediente & profitente religionem  
pprobata, ut sing. decidit Pet. de Anch. in confil. luo  
108. incip. in paucis uerbis, &c. Secundo istud facit ad  
hoc, q' statutum aliquid disponens contra carnaliter co-  
gnoscetem mulierem nuptam, uendicat sibi locum in  
cognoscēte carnaliter monialem, quia matrimonium  
dicunt contrahi cum ecclesia uel Christo, c. uiduas, cap.  
qua Christo, & c. hi qui, 27. q. 1. & ita sing. determinat  
Marianus in c. qualiter & quando, 2. de accusa. quem re-  
fert & sequitur Fel. in c. non satis, de simonia, & docto-  
res alibi. Tertio istud facit ad hoc, q' sicut pater qui se-  
mel dotauit filiam, tenetur eam secundo nubentē redo-  
tare, dote per mortē generi, passionis, uel patriæ ptatis  
iure ad se reuera, & eandem dotem sic ad se reueralam  
constituere, nisi eius facultates clade aliqua diu inutæ  
fuerint, & hoc probare possit, ut est tex. notab. in Auth.  
sed quamvis, C. de rei uxо. actione, & in corpore unde  
sumitur. Ita ét tenetur hoc facere pater, quādo filia sua  
uidua prius dotata, & dote ad se reuera, intret religio-  
nem per ecclesiam approbatam, arguēdo a matrimonio  
carnali ad sp̄iale, & ita sing. determinant Cy. Ang. Ioan.  
Fabri, Alber. de Rosa. & alii Doct. in d. Auth. sed quam-  
vis, & Ioan. And. in addi. ad Spe. in r. t. qui filii sint legi-  
timi, parum ante finem, quem refert Rom. in suis fin-  
gu-  
laribus,

422. LOCVS A MATRIMO. CAR.&c.  
maribus, singulari 683. ita etiam singulariter uult Bald. No  
ucl. in tractatu de dotibus, in 6. parte, in 16. privilegio  
circa principium, ubi dicit se sic consuluisse apud Spole  
tum. Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo te  
nere Salic. in d. Authen. sed quamuis. Quarto istud facit  
ad hoc, q̄ sicut reijsicur conditio virginis adscripta in le  
gato sibi reliquo si non nupserit, quia impeditur libertas  
matrimonij carnalis, non aut em reijsicur conditio si  
non nupserit Titio, quia per hoc non impeditur liber  
tas matrimonij carnalis, cum possit nubere Seio: ut est  
textus in l. Titio si non nupserit, & in l. cum ita, ff. de cō  
dit. & dem. iusta Auth. cui reliquum, cum gl. C. de ind.  
uid. Ita etiam reijsicur cōditio absolute, & præcise retrahens  
a uita contemplativa, vel impediens matrimonium  
spirituale, puta ingressum monasterij, ut est textus sin  
gularis in § sed & hoc præsenti, in Auth. de sanctis. epi  
sco. colla. 9. & in dicta Authent. nisi rogati, & in cap. in  
præsefaria, cum ibi notatis, de proba. Non tamen reijsicur  
conditio, per quam quis retrahitur à religione men  
dicantium, quia per hoc non dicitur impeditur uita con  
templativa, cum possit intrare aliam religionem ab ec  
clesia approbatam, arguendo à matrimonio carnali ad  
spirituale: & ita singulariter uult Bald. in d.l. cum ita, &  
Ioan. de Imo. in l. hoc modo, illo eg. ti. Barbatia in cons.  
4. 1. uolu. incipiente, scribitur, &c. in 3. colum. & Soci  
nus in consilio suo 92. incipiente, Dominus labia mea  
aperiat, &c. circa primum huius consultationis articulū,  
& c. Paul. de Catr. in l. sed hoc, in §. cum vir uxori, in fin.  
subquo legit d.l. cum ita: & hoc modo, ff. de condit.  
& demand. quod tene menti, quia habui de facto. Quin  
t̄o istud facit ad hoc, q̄ sicut t̄ bona subiecta restitutio  
possunt alienari pro dote filie, ipsa contrahente mat  
rimonium carnale, ut est casus in Auth. res quæ, C. comu  
de leg. & in corpore unde sumitur. Ita etiam poterunt  
alienari pro filia ingrediēte monasteriū, arguendo à ma  
trimonio carnali ad sp̄iale: & ita sing. determinant Bar  
Bal. & Doct. in d. Aut. res quæ, qđ tene menti. Sexto i  
stud facit ad hoc, q̄ quæadmodū furiosus uel mente ca  
pus,

LOCVS A MATRIMO. CAR.&c. 423.  
plus non potest contrahere matrimonium carnale, c. di  
lectus, de sponsal. Ita nec matrimonium spirituale, c. fi  
ciut tenor, de regularib. arguendo à matrimonio carnali  
ad spirituale: & ita determinat Prapo. & Doct. in d. c. dī  
lectus, & Alex. de Imo. in cons. 3. 6. uol. ubi uide Septi  
mō istud facit ad hoc, q̄ sicut conditio uel protestatio  
contra substātiā matrimonij uitiat matrimonij car  
nale, c. f. de condi. appo. Ita etiam conditio uel protesta  
tio contra substātiā uitiat matrimonium spirituale, ar  
guendo à matrimonio carnali ad spirituale, quia similitu  
do rōnis est in utroq. Ita sing. dicit Card. in Clem. eos,  
in 6. q. post Paulum ibidem de regularib. De hoc vltimo  
tamen sunt opinione, ut uidere poteris per Card.  
& alias Cano. in d. c. f. & per Cyn. & Legist. in Authen.  
ingressi, C. de sacro. eccles. & alibi. Octauo istud facit ad  
hoc, q̄ sicut per diutinam cohabitationem uiri, & mulie  
ris tractantium se ut coniuges, vnā cum fama uiciniae,  
presumitur titulus matrimonij carnalis, c. illud, cum ibi  
nota, de præsum. Ita etiam dicendum est in matrimo  
nio spirituali, eadem ratione, & ergo si aliquis per decē  
annos stetit in aliqua ecclesiā, ut clericus uel rector eius  
dem, & probat per famam uiciniae, q̄ ita sit, iudicabitur  
pro eo non solum in possessorio, sed etiam in pectorio.  
Ita singu. uolunt Hoftien. Cardi. Anto. de Butrio, Ioan.  
de Imo. Panor. & Feli. in d. c. illud, ad quos recurre. No  
nō istud facit ad hoc, quod si ex pacto uel consuetudine  
usalli aut subditi teneantur præstare auxilium domino  
quando maritat filiam prout in pluribus locis seruatur  
de consuetudine, & uidetur rationabile, ut singu. deter  
minat Spec. in tit. de feud. §. quoniam, in uer. & nota, &  
est gl. quæ hoc sentit in l. pl. ect. C. de sacro. eccles. Ita te  
nebuntur et præstare auxilium domino, quando filia  
eius intrabit religionē, arguendo à matrimonio carnali  
ad spirituale, & tanto fortius tenebuntur in hoc casu, q̄  
magis curandum est de anima, q̄ de corpore, l. sancimus,  
l. C. de sacr. eccl. cum sim. & ita reperio singu. decidere  
Iacob. in suo notab. lib. feud. in illis uerbis, qui quidem  
ueluti, in fin. ubi dicit se sic in casu de facto occur  
rente

rente consuluisse, & q̄ plures alij præstissimi Doct. se  
subscripsérunt. Decimò istud facit ad hoc, quod sicut  
7 † procurator constitutus ad cóntrahéendum matrimonium  
carnale, potest renocari antequam contrahat matrimonium  
carnale, & quod fortius est tenet huiusmodi reno-  
catio etiam nō intimata procuratori, uel illi cùm qua ma-  
trimonium contrahere iussus est, ut est tex. singu. in c. f.  
de pro. lib. 6. Ita etiam dicendum est in procuratore con-  
stituto ad contrahendūm matrimonium spirituale, pu-  
ta ad eligendum uel ad confirmandum electum, ut reno-  
catio etiam non intimata impedit matrimonium spi-  
rituale contrahendum, arguēdo à matrimonio carnali ad  
spirituale: & ita sing. tenet Pau. de Leaza. in Cle. un. de  
renunc. & Pet. de Ancha. Domin. Phil. Franc. & Doct. c.  
fi. quod tene menti. Undecimò istud facit ad hoc, quod  
8 sicut † in matrimonio carnali contrahendo, & dissoluendo  
do p̄ m̄a debet esse libertas, & nulla coactio, alioquin nō  
ualer matrimonium, c̄ cum locum, de sponsal. & cap. ac-  
cedens, de procu. Ita & in matrimonio spirituali, sive  
agatur de eo contrahendo, sive de dissoluendo. Ex quo  
sequitur primò, q̄ ingressus religionis factus per metu  
non tener. cap. 1. quod metus causa: & dicam latius inf.  
Ex isto èt sequitur secundò, quod electio facta per me-  
tū uel p̄ impressiōnē, nō tener, c. in nomine dñi, 2. 3. dist.  
& cap. 1. & c. si quis pectinā 79. dist. & no. in c. bona 1.  
& in c. quod sicut, de elect. & eadem rōne non valebit  
collatio beneficij facta p̄ metū & hoc tenet An. de Bur.  
in c. abbas, quod met. cā. Ex isto etiam sequitur tertio,  
quod renūciatio facta de beneficio per metum non te-  
net: & ita tenent Anto. de Burrio, in d. c. abbas, & in c.  
ad aures, illo eodem titulo, & ibi etiā idem sentit Pet.  
de Anchar. in primo notabili, sed hoc vltimū non affir-  
mo, quia reperto Rotam tenere contrarium in decisi.  
377. in nomis, & illa opinio forte. seruaretur in practica  
ut dicit Ioā. de Im. in d. c. ad aures, imò sine forte, q̄ a re-  
perio Car. & Pan. eandem op̄i. tenere in d. c. abbas, & in  
d. c. ad aures, & Petr. de Ancha. Car. Io. de Im & Pan.  
in Cle. 1. §. sane, de p̄en. per illum tex. qui hoc probat p̄  
locum

locum à speciali, quod tene perpetuò menti. Duodeci-  
mò istud facit ad decisionem illius quotidianę q̄. Pater  
reliquit filię ceterum si nuberet, & si religionem intraret,  
quinquaginta, ingressa est religionem, queritur an de-  
beat habere sola quinquaginta, an centum, & deciditur,  
q̄ debet habere centum, sicut si matrimonium carnale  
contrahit, per h̄ic locum à matrimonio carnali ad sp̄i-  
rituale. Ita singulariter decidit Io. And. in addi. ad Spe.  
in Rubrica de statu mona. Bar. in l. 2. ff. de his quis pen-  
nomine, & Ant. de Bur. in d. c. in præsentia in 16. col. &  
Doct. sep̄e alibi: quo c̄ tene menti, quia ex hoc habes, q̄  
legatum relictum filię si nuperit, debetur eidem si in-  
trat religionem. De c̄uo articulo quotidiano uide ple-  
nissimè per Iasonem, & in locis per eum commemo-  
rat. in Auth. si qua mulier, C. de sacro. eccl. quo recur-  
re. Posset, & ad multa alia induci h̄ec argumentatio à  
matrimonio carnali ad spirituale, sed predicta pro iuu-  
3 nibus sufficiunt. Et procedit h̄ec argumentatio † quan-  
do eadem par, uel maior ratio est. in matrimonio spi-  
rituali ac in carnali, & ubi contrarium non reperitur deci-  
sum iure, & materia est applicabilis ad matrimonium  
spirituale, ut dixi: sed quando diuersa subest ratio, uel  
quando contrarium reperitur exprestè dispositum in  
eo quod erat inferendum, uel materia non est applicabili  
is ad matrimonium spirituale, tunc nō procedit h̄ec ar-  
gumentatio: quia diuersitas rationis diuersitatem juris  
inducit, l. adigere, §. quāuis, c̄ ibi no. ff. de iu. patro. & l.  
eu. pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. & expressum facit file  
re tacitū, l. C. de pac. cōuen. & in incertis non in certis lo-  
cis est cōiecturis, l. continuus, §. cūm ita, ff. de ierb. obl.  
Vñ cūm multe sint differentiae inter matrimonii carna-  
le, & sp̄iale, ut infra dicam, patet non semper proce-  
dere hanc argumentationē. Primò † n. different in hoc,  
qua matrimonii carnale nō p̄t contrahi nisi cūm una  
eodem tempore: nā nō p̄t quis eodem tempore habere  
plures uxores: èt ex dispensatione Pape: cum sit contra  
ius diuinum, c. gaudemus, de diuor. & §. affinitatis, & §.  
socrum, inst. de nupt. cum si. sed quis bene p̄t habere plu-  
ra

426 LOCVS A MATRIMO. CAR.&c.  
ra beneficia eodem tépore, ut est tex. cum sua singulati  
gl. in c. gratia, de rescri. libr. 6. maximè ex dispensatione  
Papæ. c. de multa, cum ibi no. de præb. & c. dudum, 2. de  
elec. cū sim. Secùdò differunt in hoc, quia ad matrimo-  
niū carnale nō requiriunt uerba, secundum cōmētis opin-  
ionē quā in d.c. tūg, sed ad matrimonii spirituale requiri-  
tur uerba eligentiū & electi, c. quia propter, de elec. cū  
si. Tertiò differunt in hoc, quia nemo cogitur ad matri-  
monium carnale cōtrahendum, imò dehet esse uolunta-  
rius & importunè petens, d.c. cūm locum, & c. ueniens  
1. & 2. de sponsal. & c. institutum, iuncta glo. 27. q. 2. In  
matrimonio aut̄ spirituali debet quis à principio inueni-  
ri nolens & fugiens, c. qualiter, de elect. & c. in scriptu-  
ris, iuncta gl. 8. q. 1. & l. si quenquam, C. de epis. & cl. &  
peccat electus non acceptando dignitatē ad quā eligi-  
tur, si nō reperitur aliis eque idoneus, per quem posuit  
eccles. & consuli: ut sing. dicunt Arch. & Io. An. in c. s. e.  
lectio, de elec. li. 6. in Nou. Quartò differunt in hoc,  
quia in matrimonio carnali admittitur conditio, dum  
modò non sit contra substantiam matrimonij, & ualeat  
matrimonium sub conditione contractum, c. super eo,  
& d.c. fi. & per totum, de condi. appo. In matrimonio uे-  
rò spirituali abesse debet omnis conditio, ut est tex. in  
c. 2. de elec. li. 6. Quintò differunt in hoc, quia in matri-  
monio carnali potest interuenire pecuniā datio & pro-  
missio, que sit cā contrahendi, prout quotidie sit. nam  
cōiter dos datur & donatio propter nuptias constituit,  
licet sine dore possit esse matrimonium, c. nullum, 3. q.  
5. & l. cūm multe, C. do. ante nup. In matrimonio autē  
spirituali non debet interuenire pecuniā datio, que sit  
causa contrahendi, ut est tex. in c. gratia in c. qui studet,  
& in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. & de simo. per totum. Sextò  
differunt in hoc q. a. in matrimonio carnali dēt interue-  
nire propositum retinendi inuiçē indiuīduam uitæ con-  
fuetudinem, ut est tex. in d.c. fi. de condit. appo. nec pot-  
separari postquam est consummatum carnali copula est  
per Papam, ut not. per gl. singularem & Doct. in d.c. ex  
publico, & in c. cōmisum, de sponsa. & p. Henr. Boich  
in d.c.

LOCVS A MATRIMO. CAR.&c. 427  
in d.c. fi. de spon. duor. & per Ioan. An. in reg. actus legi  
timi. ubi arguit pro & contra, de reg. iur. li. 6. in Mercur.  
In matrimonio uero spirituali potest in mente gerere  
beneficiatus, quod ab una administratione transferatur  
ad aliam, non tamen ambiendo, sed magis proficere in-  
tendendo, d.c. fi. de trans. epi. & c. qui episcopatum, 8.  
q. 1. & potest quis primari beneficio suo per Papam, li-  
cet Papa non posset omnes priuare. ut est gl. fin. in c. p.  
principalem, 9. q. 3. Septimo. differunt in hoc, quia in  
matrimonio carnali non admittitur transactio uel com-  
positio, ut est tex. in c. fi. de transact. In matrimonio ue-  
ro sp̄itali benè admittitur applicabilis compositio, ut est  
tex. nota. in cap. super eo, de transact. & in c. nisi essent  
uiri prouidi, de præb. quod c. nisi essent uiri prouidi, fe-  
cit multos uiros improvidos, & ut timeo, simoniacos.  
Octauo differunt in hoc, quia matrimonium carnale li-  
cer spiritualitatis aliquid in se habeat, ac per illud gra-  
tia conferatur, & proprie sit uniuers ex septem legis Euā  
gelij sacramentis à Christo Domino institutum, Ma-  
trimonium tamen spirituale habet in se aliquid sacri,  
quia propter administrationē sacramentorum & di-  
uinorum datur, d. cap. inter corporalia. Dehoc tamen ui-  
de latius per Ant. in 3. par. sua summa, tit. 14. §. 9. circa  
fi. ubi doctissime pertractatur hec  
materia. Nonò differunt in hoc, quia matrimonium car-  
nale perficitur solo consensu, dicto capitulo cum lo-  
cum, & capitulo cum apud te, de sponsa. Matrimo-  
nium autem spirituale non perficitur solo consensu,  
sed ultra hoc requiritur certa forma, dicto capitulo  
quia propter, & confirmatio in inferioribus prælaturis,  
capitu. nihil, de elect. & d.c. quam sit, & c. cupientes: eo.  
ti. lib. 6. & in episcopatibus, & superioribus dignitatib.  
requiritur consecratio, ut est tex. in c. transmissam, cū  
ibi notatis de elect. cum si. Per electionem enim datur  
duntaxat potestas administrandi in habitu: per confir-  
mationem uero datur in actu et sic confirmatione deduci-  
cit potestiam quæstam per electionem ad actum. Ita  
sing. dicit gl. in cap. quando 63. dist. et est de mente Ro-  
te de-

428 LOCVS A M A T R I M O . C A R . &c.  
sq decisi. 4. in nouis. secundum numeros micos. Vnde e-  
leganter dicit tex. in d.c.f. de transfa. epis. quod per elec-  
tionem & consensum electi ante confirmationem, ma-  
trimonium spirituale dicitur intiatum, per confirmatio-  
nem aut ratum, & per consecrationem consummatum;  
quod aut per consensum eligentium & electi non perse-  
tè contrahitur matrimonium spirituale, vult tex. in d.  
c. cùm inter canonicos, in verb. quasi. Decimò differunt  
in hoc, quia ad matrimonium carnale contrahendū sus-  
fecit pubertas, c. puberes, d. despo. impo. & Insti. de nup.,  
in prin. Imò sufficit q̄ malitia luppreat ætatem, c. de il-  
lis, 2. de despon. imp. ad matrimonium uerò spirituale  
contrahendum haria ætas requiritur secundum qualita-  
tem beneficiorum, ut uideri potest in capitulo cum  
in cunctis, de elect. & in c. super inordin. iunctis ibi not.  
per Io. And. Pan. & Docto. de præben. Vndecimò diffe-  
runt in hoc, quia in matrimonio carnali qualitas perso-  
narum regulariter non attenditur, dummodò habeant  
intellectū, d.ca. cùm apud, & d.c. dilectus, de coniugio  
seruorum, per totum, & de coniugio leprosorum, per  
totum, cum similibus, nisi expreſſe prohibeantur;  
ut uideri potest in frigido, monacho, consanguineo, &  
similibus: toto titu. de frigidis & maleficiatis, & toto ti-  
tu. ne clerici uel uouentes, & toto tit. de consanguinitate  
& affinit. cù sim. In matrimonio autem spirituali at-  
ditur qualitas personarum, d.c. cum in cunctis, & d.ca.  
et̄ inter canonicos, & c. innotuit, de ele. & de filijs pres-  
byte. & de bigamis per totum. Duodecimò differunt in  
hoc, q̄a matrimonium carnale est de ure diuino institutū  
in paradiſo, Geneſis 2. & c. unico, iuncta gl. uoto, lib. 6.  
Matrimonium uerò spirituale inductum est postea iure  
positiuo: nam status beneficiorū iure positiuo est indu-  
itus, ut benè declarat Pan. in c. postulasti, de rescri. &  
idē Pan. in c. episcopus, de præbēn. & in disput. sua inci.  
Titus clericus: ubi etiam eleganter habetur, an clericus  
habens patrimonium & beneficium ecclesiasticū possit  
salua conscientia conseruare patrimonium & uiuere de  
reditibus beneficij, quō recurre. Decimotertio differunt  
in hoc,

LOCVS MATRIMO. C A R . &c. 429  
in hoc, quia matrimonium carnale inductum est ad for-  
mationem cuiādam, & multiplicationem generis hu-  
manitatis est pulcher tex. in §. his ita, 32. q. Matrimonium  
uerò spirituale inductum est ad regimē fidelium, & ansi  
maru n curam, c. cù sit ars artium, de erat. & qual. ordi-  
juncto d.c. cùm in cunctis. Decimoquarto differunt in  
hoc, quia matrimonium carnale parit filios carnales, spi-  
rituale autem spirituales, ut de utroq; est tex. in c. olim  
8. q. 2. Decimoquinto differunt in hoc, quia matrimo-  
nium carnali propter adulterium separato quoad thorū,  
neuter cum alio contrahit, quia vinculum manet, c. 2.  
de diuor. Sed prelato deposito propter crimen, pōt ei  
ecclesiē prouideri de alio: ut est tex. in c. postquam quē  
quā, l. dist. iuncto c. qualiter & qn, 2. de accusa. Decimo  
sexto reperio aliam differentiam, quia doli capax ante  
pubertatem potest obligari diabolo, delinquendo, c. 1.  
de delictis puerorum, & matrimonium carnale per eū  
contractum tenet, d.c. de illis, & tñ doli capax ante pu-  
bertatem n potest ualide facere prōfessionem, ut obli-  
geat Deo, & matrimonium spirituale teneat: Ita dicit  
gl. not. 20 q. 1. in summa, & ibilatē Archid. de hoc tñ re-  
mitto te ad notata per Io. An. in c. 1. de regularib. lib. 6.  
in Nou. super 1. gl. post Hosti. & ad notata per Cano. in  
cad nostram, de regulari. & ad no. per Arch. in c. pro-  
cluus, 20. q. 3. Decimo septimi reperio aliā differentiā,  
quia licet in matrimonio carnali confessio contra matri-  
monium non praējudicet confitenti, ut est tex. sing. in c.  
super eo, de eo, qui cog. confang. uxo. siue: tamen in ma-  
trimonio spirituali, confessio praējudicat confitenti, ut  
sibi filiū imponatur. tex. est iuncta gl. in c. post electio-  
nē de conceſſ. præb. & ibi hoc not. Io. de Im. Decimo-  
octavo reperio aliam differentiam, quia licet clandesti-  
nitas nō uitiat matrimonium carnale, c. 2. de clandesti-  
nitate electionem & matrimonium spirituale,  
d.c. quia propter, & c. f. co. tit. lib. 6. & not. Pan i d.c. 1.  
Decimonono reperio aliā differentiā, q̄a licet matrimo-  
nium carnale contractū p̄ reverenciam paternam nō inuali-  
detur pp̄ hac, l. si patre cogēte. ff. de ria nupt. & uult  
Pan. in d.c. ueniens, 1. & Prep. in d.c. cùm locum. ubila

430 LOC. A MATRIMO. CAR. &c.  
tē hunc articulum examinat, & faciunt no. per Cald. in  
confi. i. in tī. de sponsa. Matrimonium tamen spiritualis  
puta professio aut ingressus religionis per filium, uel si-  
liam metu reuerētia paternæ contractum, propter hoc  
inalidatur & impeditur, gl. est sing. in c. præsens cleri-  
cus, 20. q. 3. quam valde commendat Io. de Imo. in l. si  
cum dotem, S. eo autem tempore, ff. sol. mat. & laf. in §.  
quadruplici. Inſt. de aſt. & Doc. ſc̄p̄ alibi. Vigefimo repe-  
rio illam differentiam, quia conſenſus ſemel præſtitus  
ad matrimonium carnale contrahendum, potest renoca-  
ri antequam contrahatur, d.c. fi. de procu. lib. 6. ſecuau-  
tem eſt in matrimonio ſpirituali, c. publicato, de elec. &  
no. pér glo. Do. Phil. Francum, & DD. in d.c. fi. & ſic in  
uno locum habet pœnitentia, actu nondum perfecto in  
alio uero non: quod no. Vigefimoprimo reperio aliam  
differentiam, quia procurator conſtitutus ad contrahē-  
dum matrimonium carnale, eiam cum certa perſona, nō  
potest ſubſtituere, d.c. fi. & tamen deputatus ad prouid-  
endum certæ perſonæ de beneficio, & ſic ad contrahē-  
dum matrimonium ſpirituali, potest ſubſtituere: caſus  
eſt in c. is cui, de offi. dele. lib. 6. Vigefimosecundò repe-  
rio aliam differentiam, quia ſpirituali matrimonium po-  
tent committi, ut contrahatur cum perſona incerta, d.c.  
is cui: ſed nō carnale præal. c. fi. & ibi hoc no. Pet. de An-  
cha. quod no. Vigefimotertio reperio aliam differentiam,  
quia ſenex & in mortis articulo conſtitutus potest con-  
trahere matrimonium carnale, l. ſed & quæbūm, & ibi  
glo. Ang. & Doct. ff. de lib. & poſthum. c. nuptiarum &  
ibi glo. 27. q. 1. & volunt. Io. And. & DD. in c. tanta, qui  
fil. ſunt legit. & Pan. & Doct. in c. commiſſum, de ſpon-  
ſa. & tamen ſenex, uel in mortis articulo conſtitutus nō  
eſt qualificatus ad contrahendum matrimonium ſpiri-  
tuale, putu ad acceptandum epifcopatum, c. Florentini,  
85. diſt. & uult Ang. & poſt eum Salic. in l. nuper, C. de  
natu. lib. licet malum numerum affiſſent: quod no. Et  
ſic patet, quod in multis caſibus non procedit hec argu-  
mentatio à matrimonio carnali ad ſpirituali, & ſi liber  
uidere plures caſus, in quibus non proceſſit, argu. à co-  
gna.

LOC. A MATRI. SPIR. &c. 431  
gna. carnali ad ſpiritualē, uide DD. ubi de hac mate-  
ria loquuntur: quibus adde, quod licet cognatio carna-  
lis non poſſit contrahi per procuratorem, quia non eſt  
perfectum ſacramentum, uel ipſius ſignificatum ante  
conſummationem, quæ conſummatio per procurato-  
rem non fit, tamen cognatio ſpiritualis potest contrahi  
per procuratorem, ſecundum opinio. Marſi. Car. Pano.  
& aliorum, ut uideti potest per Car. & Pan. in c. ueniens,  
de cogn. ſpir. licet Archi. Io. An. & alij teneant contra  
in hoc ultimo, ut plenè uideti potest per Io. An. in reg.  
quod quis pér alium, de reg. iur. in Mercur. & per Do-  
minic. & Phil. Franc. in c. 2. de cogn. ſpir. eod. lib. & per  
Card. & Pan. in d. c. ueniens. Illud autem certum eſt, q̄  
non procedit argumentatio à matrimonio carnali con-  
trahendo, ad matrimonium ſpirituali diſſoluēdum, vel  
econtra, ut patet ex d.c. fi. de proc. lib. 6. iuncta præalle.  
clem. un. de renunc. de qua materia uidere poteris per  
Ant. de But. in d. c. inter corporalia, & per Car. in d. cle.  
uni. & per Ioan. And. Ant. de But. Præpo. & alios in d.  
c. tuę, & pet. Pan. in d. diſput. Epifcopus & quidam re-  
tor. & per Docto. in d. c. fi. quæ omnia commenda me-  
moriae tanquam pulchra, utili, singularia, & quotidiana,  
& uide quod dixi ſuprā in loco à contractu ad di-  
ſtractum, & quod dicam inſtrā loco proximo, & in lo-  
co à ſpeciali.

### LOCVS A MATRIMONIO ſpirituali ad carnale.

- 1 Matrimonium carnale an contrahi poſſit in extremis.
- 2 Matrimonium dolosè conitraictum an teneat.
- 3 Argumentatio à matrimonio ſpirituali ad carnale quando procedat:

Commodū ſubſequitor nunc locus a matrimonio  
ſpirituali ad carnale, ex quo ſumptum argumen-  
tum eſt probabile, frequens, & utile: quia æquiparantur  
a iure, c. quoniam frequenter, S. porro, ut lite non con-  
teſt.

432 LOC. A M A T R I M. A D S P I R . &c,  
test. cap. inter corporalia, & cap. fi. de transla, episcop. c.,  
cum inter canonicos, de elect. c. sicut alterius, 7. quas.  
1. & Auth. nisi rogati, & ibi Cyn. Sali. & Docto. not. C.  
ad Trebell. cum simil. Et isto argumento à matrimonio  
spirituali ad carnale utitur Io. Ang. in regula, sine cul-  
pa, de regul. iur. libro 6. in Mercu. in r. dubio, ad decisio-

1. f carnale contrahiri possit in extremis, & concludit, q. si  
arguendo à matrimonio spirituale ad carnale: sed mari-  
monium spirituale contrahitur in extremis, cap. sicut te-  
nor, de regulari, ergo & carnale. Eu etiam utitur Io. An.  
in pulchra, & quotidiana q. ad duos effectus, in regula,  
quæ cōtra ius fuit, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & idem  
Io. An. in regula, actus legitimi, in ardua q. de reg. iur. li.  
6. in Mercur. & Auton. de Rosel. in sua monarchia, &  
Doct. sepe alibi. Et ultra premissa referam aliqua quo-  
tidiana exempla, & inter alia hæc argumentatio facit  
ad hoc, quod sicut tenet ingressus religionis, licet quis  
dolo fuerit inductus ad intrandum religionem, nec lib-  
eretur dolui passu quoad ingressum, licet haretur.  
ingressi sit consultum quoad bona sic delusi, ut est tex-  
sing. in c. constituit, 20. q. 3. & in c. cum dilectus, cū ibi  
2. no. de his quæ ui metu've causa sunt. Ita etiā tenet ma-  
trimonium carnale, licet quis dolose ad contrahendum  
matrimonium carnale inducatur, ita dicit gl. sing. in d.c.  
cūm dilectus, & ibi hoc approbat Io. de Imo. Pan. DD.  
& uult Ias. in §. actionum, in 7. col. inst. de actio. & Bal.  
in l. cūm Archimedorum, C. ut in posses. leg. & est de  
mente glo. in l. à diuo Pio. ff. de ritu. nup. cogita tamen.  
Item induci potest hæc argumentatio ad aliud, uidelicet,  
quod sicut minor 25. annis intrans religionem non  
potest post ingressum & professionem restitui in inte-  
grum aduersus ingressum tanquam Iesus, d.c. cum dile-  
ctus, cūm ibi not. per Pano. & Bal. qui etiam dicit, quod  
no n. sufficit timere indignationem paternam, quia uo-  
lebat filium exhaeredare, nisi fieret monachus, clericus,  
uel sacerdos: Ita etiam puella inducta ad contrahendū  
matrimonium carnale, & Iesu, non potest petere reli-  
tui

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 433  
qui in integrum, etiam matrimonio non consummato,  
ad finē nubendi alteri. Ita sing. dicit Bal. in Rubr. extra  
de iud. & ratio est secundū eū, quia spiritualia sic inhæ-  
rent offibus, q. auelli non posunt: habet enim diuinam  
virtutem potius, quam humanam, secundū eū. De hoc  
ramen vide quod dixi suprà loco proximo. Posset & ad  
multa alia induci hæc argumentatio, sed prædicta pro  
iuxtaib⁹ sufficiunt. Et procedit hæc argumētatio f. qn  
eadē est ratio in utroq.; nec cōtrariū reperitur expre-  
sē decisum à iure, & qn materia est applicabilis: sed qn  
diuersa subest ratio, uel qn cōtrariū reperitur expreſe  
decisum à iure in eo quod uenit inferendū, uel materia  
non est applicabilis, tunc nō procedit hæc argumenta-  
tio quia diuersitas rationis diuersitatē iuris inducit. L.  
cum pater, §. dulcissimis. ff. de lega, & l. adigere. quā-  
pis, cum ibi not. ff. de iur. patr. & expressum facit file-  
retacitū, l. f. C. de pact. conuē. & alia rō reformat paetū  
l. interpositas, C. de transactio. In incertis enim non in  
certis locus est cōiecturis, §. cūm ita: ff. de uerb. ob cūm  
ergo multa sint differentia inter matrimonium spi-  
rituale, & carnale, ut dixi suprà loco proximo: patet in  
multis non procedere hanc argumentationē. ubi autem  
contrariū non reperitur expreſe dispositum, nec appa-  
re diuesa ratio, & materia est applicabilis, ad hæc æqui-  
partitionem recurrere debemus, & procedit hæc argu-  
mentatio: ut in simili notat Sal. in l. f. C. de inoff. testa.  
quod nota. & vide quod dixi suprà loco proximo.

LOCVS A RATIONE LEGIS  
stricta, seu limitata, ad restrictio-  
nem ipsius legis.

Ratio cuiusq; dispositionis restringit dispositionem seu dictum  
ad limites ipsius rationis, & n. seq. & quomodo procedat.  
n. 9. & seq. fudit n. II.

Ratio anima est legis.

Doctoris dictum debet intelligi secundum legē quam allegat.

E c Precedens

- 34 LOCVS A RATIONE LEGI, &c.
- 4 Precedentia recipiunt interpretationē, & restrictionem & frequentibus, & econtra.
  - 5 Generaliter dictum quādō debeat generaliter intelligi, & num. sequen.
  - 7 Dispositio quantūcunq; generaliter loquens recipit restrictionem de habilitate persone.
  - 8 Intellectus l. prospexit ff. qui & à quib. remissiu.
  - 12 Lex noua generalis an refringatur per legem veterem. & nū 13.14.15.
  - 13 Instrumenta notariorum de iure communi non habent executionem paratam.
  - 14 Statutum debet interpretari secundum ius commune, quando alius quis indebitē damnum patereur.
  - 15 Legitima debet iure institutionis relinquiri.
  - 16 Statutum disponens idem quod ius cōmūne, an debeat limitari & refringi secundum ius cōmūne, an uero debeat intelligi generaliter sicut loquitur.

**F**requentissimum in iure nostro est, vt à ratione legis argumenta ducantur: quod, quoniam duplicitet sit, vel ad legis dispositionem restringendam, vel candē extendendam, de vtroq; videtur ēst, & primum de loco, quem uocat à ratione legis stricta seu limitata ad restrictionem ipsius legis, ex quo sumptū argumentū est forte, frequentissimum & utilissimum, cōducens ad infinitū, ut infrā patebit. Vbicunque enim ratio legis est strictior dicto seu dispositio, ibi ad strictitudinem ipsius rationis restringitur ipsa lex vel dispositio, & for- matur hoc modo: Ratio & cuiusq; dispositionis restrin- git dispositionē seu dictum ad limites ipsius rōnis: text. ēst in l.cū pater, §. dulcisimis, & ibi Bar. Io. de Im. & ali id no. ff. de leg. 2. & pulcher tex. in l.adigere, §. quāuis, & ibi Bart. ff. de iu. patro. & bonus tex. in l.hæc actio. se cundum 2. lect. glo. quāni approbat ibi Bar. ff. de calum. & elegans tex. iuncta glo. in l.si is qui aio, & ibi Pau. de Cas. & ali hoc not. ff. de acq. pos. & tex. not. in l.milites agrum. in prin. ff. de re mili. in qnibus iuribus pro initu

ctione

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 435  
tione inueniunt varia habent exempla, & hanc regulam pro firmo fundamento ponit Sal. in suo no. repet. l.2.C.de noxa. act. & Io. Bap. in sua singulare repet. l. oēs populi, circa 6. principalem q. Bar. ff. de iust. & iu. & Pan. in c. ecclesiæ, in 2. col. de immu. eccl. & in c. ad audiētiā, de decim. & idem Pan. in c. f. de rescr. & Doct. alij sēpē locis, & rō ibiū est, quia t̄ ratio legis est anima legis: vnde sicut anima dominatur corpori, ita rō legis vel canonis dominatur verbis, l. scire legib. l. cū mulier, & ibi Doct. ff. solut. matr. l. non dubium, & ibi not. per gl. & Doctor. C. de legib. l. nominis & rei, §. verbum ex legibus, iuncta gl. ff. de ver. fig. & c. fi. & ibi Dyn. not. de reg. iur. lib. 6. & c. secundò requiritur, & ibi Pan. & Doct. de appella. cum sim. Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi, c.intelligentia, & ca. præterea, de verb. fig. cum vtrobiq; not. Hinc etiam est, quod dictum t̄ doctoris debet intelligi secundum legem quā allegat, vt dicit Bart. in l. non solum. §. si liberatio verba. ff. de liberatione legat. & Doctores frequenter alibi: & generaliter limitata causa seu ratio limitatum producit effectum, l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio, l. & si seuerior, & ibi Bal. Alex. & alij notant, C. ex quib. cau. inf. irro. & §. quod autē, & ibi Bal. & Ange. notat̄ Insti. de legitima agnat. tute. & habetur per Feli. post gloss. & Barbatian. in c. cum ordinem, ja 4. col. de rescript. vbi plura reperies quotidiana exempla. Imò quod plus est ratio adiuncta facit recedi à proprio significato uerborū antecedentium, & operatur q. illud quod dubitatiū est dictū, habeatur pro dicto sine aliqua hesitatione: textus est in l. si seruus legatus. §. qui quinque, ff. de legat. primo, & ibi hoc notant Bald. & Paul. de Castro, qui per hoc singulariter dicunt, quod valer testimonium testis deponentis per hæc uerba, credo contenta in articulo esse uera, quia uidit & praesens fuit non ratione dicti, sed ui rationis adiuncte per quam uerbum, credo, ponitur affirmatiū & non dubitatiū, licet hoc non sit de sui natura: resert & sequitur Ias. in d.l. nō dubiū, & Hippo. de Matisl. sing. 183, post

E e a alios

436 LOCVS A RATIONE LEGIS, &c.  
alios per eum relatios: in quo fortius est, uerba legis  
uel statuti generalia, etiam si non habeant ratione ann  
xa, debent nihilominus sanè intelligi & restringi ad id  
quod est rationis. ita nota dicit Bal. in Auch. ingressi, in  
2. col. C. de sacros. eccl. & sequitur ibi Ias. & idem Ias.  
in d.l. nō dubium, & est tex. cū gl. in c. si uero i. de sent.  
excomm. & in c. dilecto, iuncta glo. co. tit. lib. 6. & tex. cū  
glo. in c. ad nostram 3. de iure iurian. & in l. quæsumum, &  
ibi Io. de Imo. not. de re iud. & de hoc ponuntur plura  
exempla per gl. in l. f. C. fine censu vel reliquis: nō enim  
debet verba legis intelligi iudaicè ut sonat, spreta men  
te, ut dicit glo. in d.l. non dubium, & gl. in l. damn. inf.  
Et stipulatio competit, §. si qui uicinas, ff. de dam. inf.  
& Bal. in l. quicunq; in 4. col. C. de ser. fug. nec debent  
uerba legis captari, uel calumniari, l. pen. ff. ad exhib.  
4 sed præcedentia recipiunt interpretationē & restrictio  
nē sequentib. & ecōtrā, l. si cum fundum, cū sua gl. ff. de  
uerb. fig. & l. cū in testamento, §. si iuncta gl. ff. de he  
re, instit. & l. si seruus plurim, §. fin. ff. de leg. i. cum si.  
Virtus enim legis consistit in ratione, medulla, & men  
te legis: non autem in uerbis, d.l. scire leges, & c. Mar  
chion, i. q. i. cum alijs iurib. suprā alleg. Sed contra pre  
missa fortiter obstat uulgata regula, quia habet, q. gene  
raliter dictū generaliter debet intelligi, l. i. iuncta gl. ff.  
de leg. præstan. & l. f. C. de dot. promiss. & quod ubi  
lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de p  
tio. cū gl. ff. de publi. & quod à uerbis legis non est rece  
dendum, etiam si lex sit perquam dura, c. in memoriam  
19. dist. & l. prospexit. ff. qui & à quibus cū sim. Istud co  
trariū turbauit spiritū Cyn. ut ipsem refert in l. in  
3. op. C. quæ sit lóga cōsuetudin, sed si benè expédatur,  
nō obstat, qđ ut euidentius appearat, in hoc quotidiano  
5 articulo cū quæritur, an lex † uel dispositio generali  
ter loquēs, generaliter debet intelligi: an uero pati de  
beat restrictionē: distingue post Bart. in d.l. non dubii,  
& in d. omnes populi, & in d.l. adigere, §. quamuis, ali  
quibus additis hoc modo. Aut restrictio sit p. alia legē,  
aut nō, primo casu indubitate admittitur restrictio,

per

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 437  
per ea quæ habentur & not. in d.l. de pretio, ubi est bona  
glo. & in c. q. si dormierit, 31. q. i. & in l. quamvis, vbi  
Ang. ff. de in ius uoc. & de hoc uidere poteris pulchrum  
exemplum per Math. in no. 60. sic etiam vna les aliam  
legem extendit seu ampliat, ut pulchrè declarat Bar. in  
l. si constante, in prin. in 7. & 9. q. ff. de sol. mat. vbi dicit  
hoc procedere etiam si in l. uel canone habeatur dictio  
taxatua: de quo uide qđ dicā isti in loco à natura dictio  
num taxatiuarum, ubi latius plene reperties de natura dī  
ctionis taxatiuę. Secundo casu qđ † restrictio non fit per  
aliam legem, & queritur an solum ex uo rationis possit  
restringi lex uel dispositio per hominem, tunc sub  
distingue. Aut quis puniretur contra mentē legis, & patet  
retrum damnum indebitè, nisi fieret restrictio, aut non  
primo casu restrictio fieri potest ex uo rationis d.l. adigere.  
§. quamuis, ubi est tex. no. nam nisi fieret ibi restrictio,  
perderetur ius patronatus indebitè, ut patet ex l. qui com  
trario eo. tit. & idem probatur in d.l. 2. nam nisi ibi fie  
ret restrictio statuti, de quo facit ibi mentionem gl. super  
uerb. salutis, in 2. leſt. communiter approbata, dominus  
seruit teneretur in solidum indebitè. Pro isto èt est tex.  
no. in c. cum dilectus, & in c. ad audientiam, de cler. non  
res. & vtrobiq; no. per Io. de Imo. & istud est de mente  
gl. sing. in l. f. §. in computatione, super uerb. confundan  
tur, in l. f. C. de iur. delib. quæ sing. dicit, q. statutum dispo  
nens, quod executio instrumenti fiat contra heredem  
sicut contra defunctum, debet restringi, nisi hæres fecerit  
inventarium, & hoc ne indebitè damnum patiatur: & il  
lam gl. sequuntur, & exclamat ibi Bar. Bal. & Doct. Hinc  
etiam dicit Barto. in d.l. omnes populi, in 6. q. principalis  
quod si statutum dicat, quicunq; extraxerit sanguinē in  
palatio, capitale puniatur. tonsor tamē, qui aliquem phle  
botomauit in palatio, non punietur pena statuti, sed re  
stringetur statutum ad eum, qui extraxerit sanguinem  
in palacio iniuriosè, & hoc ne sequatur absurdum, quale  
est, q. respulca pdat personā, & patiarur damnum in  
debitè, & hoc dictum sequitur Pan. in ca. solita, de maia  
ut. & obed, uerba enim legis non debent captari, us

Ee 3 supra

438 LOC. A RATIONE LEGIS, &c.  
suprà dixi, quod est verū, etiam si alio statuto caueatur,  
q̄ verba statutorum intelligentur præcisè & ad literam  
fine alia interpretatione, ut dixi suprà in loco ab absur-  
do, vbi reperies & alia exempla quotidiana. Secundo casu quando quis non patetetur damnum indebetē, licet  
non fieret restricō, iterum subdistinguo: aut quis indebetē lucraretur, aut in debetē lucrum perderet: primo casu fit restricō, tex. est notab. in l. ut gradatim, & si le-  
ge, ff. de munerib. & honor. qui tex. semper allegatur ad  
hoc, quod omnis dispositio † quantumcunque generi  
liter loquens recipit interpretationem & restricō  
de habilitate personæ, hoc est, dummodo persona sit ha-  
bilis, præcipue quando alias quis indebetē lucraretur, ut  
ibi: & faciunt ea quæ singulariter notat Bal. in l. 2. §. &  
filius, ff. qui satisd. cog. quod facit cōtra nobiles quoniam  
dam oppidorum inuidoneos ad regimen: qui tamen sub  
pretextu priuilegij, consuetudinis, uel legis municipalis  
disponentis, ad regimen oppidi debere eligi aliquos  
de progeniebus seu familijs nobilium, Rēpublicam lō-  
go tempore detinuerunt lamentabiliter occupatam. Et  
idem dicendum est, quando quis lucraretur ultra men-  
tē disponentis, nisi ex adiuncta rōne fiat restricō, quia  
Et tunc facienda est restricō: tex. est no. in d. §. dulcissi-  
mis, quem nota, qui pōt induci ad multa. Id tamen qđ  
dixi, fallit ratione publicæ utilitatis, quia hoc casu non  
fit dicta restricō de habilitate personæ, tex. est sing. in  
l. si quis ingraui, q. utrum, uer. hi quoque, & ibi pulchre  
Bar. ff. ad Sille. & commenmorat Ias. in d. l. non dubium,  
& Bal. in l. 1. in f. C. de precibus imper. offer. ubi singu-  
lariter per hoc dicit, q. si statutum dicat, quod capiens  
bannitum habeat centum, quilibet ad hoc lucrum con-  
sequendū est idoneus & habilis, et si ipsemet sit banni-  
tus, quia hoc expedit reipub. quod cōmenda memoriz.  
quia est singularē & utile in praxi. Secundo casu quādō  
quis in debetē lucrum perderet, nisi fieret restricō, sic  
nō fit restricō, d. l. prospexit, quæ ad hoc est singularis:  
nam ibi seruus perdit lucrum libertatis, sine sua culpa,  
quod est iniquum & contra rationem, & tñ. non rec-  
dimus

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 439  
dimus: propter hoc à uerbis generalibus legis, nec illa  
restringimus, & per hoc dicit Bar. in d. l. omnes populi  
in e. q. prin. q. si statutum diceret, q. quicunque extra-  
xerit sanguinem in palatio, priuetur aliquo lucro, tonsor  
qui phlebotomauit aliq̄ in palatio, priuabitur illo lu-  
cro, nec fier hoc casu restricō ad iniuriosē extrahentē,  
secundum eum per d. l. prospexit. & idē dicit ipse Bar.  
in d. l. non dubiū, & s̄pē alibi, & eum sequuntur cōmu-  
niter alij: sed hoc ultimum eius dictum nō uidetur pro-  
cedere, quia longē alia est ratio in casu d. l. prospexit, &  
in casu per eum posito in barbitonore: & ergo contra  
Bar. in hoc tenet Sali. in rep. d. l. 2. in uer. transeō ad se-  
cundam interpretationem, & Iason in d. l. non dubium,  
in uer. secundus articulus est, & Io. Baptista de S. Se-  
uer. in repetitio. d. l. omnes populi, & Feli. in c. si quādō  
dō resp̄. & istud credo uerius: quia non est uerisimile,  
statuentes noluisse punire medicum uel chirurgum, q. a  
premio potius inuitandus erat: quod tene menti, & li-  
cer Jacobus de Are. dixerit, quod d. l. prospexit, caret  
spiritu, ut refert Bal. in d. l. non dubium, in 3. col. & Cy.  
in d. l. 1. C. quæ sit long. consue. dixerit, q. d. l. prospexit,  
ubiq̄ occurrit turbat spiritum suum: tñ si benē per-  
pendatur d. l. prospexit, † habet spiritum & neminē tur-  
bare debet: qđ ut euidentius cognolcas, vide Ias. in d. l. nō  
dubiū, & Lanfran. in aurea sua rep. Lsi uero. §. de uiro.  
ff. solu. matr. in materia interpretationis restricō, &  
Feli. in d. c. si quādō, in quibus locis tractatur de intelle-  
ctu d. l. prospexit. tenentes tamen opinionē Bart. plus  
uolunt, uidelicet, q. non fit restricō, ubi quis indebetē  
lucrum perderet. Et quādō ratio limitata est, exp̄ressa  
in lege uel canone, et si agatur de correctione juris an-  
tiqui, p. tex. in Clem. i. de elec̄t. iuncta glo. in herb. ho-  
mines, quæ singulariter uult, quod statutū generale ibi  
positum nō restringatur per rōnē p̄xambulā, & sic ma-  
gis attendimus ibi uerba statuti & dispositionis ḡnalis,  
quam uerba rationis specificē limitata: ita sing. per d.  
gloss. dicit Imo. in repetitione d. l. si uero, §. de uiro, &  
Anto. de But. in d. Clem. i. de hoc tamen vide latius

440 LOC. A RATIONE LEGIS.&c.  
per Lanfrancum loco prædicto, & per Ioa. de Imo. in d.  
Clem. nec per hoc credo ab eo quod dixi de barbitonio  
re phlebotomante: quod commenda memorie, quia ma-  
let ad multa. Vel poterit aliter trahi hæc materia per re-  
gulam, ampliationes, & fallentias: & regula sit, quod

9 lex t̄ recipit restrictionem, seu interpretationem restri-  
ctiā à ratione posita seu scripta in lege, per iura si-  
prā in prin. allegat. quæ regula ampliatur, & declaratur  
multis modis. Primo ut procedat non solum quando ra-  
tio est expressa in lege, canone, uel statuto, sed etiā qua-  
do unica tantum cōiecturari potest. Ita not. uolunt Pet.  
Cy. Pau. de Cast. & Doct. in d.l. non dubium, & Bal. in l.  
maximum uitium, C. de lib. præt. & Pan. in d.c. ad audienciam,  
de deci. & ibi Pano. in d.c. fi. de rescr. & idem Pan.  
in c. nihil, de elect. ubi per hoc decidit pulchram, & quo  
tidianam q. & ratio istius est, quia ubi non potest reddi  
nisi una ratio statuti, illa habetur pro expressa in statu-  
to: ita dicit glo. sing. in l. quamuis, & ibi Bal. & Paul. de  
Cast. no. C. de fideicom. Secundò dicta regula procedit,  
& fit restrictio legis uel statuti generalis, etiam ratio  
non sit scripta in l. uel statuto, quando per aliam legem  
uel statutum reperitur facta restrictio, d.l. quamuis, &  
ibi Ang. ff. de in ius uocan. & notatur per gl. in d.l. de p-  
tio, & in d.l. non dubium, & dixi suprā. Tertiò dicta regu-  
la procedit, & fit restrictio t̄ etiamsi ratio non sit scripta  
in l. uel statuto, quando resultaret absurditas si non re-  
stringeretur lex uel statutum generale, rex. est not. in l.  
scire oportet, S. aliud, ff. de excusatio. tutorum, & facit di-  
cta l. ut gradatim, S. & si lege, & l. i. iuncta glossa in uerb.  
vausquisque, C. de sacros. eccl. & l. Caesar, ff. de publica,  
& l. fin. C. de test. mil. & dixi suprā in loco ab absurdo.  
Quartò dicta regula procedit, & fit restrictio, etiamsi ra-  
tio non sit expressa in lege, canone, uel statuto, quando  
fieret præiudicium tertio, si non fieret restrictio: tex. est  
not. in l. si quando, in prin. C. de inof. testa. & est rō, quia  
princeps concedendo legem generalem, uel cōcedendo  
aliciu p̄ivilegium générale, non uidetur uelle renocare  
leges speciales, uel p̄iudicare tertio, c. eccelesia nostra

LOC. A RATIONE LEGIS.&c. 441  
de elec̄tio. & l. 2. S. si quis à principe, & S. merito, ff. ne  
quid in loco pub. & c. quamuis, de rescr. lib. 6. cum fi-  
mil. Quintò d. regula procedit, & fit restrictio, etiam si  
ratio non sit expressa in lege uel statuto, quando quis  
indebitē damnū pateretur in persona uel rebus, nisi fie-  
ret restrictio, tex. est not. in d.l. 2. & ibi Sali. & Doct. &  
pulcher tex. in d.c. cum dilectus, & in d.c. ad audientiā,  
& ibi Ioan. de Imo. & in d.c. cum dilectus, de consue. &  
est glo. singularis in d.l. fin. S. in computatione, & ibi ha-  
beat pulchre per Barro. Bal. Pau. de Cast. Alex. Ias. &  
Doct. Sed ista regula sic ampliata, & clarata recipit quæ  
tuor notabiles, & singulares limitationes, quarum prima  
est, vt non t̄ procedat ubicunque in statuto generali ha-  
bente scriptam rationem, uel non cauetur illud statutū  
seruari debere ad literam prout iacet, tunc enim non re-  
stringitur per rationem: ita clare probatur in d.l. prospe-  
xit, quæ hoc modo intellecta habet spiritum, & ita eam  
intelligit Lanfrancus loco prædicto. Secunda limitatio  
est, ut dicta regula non procedat, ubicunque in statuto  
nulla est expressa ratio, & dubia est causa statuti, quia ne  
scitur, quid potuit mouere statuentem ad faciendum ta-  
le statutum, tunc enim standum est legi, & uerbis legis,  
& ab illis non est recedendum, l. 1. S. si qui nauem, ff. de  
exer. & l. non aliter, ff. de lega. 3. & ita uult Bald. in d.l.  
maximum uitium, & idem Bal. in l. 3. in noua lectura, C.  
de iure do. per tex. in d.l. si uero, S. de uiro, & notara, per  
gl. & Doct. in d.l. non dubium. Tertia limitatio est secun-  
dum aliquos, ut d. regula non procedat, qñ quis indebi-  
te perderet lucrum, siue ratio si expressa in lege, siue  
non, d. Cle. 1. cum sua siug. gl. & preall. l. prospexit: sed  
hoc non teneo. & contrarium istius tenent Salic. Ias. Io.  
Bapt. & Felin. vt latius dixi suprā. Quarta limitatio mul-  
tim notabilis est qñ expedit reipublica legem non re-  
stringi, sed generaliter intelligi: tunc n. intelligitur gñali-  
ter, & nō restringitur, tex. est fin. in d.l. Si q.s in graui, S.  
vrum, vers. hi quoque, & uult Bal. nbi suprā. & in d.l. cū  
mulier, & late tractatur de hoc per Ias. in l. 1. S. nunciatio  
ff. de noui. oper. nun. ad quem quia ab omnibꝫ habetur,  
remissione

remississe sufficiat. Sed hic cadit pulchrum, & subtile du-  
12 biūm, an scilicet ubi agitur de correctione, lex † noua  
generaliter loquens debeat generaliter intelligi: an ue-  
rō debeat restringi per legem veterem: in quo articulo  
quotidiano videtur prima facie dicendum, quod debeat  
generaliter intelligi, per id quod habetur in Authent.  
ex causa, maximē per Iaf. C. de lib. præt. & per gl. mag.  
in fi. in Auth. ex testimōto, C. de colla. & ibi not. p. DD.  
& maximē per Iaf. & per id qđ habetur in c. cōtra Chri-  
stianos, de hær. lib. 6. in gl. fi. In contrarium autem facit  
Aut. offeratur, C. de litis conte. & quod not. per glo. &  
Doct. in l. sciendum, in prin. ff. qui satid. cog. & no. in l.  
non est nouum, & in l. sed & posteriores, ff. de leg. Sed  
conclusiū loquendo & omnia ad concordiam reducen-  
do ex mente Ioan. de Imo. in d. §. de uiro, & ex mente  
Bar. Pau. de Caſt. Alex. & Iaf. in d.l. sciendum, & ex mé-  
te eiusdem Pau. de Caſt. in d.l. non est nouū, in hoc quo-  
tidiano articulo dicendū est hoc modo. Aut constat le-  
gem nouā generaliter in distincē loquētem uelle corri-  
gere iura antiqua, & tunc generaliter debet intelligi: &  
sic loquitur d. Auth. ex testamento, quam constat editā  
ad correctionem iuris antiqui, ut patet ex textu in cor-  
pore vnde sumitur, & sic etiam loquitur d. Authent. ex  
causa, & d.c. contra Christianos, iuncta gloss. fin. Si uero  
non constat de mente, quod uelit corrigerē in materia,  
de qua queritur, licet forte constet, qđ in alio corrigit, &  
tunc lex noua generaliter loquens non debet generali-  
ter intelligi, sed debet distingui, & restringi per antiquā  
de eadem materia loquentem, & sic loquitur d. Auth.  
offeratur, nam licet constet, qđ d. Auth. offeratur, corrige-  
rat in qua uirtutē multib[us] libellum offerri in scriptis, qđ olim  
non erat l. 1. ff. de edendo: tamen non constat, quod in  
materia fideiūsionis vult corrigerē: & ergo, quod ibi  
dicitur generaliter, & indistinctē de fideiūslore preftan-  
do, debet distingui secundū legem ueterem, quando  
reus non possidet immobilia, in d.l. sciendum, in princ.  
cum sing. gloss. & idem uidetur dicendum etiam si con-  
stat, quod lex noua uelit corrigerē, dum tamen nū si  
refri-

restrictione quis indebet vexaretur uel damnum patet  
retur, ut est gloss. sing. in d.l. fi. §. in computatione, quæ  
sing. vult, qđ licet statutum nouum corrigens ius cōe di-  
sponat, qđ quis posset ostendo instrumento debiti, capi  
pro debito, ita quod instrumentum habeat executionē  
paratam sicut sententia, quod dupliciter est contra ius  
commune: primō, quia non est incipiendum à captura  
personæ, vbi quis possidet bona, l. 3. §. tutores, iuncta gl.  
ff. de suspe. tut. & l. à diuo Pio, §. in uenditione, ff. de  
13 re iud. Secundū, quia instrumenta † notariorum de iu-  
re communi non habent executionem paratam, tex. est  
sing. in l. minor 25. annis, cui fideicommissum, ff. de mi-  
noribus, quem tex. Ang. dicit esse meliorem de iure, in  
l. si cūm dotem, §. eo autem tempore, ff. sol. mat. & Iaf.  
in §. item si quis postulante, institu. de actio. & idem Iaf.  
in l. fin. in §. not. C. de edi. diui. Adria. tollen. & eum ad  
hoc not. Alex. & Iaf. in l. 2. ff. de iure iur. & Ang. & Ioan.  
de Imo. in l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudi. tamen hoc re-  
stringit, nisi sit haeres, qui confecit inuentarium, etiam si  
statutum expresse loquatur de debitore, & eius hæredē  
ut dicit, ita gl. sing. quā ad hoc ponderat Bal. in l. cum  
à matre, circa fi. C. de rei vendi. & ratio istius est, quia  
multò fortius in correctorijs debet fieri restrictio, quā  
iālīj, exorbitatiib[us] scilicet uel penalibus: si ergo fiat re-  
strictio in casu, d.l. adigere, §. quamuis, & in casu d.l. 2.  
C. de noxa. actio. ne quis indebet puniatur, uel ne inde-  
bet damnū patiatur, ut supra dixi: multo fortius facien-  
da erit restrictio in casu isto, secundūm Ioan. de Imo. in  
d. §. de uiro, & uolunt Pau. de Caſt. Alex. Iaf. & Do-  
cto. in d. §. in computatione, qui reputant d. glo. singula  
14 rem ad hoc, quod statutum † debeat interpretari secun-  
dūm ius commune, etiam si sic interpretando nihil ope-  
raretur, quando alijs quis indebet damnum patere: ut  
de quo uide ibi pleniū per eos, & per Ioan. Baptis. &  
Iaf. in d.l. oēs populi, & faciunt notata per Alexand. de  
Im. in l. postulante, ff. ad Trebel. quod nota. Hinc et di-  
xit singulariter Bartoli in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Fal-  
ci. si illum texture, quod si statutum disponat, quod si  
liusfa-

ilius familias posset testari, quod est contra ius communem, l. senium, C. qui testa. face. poss. & l. qui in potestate, ff. de test. in testamento talis filii familias requiretur, quod testes sint rogati, & quod sint septem, & quod habeat locum lex Falcidio, sicut in testamento aliorum, quod est non dignum. Hinc etiam dicit singulariter Calde. in consi. 32. sub rubrica de testam. quod si statutum auget legitimam filiorum, habebunt nihilominus loca iura communia disponentia de legitima, & ergo filius in tali legitima non poterit grauari, sicut ius commune dispensit, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. test. & debet legitima iure institutionis reliqua. §. aliud quoque capitulum, cum ibi notatis per glo. & Doct. in Auth. aut cum de appella. cog. & hoc dictum Cald. tanquam notabile refert & sequitur Alex. de Imo. in l. si quis priore, ff. ad Treb. & idem Alex. in d.l. maximu. uitium, iu. apostillus ad Bal. licet contrarium ibi sentiat Bal. & meo iudicio non bene. Pro quo etiam facit, quod no. ipse met Bal. in rub. de cau. pos. & prop. circa si. ubi dicit, quod si statutum uenit ad amplandum ius commune, id est in ampliante, quod in ampliato, & allegat in argumentum, l. inter societ. §. cum inter, ff. de paet. doral. quod memori teneas mente. Et est sciendum, quod potest constare seu apparere de mente legis generaliter, & indistincte loquenter, quod uelit corrigit iura antiqua, si in ea dicatur, non obstante aliqua lege generaliter, vel specialiter contrarium disponeente, secundum Bar. in extra uag. ad reprimendum, in uerbo, non obstante, & sequitur Pau. de Cast. Alex. Ias. & alij in d.l. sciendum, & Pet. de Anch. in aurea sua rep. c. canonum statuta, in 6. q. princ. de constit. non autem sufficeret clausula illa generalis, non obstante quacunque alia lege, quia intelligeretur non obstante quacunque alia lege, scilicet contra ria, quae cum hac non potest sustineri, ut est glo. sing. in Auth. de hæred. quae ab intest. deferuntur, in prin. sup uerbo, uocantibus, quem sequuntur Pau. de Cast. Alex. Ias. & Doct. nouissimi in d.l. sciendum, & Bar. in d. extra vaganti, ad reprimendum, & Pau. de Cast. in d.l. nō est

nonnulli,

nouum, & Pet. de Anch. loco prædicto, & Ias. in d. Auth. ex causa, in ver. quartò circa eundem tex. queror. Sed hic cadit aliud pulchrum, & subtiliter dubium, an scilicet statutum disponens idem quod ius commune, debet limitari & restrixi secundum ius commune, an vero debet intelligi generaliter sicut loquitur, in quo articulo Bar. in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infec. dicit, quod debet intelligi simpliciter & generaliter, ut in exemplo quotidiano per eum illic posito, sed Ioa. de Imo. in d. §. de uiro, alter dicit, uidelicet, quod si statutum aliquid potest operari, debet limitari, & restrixi secundum ius commune, cum quodammodo censeatur ius commune, iuxta notata per glossam singularem & Doct. in cap. 1. de constit. lib. 6. & per Bar. & alios in d.l. 1. circa prin. ff. ad l. Fal. secus si nihil operaretur, quia tunc debet intelligi simpliciter & generaliter ut iacet, ut aliquid operatur, l. si quando, in prin. ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priu. lib. 6. & sic debet intelligi dictum Bar. in d.l. 4. §. prætor, secundum eum. Idem autem Ioan. de Imola, in d. §. prætor, alter dicit, & melius meo iudicio, uidelicet, quod statutum intelligendum est prout uerba tonant, ut aliqd addat iuri coi, quando sic intelligendo non insurgit graue prauidicium, & sic potest intelligi exemplum Bar. in d. §. prætor, secundum eum. Quando autem generari posse graue prauidicium, si non fieret restrictio secundum ius coe- taneum debet intelligi secundum ius coe, quia potius tolerandum est quod statutum sit frustratoriu, & nihil operatur, quam quod quis indebita damnatio patiatur, iuxta notata per glo. & Docto. in d. §. in computatione, & idem post longam disputationem ault Alex. de Imo. in d. §. prætor, & de hoc habetur latissime per Ias. in l. properandum §. siue autem alterutra, C. de iud. de quo etiam uide per Francis. de Crema in sing. 120. & per Matth. Mathes. in nota. 85. Et si plenius uis instrui in hac materia interpretationis restrictio quodam & latissima, i qua reperiuntur traditæ plures diuersæ doctrinæ, uide Bar. Ale. & Ias. in d.l. 1. §. nūciatio, & eundem Bar. in d.l. nō dubio, & in d.l. oēs populi, & in d.l. adigere. §. quis, & in

13.

346 LOC. A RATIONE LEGIS, &c.  
 I. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & in l. constitutionibus, ff. ad munici. & Bald. in l. ita nobis pudor, C. ad l. iul. de adul. & eundem Bal. in l. sed & si quis, §. quæstum, in, opp. ff. si quis cautio. & eundem Bal. in rub. C. qui acc. non pos. & glo. fi. & DD. in d. l. fi. §. in computatione, & Alb. de Ros. in 1. par. statut. q. 9. & latè per Lanf. in d. p. l. si vero, §. de viro, & pulchrè per Salic. in d. rep. su. l. 2. & latiflímè per Pet. de Anc. in d. repet. sua ca. cano. num statuta, in 14. q. principali, & latiflímè per Io. Bap. in sua singulari repet. d. l. omnes populi, circa sexta pri. cipalem quæstionem Bar. & amplissimè per Lud. Rom. in repe. d. l. si uero, §. de viro, & per Ang. de Aret. in §. ius autem ciuile, in versi. 6. principaliter quæro, an statu. ta recipient interpretationem, Inst. de iure nat. gen. & ciui. & per Ioan. And. in reg. pro possessor. de reg. iur. libro 6. in Mercu. & per Ioan. de Imo. & alios in d. cle. 1. & per Zafium, in lib. 1. sing. respon. c. 6. in illo articulo, an uniuersalis sermo seu enunciatio vniuersaliter intel. ligatur, & per Ang. de Perusio in l. non est nouum, ff. de legibus, in quibus locis perspicue uidebis, quam subtilis sit hæc materia interpretationis restrictiæ, & quam va. riè doctores senserint in ea, & uide quod dixi suprà, in loco à generalitate, & quod dicam infra loco proximo, ubi tractabo de interpretatione extensiua, non minus pulchra, subtili, difficili, & quotidiana.

### LOCVS A RATIONE LEGIS LAR. ga, ampla, seu generali, ad extensi. nem ipsius legis.

- 1 Ratio legis quandocunque est amplior, vel generalior diff. seu dispositio, tunc ad amplitudinem rationis extenditur dispositio.
- 2 Verba enunciatiua non disponunt.
- 3 Argumentum à ratione legis larga ad extensionem ipsius qui do procedat.
- 4 Interpretatio, dictio, sumitur duobus modis.
- 5 Quænior casus considerandi in materia extensionis.

Exten-

- LOC. A RATIONE LEGIS, &c. 347
- 1 Extensio in correctorijs an & quando admittatur, usque ad num. 40.
  - 2 Causa finalis inspicitur, quando agitur de extensione legis, non autem causa impulsiva.
  - 3 Lex, ut subsistat, sufficit unam ex causis finalibus legis sub- sistere.
  - 4 Ratione legis correcta, quando est unica, unic censetur corre. Ha ipsa lex. nu. seq.
  - 5 Cognati hodie vocantur ad tutelam sicut ad successionem.
  - 6 Extensio in correctorijs, p. penalibus & exorbitantiibus ex vir. inter regale, cui licet quod plus, semper admittitur, num. 14. cum multis seq.
  - 7 Regula, cui licet quod est plus, &c. fallit quatuor casibus.
  - 8 Actus mandato contiguus, vel vicinus mandato, non dicitur contra nec preter mandatum.
  - 9 Correctio legis aut extensio quibus modis inducatur, & num. sequen.
  - 10 Clausula, non obstante quacunque alia lege, an inducat corre. sitionem.
  - 11 Intellectus l. non possunt, cum l. seq. ff. de legib.
  - 12 Ratio legis & mens legis idem sunt.
  - 13 Solemnitas septem testium non est sublata in terris imperij per c. cunct es, de testa.
  - 14 Ratio unica quando tantum potest assignari, habetur pro ex- pressa.
  - 15 Taxativa dictio negationem includit.
  - 16 Causa impulsiva & finalis que dicatur.
  - 17 Extensio in correctorijs quando admittatur, cum num. seq. usque ad num. 20.
  - 18 Extensio fit ad vitandam absurditatem.
  - 19 Extensio in dispositione hominis non admittitur.
  - 20 Extensio in correctorijs admittitur quando duo sic se habent, quod unum venit accessoriè ad alterum,
  - 21 Idem si consecutiæ.
  - 22 Exempla non restringunt regulam.
  - 23 Extensio passiva que fit vi regulæ iuris antiqui, semper admittitur.
  - 24 Extensio in correctorijs an admittatur ex identitate rationis.

41 Exten-

## 348 LOC. A RATIONE LEGIS, &amp;c.

- 41 *Extensio in exorbitantibus an admittatur. cum nu. seq. usque ad num. 55.*
- 42 *Extensio in exorbitantibus semper admittitur, ubiquecumque ad mitteretur in correctorijs.*
- 44 *Extensio in exorbitantibus ex identitate rationis an admittitur.*
- 45 *Taxativa dictio in dispositione favorabili videtur tantum excludere casus habentes dissimilitudinem rationis.*
- 46 *Taxativa dictio non inducit correctionem alterius legis.*
- 47 *Taxativa dictio rationis natura.*
- 49 *Extensio in dispositione valde odiosa non sit.*
- 51 *Immunis à collectis tenetur ad eas collectus que imponuntur ratione belli superuenientis.*
- 53 *Exceptio quod firmet regulam in casibus non exceptis, quomo do procedat.*
- 55 *Extensio in penalibus an & quando licita, cum nu. seq. usque ad num. 76.*
- 58 *Lex debet esse de casu dubitabili.*
- 62 *Annulatio actus inducta per legem vel consuetudinem, an datur pena: & an quando obvinet in penalibus obvinere debat in talibus nullitatibus.*
- 64 *Intellexus §. sed quia natura qua fuit prim. casu. benefici. ambi. in usib. fund.*
- 67 *Quinque in praxi occurrentia.*
- 69 *Fidei praestatio & iuramentum equiparantur.*
- 70 *Extreme ubicunque sic se habent, quod de uno perueniunt ad reliquum extensio etiam in materia penali licita est.*
- 71 *Lex penalis emanata in favorem Reipb. extenditur ex identitate rationis.*
- 73 *Lex penalis loquens in uno ex correlatiis extenditur ad reliquum.*
- 75 *Pena ubi imponitur ipso iure propter delictum commissum fit stricta interpretatione.*
- 76 *Extensio in non correctorijs nec exorbitantibus, nec penalibus fit ex identitate rationis.*
- 78 *Statutum in venditione traditur ad locationem, ubi non est contraria confusa uero.*
- Remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum habet in omnibus contractibus*

## LOC. A RATIONE LEGIS, &amp;c. 449

- contractibus bone fiduci
- 19 *Prescriptionem, & consuetudinum regula, ut tantum prescriptum vel usurparum, quantum possessum, & usuratum, & non plus.*
- 30 *De interpretatione extensa plura, remissione.*

Commmodissime subsequitur nunc locus à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensionem ipsius legis ex quo sumptum argumentum est fortissimum, frequentissimum, & utilissimum, seruens ad infinita, ut infra patet: & formatur hoc modo: quandocunque ratio legis, uel canonis est amplior uel generalior dicto, seu dispositio, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipsa dispositio: tex. est notab. in l. regula, §. fin. & ibi Bart. & Bald. notant, ff. de iuris, & facti ignor. & bonus tex. in l. 2. §. si mater, in uer. quid si curatores, & in ueris. quid si deceperint, ff. ad Tertul. & pulcher tex. in l. nomen debitoris, §. fin. ff. de legat. 3. & hanc regulam pro firmo fundamento ponit Panor. in c. sicut, circa fin. de testibus, & Cardi. in Clem. l. de elect. & Anto. Corset. in singulari z. 3. & in singu. z. 298. & Doctor. frequenter alibi: audiui etiam saepè ad istud propositum allegari §. fundum, in l. pater filiam, ff. de legat. 3. quem etiam allegat Anto. Corse. loco praedicto, & Panor. in c. fin. de rescrip. fed. d. §. fundum, licet aliquid facere videatur, si in cortice inspicatur, tamen in veritate nihil facit, quia uerba illie posita, ita n. fieri, & c. nō fecerūt prolata per modum cause, sed sunt uerba enunciatiua t̄ cuiuidam futuri, euenuit, quē testator sperabat euenire propter suam dispositionem, que verba nullo modo dispositionem inducent, secundum Bar. ibidem: & hoc patet manifeste ex eo, quia si illa verba sufficiunt ibi prolata per modum cause, cum ratio esset amplior, & generalior dicto, debuisset Papinianus Iuris. decidere contrarium eius quod illic deciditur: quod quia non fecit, sequitur, q̄ ad istud propositum male allegatur. Et procedit iste arguendi modus etiam quando t̄ causa impulsua est stricta: hoc enim non obstante, si ratio finalis est larga, fit

ff extensio

extensio constitutionis etiam pœnalis ad amplitudinem rationis finalis, Ita in pulchra & quotidiana q. dicunt Io. de Im. Do. & Phil. Fr. in c. pro humani, de homicid. lib. 6. Et isto argum. utuntur Bal. & Salic. in Auth. sacramenta, C. si aduer. uen. & DD in infinitis alijs locis, ut infra patet. Verum quia hic modus arguendi est frequentissimus, & utilissimus, & materia interpretationis extensio, super qua fundatur hic locus, in se est ualde subtilis & scrupulosa, in qua glo. & Doc. uarias & contrarias tradunt regulas, & nedū inter se discordant, sed ēt sibip̄ sēp̄ contrariantur, ut ex locis infra alle gādīs liquebit, idcirco pro eius clara, & plena notitia præmitto primō, t̄ q̄ ille terminus interpretatio, sumitur duobus modis: Vno modo propriè secundum eius propriā significationem, & tunc interpretatio idem est quod congrua uerbi, uel orationis declaratio seu exp̄atio, & de hac nihil in hoc loco expectet studiosus, sed de ea uidere poterit p Bar. i rep. l. oēs populi, i 3. q. 6. q. prin. ff. d. iust. & iur. & p Sal. i rep. l. 2. C. de nox. act. & p Lanfranc. in rep. lege si uero. §. de uiro, circa prin. ff. sol. mat. & per Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta, de constit. in 14. q. princ. Alio modo interpretatio capitulare pro correctione, pro arctatione, seu restrictione, & pro prorogatione seu extensione. Ita dicit glo. not. in l. 1. in princ. ff. de orig. iur. & glo. in l. 1. §. qui operas, in uerb. interpretatione. ff. ad Tertul.

Secūdō præmitto, q̄ de interpretatione arctativa seu restrictiva nihil in hoc loco dicitur sum, sed de ea dixi satis plene sup. loco proximo, ubi uidere poteris. In hoc autem loco principaliter dicitur sum de interpretatione extensio, quæ in se etiam comprehendit interpretationem correctiā, ut itatim patet. Quibus præmissis, licet Rom. in d. rep. l. si uero. §. de uiro, dixerit, im possibile esse hanc materiā interpretationis extensiō, quam tñ specialiter ratione attigit, modo aliquo determinatē posse docere: tradere tamen conabor eam clarē per 4. casus principales, procedendo per distinctio- nes, regulam & fallentias: excludendo primo casus

mi: us

minus dubitabiles, & capiendo semper communes & magis approbatas doctrinas seu theoricas glossarum & doctorum, & veniendo ad rem, specialiterq; in sequen- do Matthæum Mathefilan. in libello extencionum, & Io. m. de Imo. in repetit. d. l. si verò. §. de viro: vbi eundem referunt tacito nomine, aliquibus per me vbi opportunū vñsum fuerit pro instructione iuuenium adiectis, dico q̄ in hac materia extensio considerandi sunt quatuor casus principales: quia aut ex extensiōne sequeretur cor rectio legis, & sic agitur de extensiōne fienda in correctorijs: aut ex extensiōne sequeretur ampliatio fallētiā rum regulē, & sic agitur de extensiōne fienda in exorbitantibus à iure cōi & regulari, aut ex extensiōne seque retur ampliatio poenæ ad alium casum, & sic agitur de extensiōne fienda in poenalibus: aut ex extensiōne sequeretur ampliatio ad alium casum in his, quæ sunt secundum ius vel præter ius, & sic agitur de extensiōne fienda in non correctorijs, nec exorbitantibus, nec poenali bus. Primo casu principali, t̄ qñ agitur de extensiōne fienda in correctorijs, aliqui casus habendi sunt in cō sideratione: nam aut ex extensiōne sequeretur correctio derōne dispositi ad ipsum dispositum: hoc est in esse- tu quærere, an correcta ratione legis eo ipso censeatur correcta lex, aut ex extensiōne sequeretur correctio in alio casu: hoc est quærere, an extensiōne in correctorijs debeat fieri ad alium casum ex identitate uel maioritate rationis. Primo casu conclude, aut ratio est impulsua, aut finalis: si impulsua uel (ut ita loquar) remota, tūc ea correcta nō iducit correctio dispositi uel statuti, p l. 1. §. sexum, ff. de postulando: quia cessante causa impulsua, nō cessat dispositio: ut ibi, & l. 2. §. ff. de donat. Si au tem ratio est finalis, aut est una, aut plures: si plures, & tunc una correcta, nō intelligitur correcta lex: quia sufficit t̄ unam ex pluribus rationibus finalibus remanere ad hoc, ut remaneat & non cesset lex: per id quod ha betur in §. affinitatis. & in §. sacrum, Insti. de nup. Et p hoc ego allego tres glof. n. tab. quæ communiter non soleant ad hoc allegari: una est in l. si nientri. §. in bonis, &

F f 2 ibi

ibi Bar. & Ang. eam not. ff. de priuile. cred. alia est il. tam  
is, §. i. & ibi lo. de Imol. eam commendat. ff. de dona.  
cau. mor. & terria est in §. minima, & ibi Ang. de Are. ea  
ponderat & multum cōmēdat. Inst. de capit. dimi. hoc  
tamen limita dupliciter, ut dicam infra in loco à contra  
rio sensu, ubi uide. Si aut̄ unica tantum est ratio finalis  
legis, & certe tunc illa correcta per legem nouam, cor  
recta est censeri debet ipsa lex antiqua: tex. est cum sua  
sing. gl. i. l. i. pri. & ibi Bar. Doct. not. ff. de legit. tutoro, &  
est text. in Auth. in gressi, in fi. iuncta l. generali, C. de sa  
crof. eccles. & de hoc ibi habetur pulchre per Salic. & p  
eundem in l. ut liberis, in fi. C. de collat. & per Bal. in l.  
x. ff. sol. matr. & ibi Alex. de Imol. reputat d. gl. pro fin  
gulari: illam etiam reputat singularem lo. de Imo. in re  
pet. d.l. si uero, §. de uiro, ubi de hoc articulo quotidiano  
habetur per eū facis plenē, cui tamē adde ea quae fin  
gulariter notat Frācīl. de Aret. in l. 2. ff. de uulg. & pup.  
ubi dicit tunc demū procedere d. regulam, quando ra  
tio legis generaliter corrigitur, scīs, si aliquo casu tā  
tum, ut ibi latius per eum; & hinc recte dicit gl. in l. 1. in  
prīm. ff. de coniung. cum emanc. lib. quod hodie ille titu  
lus est correctus, ex quo correcta est ratio originalis p  
sublationem differentię inter suos & emancipatos. licet  
igitur olim pater necessariō cogebatur nepotem exilio  
emācipato in s̄tūtere hāredē, uel ex hāredare: hodie tñ  
nō cogitur, cum ratio legis antiqua sit correcta: quoniam  
sublata est hodie differentia emancipationis & patria  
potestatis. §. nullā, in Aut. de hār. ab int̄. colla. 9. Hinc  
ēt est, q̄ licet olim † cognati non uocabantur ad tutelā  
ea rōne, quia non uocabantur ad successionem, hodie tñ  
correcta dicta ratione uocātur ad tutelā sicut ad succe  
sionem, d.l. i. cū gl. & §. ex his aūt, in Auth. de hār. ab  
int̄. ueniē. co. 9. & Auth. sicut hāreditas, C. ē legit. tut.  
Hinc ēt est, q̄ licet olim frater non erat legitimus tutor  
fratris emancipati ea ratione, quia nō uocabatur ad suc  
cessionem eius propter ius agnationis per diutinum per ea  
pitis diminutionem, sed erae fiduciarius tutor, quia lex  
de eo cōfidebat: ut habetur Inst. de fiduc. tate. & ibi lo.

Fab.

fab. notat, hodie tñ est legitimus tutor, quia hodie eiā  
succedit fratri emancipato, ut est tex. in l. pen. & ibi Sa  
lic. not. C. de legit. tut. Hinc etiam est, quod licet olim  
nothi, quos uulg. bastardos uocant, non habebant legi  
timos tutores, leg. final. C. quando mulier tutele offici  
o fungi potest, ho dic tñ habent coniunctos ex latere  
matri, pp. sublatā differentia agnationis & cognitionis †  
tutelis. Ita not. dicit Bal. in d.l. fi. quam legit cum l. i. &  
z. cūdem tit. Hinc etiā dici potest, q̄ ex quo hodie pa  
ter & frater utrinq; coniunctus succedunt defuncto ex  
qualiter in hereditate, ut est tex. in Auth. defuncto, C.  
ad Tertul. & i corpore unde sumitur, hodie etiā pariter  
uocabuntur ad tutelam, & pro hoc faciunt notata per  
Salic. in Auth. matri & auia, in 8. q. post medium. C. quā  
do mulier tute. offici. fungi pōt. Hinc etiam est, quod t  
cognati ho diē succedunt uiq; ad decimum gradū, sicut  
agnati, licet olim fecus erat, ut est tex. iuncta gl. in §. fin.  
Inst. de success. cogn. & not. gl. in Auth. in successionē,  
& ibi Salic. C. de suis & legit. hārē. & gl. i. §. si uero neq;  
& ibi Bar, in Auth. de hār. ab int̄. a. ueniē. & uult.  
Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo successionum ab  
intestato, in 3. par. circa finem, quod nota. Hinc ēt dicit  
singulariter Iaf. in l. 2. C. de bon. possēss. contra tabulas  
post Ang. Rom. & alios per euni relatōs, quod filio pr  
terito à matre sine causa datur bono. possēss. contra ta  
bulas matris de iure prætorio, sicut ipsi competit ius dī  
cendi nullū de iure civili. & mouetur inter alia per di  
ctam theoreticā. Correcta ratione legis necessariō corri  
gitur lex, ut ibi latius per eum. De hoc tamē quia artī  
culus est quotidianus, subtilis & dubius, uide latius ibi  
dem per Alex. & Modern. & per Alciat. lib. paradoxo  
ri 4.c. 12. & per Ioan. de Imo. in repe. l. filio præterito.  
ff. de iniusto rupt. irrit. testā. Secundo casu, quando scili  
cer ex extēsione fiēda & idētitate, uel maioriitate ratio  
nis sequeret̄ correctio i alio casu subdistingue, q. a † aut  
majoritas rationis surgit ex ui regula, cui licet, de reg.  
iu. li. 6. & l. nō debet cui. ff. ed. tit. aut surgit aliunde. Prī  
mo casu extēsio ē permitta, unde si statutū uel lex noua

permittat indistincte marito occidere adulterum, contra l. nec in ea, in f. ff. ad l. Iul. de adultr. extendetur eis ad vulnerantē. Ita not. dicit Ant. de But. in rep. c. f. in 1. fal. de consu. & benē fa. iunt notata per Bart. in d. l. nec in ea, §. ius occidendi', & notata per eundem in l. relegatorum, §. interdicere, & §. seq. ff. de interd. & releg. & notata per Cyn. in l. 1. circa fin. C. quæ sit long. confuet. & ratio istius est, quia talis extensio surgit ex vi regule antiquæ, & sic potius dicitur extensio passiuā auctoritatē legis, q̄ extensio actiuā hominis, quæ extensio passiuā semper est permissa, secundum Io. de Im. in d. l. si uero, §. de uiro, & uult Bar. in rep. d. l. omnes populi, in 4. q. 6. q. princ. & Anto. de But. in rep. d cap. si. post decimam quintam fallentiam, ut hoc declarant per exempla, & Salicet. in d. rep. d. l. 2. C. de noxa. acti. & facit l. si quis seruo, cum ibi not. per gl. Bal. & Ange. C. de furtis, faciunt etiam notata per Bar. in l. 2. ff. de leg. 1. & nota. per eundem in l. 1. §. lex Falc. ff. ad leg. Falc. Aduerte tamen, ne decipiaris, t̄ quia dicta regula, cui licet, fallit in quatuor notabilibus casib⁹, qui pro præsenti occurruunt. Primo enim fallit in decreto iudicis, tex. est sing. in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus corum, quem text. ad hoc ponderat Ludo. Roma. in singulari 18. & Iason in l. in actionibus, ff. de in item iuran. & ratio istius ponitur p. gl. in d. l. non debet cui, nam ex quo in decreto iudicis requiritur causa cognitio, l. cum hi, §. si prætor, ff. de trā facit. non uenit in decreto iudicis id super quo causa cognitio nō præcessit. Secundò fallit d. regula in facultate dispensandi, nam licet alicubi reperiatur concessa facultas dispensandi in certo casu, non tamen debet huiusmodi facultas extendi ad casum similem, uel habentem maiorem rationem, ex quo materia deuiciat t̄ iure coī. Ita ne tab. dicit Federicus de Senis in conf. 14. incipiente, monachus Perusinus, & Ioan. And. in regula, quæ à iure, de reg. iur. lib. 6. & l. quod uero contra, ff. de leg. Tertio fallit d. regula, quando ratio, ier quam mihi licet, quod est plus, non concordit in eo, q̄ uidetur esse minus ut dicit gl. singularis in c. f. super uerbo, ad parem, de transi-

quam

LOC. A RATIONE LEGIS, &c. 455  
 quam ad hoc ponderat Ludo. Roma. in conf. 436. inci. quod indultum Petri, in fine: quandoque enim id quod minus uidetur, est in ueritate maius eo respectu quo ius plus illi reficit ex causa: ut declarat gl. notabilis in Clemenc. 2. super, uerbo, defensor, de reb. ecclesi. non alienand. Quarto fallit dicta regula in mandato de prouidendo aliqui de beneficio certi valoris, aut simili cuius fines diligenter sunt seruandi, cap. cui de non sacerdota l. de præben. libr. 6. iuncta l. diligenter, ff. mandati, & c. c. in illis, §. cum autem, de præb. lib. 6. & ibi hoc notat Iōan. And. in Nouella, & post eum Domin. & Philip pus frā, quod nota pro declaratione dictæ regule, cui 13 licer. Hoc tamen uolo te scire, quod actus t̄ contiguus, uel vicinus mandato non dicitur contra nec præter mā datum: Ita singulariter dicit Hostien. quem alij sequuntur in c. causam quæ, & ibi latissime hoc declaratur per Felin. de re iudi. & habetur etiam de hoc per Iasonem in l. si procurator, C. de procurator: & est bonus tex. in Liam tamen, §. in hac stipulatione, in fine, ff. iudica. soluit, quod tene menti, quia est uile seruiens ad multa, ut uide poteris per Felin. in dicto c. causam quæ. Aduerte tamen, quia in milite est speciale, ut precise obbeat' obediēt superiori: unde qui rem' à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur, etiam si res bene cesserit, textus est singularis in l. 3. §. in bello, ff. de re militari, de qua re extant egregia exempla apud Valerium Maximum libro 2. capite 2. cui t. tulus, de disciplina militari. Illud etiam te nolo ignorare, quod quando in commissione hominis exprimitur id quod à iure communī inest, si à iure non datur pro forma, non inducit ex commissione nouam formam. Ita singulariter dicit, & magis statiter declarat Felin. in d. c. causam quæ, quod tene menti, quia potest quotidie vsu uenire in praxi. Secundo casu, quando t̄ majoritas rationis surgit aliunde quā ex uī dictæ regule, cui licet, tunc idem est dicendum, sicut quando solū subest identitas rationis: & isto casu pro regula tenendum est, quod in legibus uel canonibus correctorijs noua est licita extensio, etiam ex mai-

**456 LOCVS A RATIONE LEGIS, &c.**  
ritate rationis: tex. est iuncta gl. quæ ponit quotidianum exemplum in Auth. quas actiones, in uerb. excluduntur, uersi. item an idem in ciuitate, C. de sacros. eccl., & ibi habetur per Bar. Bal. & Doct. & est bonus tex. in l. illam, & ibi hoc not. Bal. Pau. de Cast. Alex. & Doct. C. de col. & pro hac regula facit l. sancimus, C. de test. & l. præcipi mus, in fi. & ibi hoc firmat Bar. C. de appellat. pro isto & facit tex. in d.l. si uero, §. de viro, secundum communem intellectum: & est tex. melior de iure in Auth. de admin. in sacris appell. in fi. col. 3. & ibi glo. expresse ad hoc notat illum tex. Istud etiam est de mente glo in d.l. tam is, §. 1. Istud etiam firmat Bar. & post eum Doct. in l. si constante, in 9. q. 1. partis principalis, ubi egregie admodum loquit, ff. solut. matrim. & Ioā. And. in reg. odia, de reg. iar. lib. 6. in Mercu. istud etiani uult gl. in c. indemnitatis, §. ceterum, super uerbo, confirmetur, in fi. de elect. lib. 6. & Pau. de Cast. in l. neque leges, ff. de legib. & Salic. in d. rep. l. 2. & hinc gl. in l. damni infecti stipulatio copertit, in §. si is, qui unas, in uerb. aliquas, ff. de damn. infect. alludens ad carmen Horatij in arte poetica, dicit, si coena potest duci sine correctione ducatur, cuius etiam meminit Pau. de Cast. in d.l. præcipimus, & Host. & Io. And. in c. ex parte, de sponsa. iura enim sunt iuribus cordanda, l. unica, C. de inoffi. dotib. & c. cum expediat, de elect. lib. 6. & lex noua correctoria in suis proprijs terminis est seruanda, ut glo. sing. in d. Auth. quas actiones, in uersi. an idem in ciuitate, quam approbat ibi Bartol. & communiter Doct. etiani loquatur generaliter: nisi confiteri, q̄ corrigere uelut in casu de quo est questione: ut dixi 15 fatis amplè suprà loco proximo, ubi vide. Sicut enim, q̄ p̄ repetitiones, subauditiones, aut tacitos intellectus, non idicuntur correctio legis uel canonis, ut est gl. sing. approbata per DD. in c. cupietis, §. q̄ si per viginti, in uerb. p̄ cere, de elect. lib. 6. nec per argumentum a contrario sensu, ut dicam infra in loco à contrario sensu, nec per distinctionem taxatiuam tantum, solum, uel similem, ut est text. iuncta gloss. in l. ob. es., C. de præd. minor. & mult Bar. in l. 3. §. Titio, ff. de adim. leg. & nota per gloss. Bal. Sal.

**LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 457**  
Sal. Ius. & DD. in l. 1. C. de bono. possess. contratabulas, & per gl. & Salic. in d. Auth. matri, & auix, nec per clausulam non f. obstante quacunque alia lege, ut est tex. iuncta sua singu. gl. in d. Auth. de hæred. ab intesta. vend. in princ. & dixi suprà loco proximo. Ita etiam non debet induci correctio uel fieri extensio in correctorijs ad alium casum ex maioritate rationis, quia per neutrū horum modorum potest dici expresse constare de mente disponitis, quod uelut corrigere: quod tamen requiriatur ad hoc, ut inducatur correctio: cū sit propriū manus legislatoris inducere correctionē, arg. l. fi. C. de leg. & c. inter alia, de sent. excom. quando autem de uolunta te legislatoris corrigere uolentis expresse constat, satis est: nec est necesse, quod in lege noua corrigente expresse stat mentio de lege antiqua: licet quandoque ad cautelam de illa fieri mentio, c. 1. cum ibi notatis, de consti. lib. 6. & c. contra Christianos, de hæret. eodem lib. & faciunt notata per Bar. in repet. d.l. omnes populi, & hanc conclusionem firmat Ioā. de Imo. in d.l. si uero, §. de uiro, in 5. & 6. colum. quod ut melius intelligas, ultra exemplum possum per gl. in d. Auth. quas actiones, subiunctionia alia quotidiana exempla. Primum est, pro homicidio per statutum imponitur pena pecuniaria, & corrigitur lex quæ imponit poenam corporalem, l. 3. C. de epis. op. audi. ibi, homicida, quod fecit, semper expectet: queritur an in alio crimine minori homicidio, pro quo de iure imponitur pena corporalis, liceat sit maior ratio minuerit, in minori delicto censetur correcta lex: & concluditur, quod non. Ita uult Cy. in d.l. 1. circa finem, C. quæ sit longa consue. & Io. de Imo. in d. §. de uiro, & Doct. sapienti alibi. Secundum exemplum est, statuto canetur, quod stante patruo, non succedat mater ab intestato: pone modo, q̄ non extat patruus, sed amita, quæ est in eodem gradu cum patruo: an illa excludat matrē, & dicendum est quod non: quia statutum loquens de patruo, non est extendendum ad amitam: quia ex tali extensione sequeretur correctio iuris, puta d. Aut. defuncto. Tertium exemplum est, ita nō te eodē statuto, pone, q̄ nō extat

extat patruus, sed extat frater consanguineus ex latere patris, q. est agnatus & in potiori gradu quam patruus, si quia ipse frater attinet defuncto in secundo gradu, & patruus in 3. de iure. cu. an talis frater consanguineus excludatur matrem ex forma dicti statuti? & videtur & sic, ne sit inelioris conditionis patruus qui est frater patris defuncti, quam frater suus proprius. Contrarium tamen est verum, quia per identitatem vel majoritatem rationis non debet fieri extensio ad legis correctionem, sed ex huiusmodi extensione induceretur correctio d. Auth. defuncto. Ergo huiusmodi statutum loquens in patruo debet extendi ad fratrem, per supradicta, & ita expressè vult Pau. de Cast. & al j Doct. in d.l. illam, & sequitur Alex. de Imo. in d. consi. suo 45. 7. uol. incipit habita: Item potes uidere aliud notabile exemplum per Raph. Cum. in consi. suo 154. incipit visitis, quod ut clarus intelligas, uide Sal. in l. quatinus 2. C ad leg. Iul. de adul.

17 Nec præmissis tibi obstat, l. non possunt, cum l. seq. ff. de leg. ubi habetur, quod leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum, & proceditur de similibus ad similia, quia illud est uerum, quando per hoc non ueniremus contra aliam legem scriptam, & sic ad correctionem legis, alias secus per supradicta. Ita not. vult Bart. in l. non dubium, C. de legi. & Bal. in c. inter ceteras, de scripsi. & Pan. in c. translato, circa f. de const. & Ioan. de Imo. in d. §. de uiro, quod nota. Sed ista regula sic declara rata fallit in multis casibus. Primo enim fallit, quando ratio est scripta in lege, uel canone corrigente, quia tunc licita est extensio ex majoritate rationis. Ita no. vult Bal. in d. Auth. quas actiones, per l. his solis, in illis uerbis, satis tacite cœtum putamus, C. de reuoc. don. & benè facit l. empator, in f. ibi, ex ratione reddita, ff. de rei vendic. & l. in fideic. in missi, §. cum Pollidius, ibi, idque sibi mater ideo placuisse testamento comprehendisset, & c. ff. de usuris. & est tex. cum gl. que cōsuevit computari singularis in d. cle. n. l. in uerbo, eligatur, in nersi, sed nunquid d. de elect. & illam glossa sequitur Io. de Fanturij, prout ibi referunt Ant. de Butrio & Ioan. de Imo. in d.

18 si uero, §. de uiro, & ratio istius est, quia ubi ratio est expressa in lege, uel canone corrigente, tunc non diciatur propriæ extensio hominis, sed lex ipsa dicitur loquitur, ratio tamen legis & mens legis idem esse uidentur, nam ex ratione legis colligitur mens legis, l. cum mulieri. & ibi Raph. Cuma. lo. de Imo. Pau. de Cast. & DD. notat, ff. sol. matr. & est bonus tex. iuncta gl. in l. nominis & rei §. uerbum ex legibus, ff. de uerb. signifi. & dixi latè super lo co proximo; quod autem licita est extensio in correctorijs ex majoritate rationis, quando ratio est expressa in lege, uel canone corrigente, tenet etiam Pau. de Cast. in l. quamuis, in f. C. de fideicom & idem Pau. de Castro in d.l. si uero, §. de uire, & Panor. in d. c. f. de rescrip. & idem Panorm. in c. nihil, de elect. & Iason in d. Auth. quas actiones, & idem Iasi in l. de quibus, ff. de legib. ubi per hoc decidit notabilem quæstio. quam uide per tex. & idem vult Alexan. de Imo. in consi. suo 17. 3. volum. incipien. ponderatis his quæ in themate narrantur, & c. ubi per hoc singulariter dicit, quod d. c. cum esses, de test. quod uenit ad correctionem iuris ciuilis requirentis in testamento septem testes, extenditur ad causum illum quando conditum est testamentum in terris ecclesiæ coram quatuor testibus absque presbytero parochiali, ex quo ratio scripta in d. c. cum esses, scilicet, q. in ore duorum, uel trium stat omne uerbum, ita bene militat in uno casu, sicut in alio, & hoc etiam de mente Spec. in tit. de instrum. edit. in §. compendiosè, in nersi. item per ius canonicum, quod est singulariter notandum. Et notanter dixi, in terris ecclesiæ, quia in terris imperij ius ciuile manet incorrectum, vt volunt Jo. An. Cardin. Pet. de Anch. & Io. de Imo. qui cœtatis clarius & perfectius loquitur in d. c. cum esses, & hoc tene quicquid dicat Sal. in l. 1. C. de sacros. eccl. Debet ergo intelligi regula ante tacta, quod non fiat correctio legis à tacita, uel conjectura ratione, quæ colligitur ex uerbis legis nouæ, sed benè ab expressâ vel scripta in lege, uel canone, secundum Bal. Pau. de Cast. & Doct. in dicta Aut. quas actiones. Et licet plures DD. non recipiat istam

istam fallentiam, sed aliqui simpliciter tenent regulam supra tactam, q̄ in correctorijs nō est licta extēsio etiā ex majoritate rationis: Alij at distinctiunt, ut Io. de Im. in d.l. si uero, §. de uiro, & idē Io. de Im. in d. Cle. j. super gl. in verb. eligatur, & Doc. sep̄ alibi. Sustinēdo tñ hāc fallentiam, primò ampliabo eam, deinde dabo aliquas declarationes ad cā ex mēte & scriptis gl. & Doct. Ampliatur enim, quia t̄ quando vñica tantū ratio potest assignari, etiam si non sit expressa in lege, tunc illa habetur pro expressa, glo. est sī in d.l. quamuis, & ibi expressē hoc volūt Bal. & Pau. de Cast. & idem Bal. in l. maximum, vbi per hoc decidit quotidianam q. C. de lib. pr̄. & Pau. de Cast. in cons. 383. inci. pr̄. sens casus, & idem Pau. de Cast. in cons. 349. incip. uisa quadam sequitur, in antiqu. & Bal. & Io. de Imo. in l. f. ff. de har. in st̄. & facit quod not. gl. reputata sing. in l. tale pac̄ū, §. f. ff. de pac̄. & hoc casu etiā licita ē extēsio ab huiusmo di unica ratione cōiecturata: Ita sing. uolūt Pau. de Cast. & Ra. Cu. i d.l. si uero, §. de uiro, & Alex. de Imo. in col. 50. uol. 2. incip. uis actis causæ. & idem Alexan. in d.l. si constante, & Ias. in d. Auth. quas actiones, & Pau. de Cu. in dictis consilijs, & Felin. in d.c. trāslato, circa finē & hā. Baptista in d. rep. l. omnes populi, i materia interpretationis extēsūz, in 16. fallentia, & Lanfrancus in d. repeti. l. si uero, in 14 cōclūsione interpretationis extēsūz, & Doct. res fr̄quenter alibi. Debet ergo intellegi, regula antedicta, quod in t̄ correctorijs nō licet arguere ēt à majoritate rationis, quād ratio nō est scripta in lege vel canone, & plures cōiecturari possunt: se cur si ratio sit scripta in lege vel canone, aut vna tantū cōiecturari potest, per supradicta, quibus etiā consonat notata per Cyn. post Pet. in d.l. non dubium, vbi habetur, q̄ q̄n ratio nō est expressa in lege debemus cōsturare per similitudinē naturalē, que mouere potuit legislatorem: nam sine rōne nō fuit motus, cū fine rōne nō sit lex, c̄ erit aut̄ lex, 4. dist. & secundum illam rōnem conjecturatam possimus extendere & restringere legem

legem etiā odiosam, secūdum eū ibidē. quem refert & sequitur Pan. in c. ad audiētiā, de deci. & in d.c. fi. de re. scr. & in d.c. nihil. Sed hic cadit pulchra dubitatio: quid, si una t̄ partium dicat, quōd non posset assignari nisi 23 vna ratio, alia autem pars dicit, quōd imō potiunt assignari plures, quid pr̄sumetur in dubio, & certe in dubio non debet pr̄sumi, quōd vñica tantū ratio posset reddi, & sic sit licta extēsio: imō pr̄sumi debet op̄ positiū. Ita sing. dicit Sali. in d. rep. l. 2. vbi ponit hanc materialiam interpretationis extēsiū: & hoc dicti refert & sequitur Alexan. de Imo. in d.l. si constante, & Ias. in d. Aut. quas actiones. Arbitror tamen id plurimi in arbitrio Iudicis confitere, quid. n. si vna tantū probabilis sit, ut i statuto filiam dotatam à successione paterna ex eludente: nam intelligere debemus, statutū nedū loqui de ea, quæ marito cōiuncta est, & dotē recepit, sed ēt de ea, cui pater in testamēto dotem assignauit, ut illa ēt excludatur fauore agnationis, quæ sola uidetur fuisse, p̄ habili rō dicta statuti, arg. §. cōclūrum, Inst. da legit. agn. succel. & ita decidit Bart. in l. Titio genero. ff. de cond. & demon. & Bal. in l. non sine, C. de bon. quæ lib. & sequitur simpliciter Io. Bap. de S. Seuerino in rep. d.l. omnes populi, in uer. uigēsimō quartō dicit statutum, de hoc tamen articulo quotidiano uide latius per Georg. Nattam in repetitione c. quamuis, de pac̄. lib. 6. Sed dā 24 da t̄ nunc est declaratio ad d. fallentiam sic ampliatam primò ut intelligatur quando lex est correctoria tantū, secūdum si sit correctoria, & pœnalis simul, tunc enim etiā si sit scripta in lege, uel canone nō est licta extēsio, gl. est sing. iuncto tex. in Cle. 2.. n uerb. in eisdem, de xta. & qual. ord. quam ad hoc ponderat Roma. in cons. 129. incip. licet magna apud me fuerit dubitatio, & Alex. in dicta l. si constante, & Dom. Phi. Franc. in ca. i. de tempo. ord. lib. 6. & Ias. in dicta auth. quas actiones, & Anto. de Butrio in rep. d. cap. fi. de consu. in l. fallen. tia. & iste est uerus intellectus d. gl. sing. quæ etiam hoc modo seipsum declarat, circa finē, licet Ioan. de Imo. in d.l. fi

d.l.si nero,§.de uiro, det alium intellectum ad eam, qui etiam uerus est in se. Secundò intellige dictam fallentiam sic ampliatam, quando lex correctoria non loquitur taxatiuē, vel per dictiōnem taxatiuam, quia si loque retur taxatiuē, non fieret extensio, etiam si haberet ratio nem expressam. Ita not. dicunt Bal. & Ias. in d. Aut. quas actiones, post Guil. de Cu. & Cy. in addi. ibidem. Dictio 25 enim taxatiuā negationem inducit, & ergo ubi illa ponitur in lege correctoria, uel exorbitante odioſa, nō fit extensio. Ita no. dicit Phi. Franc. in c. constitutionem, de reg. lib. 6. & multò fortius non fit extensio, quando illa est expreſſe prohibita, ut est tex. in d. c. constitutionem, iuncto c. non ſolum, eo. titu. & lib. cum ibi not. per gl. & Doc. Tertiò intellige hoc ſanē, quando ratio expreſſa in lege vel canone corrigeſt finalis, ſecus ſi eft impulſua. Ita not. dicit Mathes. in d. ſuo lib. extensionum.

26 Et dicitur cauſa, uel ratio impulſua, quando decisio legis eft magis generalis, quam ſit ratio, tunc enim, quia ratio generaliter nō militat, patet rationem eſſe impulſuam, & non finalē exemplum patet in d.l. 1. §. ſexum, quando verò ratio eft generalior decisione, vel aequē generalis: tunc dicitur finalis, & non impulſua. Ita no. declarat Bal. in l. generaliter, C. de epis. & cler. & Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. absentia & com memorat Ias. in d. Aut. quas actiones, & facit quod ha beur per Bar. & Io. de Imo. in d.l. 2. in §. ſi. ff. de don. Quartò iſtud intellige, niſi alia ratio non scripta in lege uel canone ſuaderet extenſionem non debere fieri, ex hoc n. deprehenditur, q̄ in caſu non militat omnino ea dem rō, quæ in caſu expreſſo: tex. eft cum ſua ſingulare gl. in c. constitutione, de elect. libr. 6. & ibi hoc notant Io. de Imo. Domi. Phil. Franc. & idem Io. de Imo. in d.l. ſi verò, §. de uiro, & Sali. in d. rep. l. ſecūdū. Quintò iſtud intellige, quando caſus non expreſſus eft aequē fauorabi lis: ſecus ſi caſus non expreſſus non eft aequē fauorabi lis: tunc enim non fit extensio, licet ratio fit expreſſa in lege uel canone. gl. eft ſing. iuncto tex. in c. in fidei, de h̄c. lib. 6. & uult loan. de Imo. in d. §. de uiro, & Doct. ſapē

ſep̄e alibi. Concluſiū ergo dico, q̄ quando ratio eft ex preſſa in lege, quæ eft correctoria tantum, non pœnalis, nec loquens taxatiuē, & quando illa ratio eft finalis, nec reperitur alia ratio non scripta quæ ſuaderet conſtitutio nem non intelligi generaliter ut ſonat ratio scripta in le ge, uel quando unica tantum ratio conieeturari potet, & quando caſus non expreſſus eft aequē fauorabilis cū expreſſo, tunc licet arguitur à maioriſate rationis etiā ad correctionem alterius legis, alioqui autem ſecus. Et hec eft prima fallentia ad dictam regulam, communiter approbata p Doct. ut patet ex p̄miffis. Opinio tñ lo de Im. i d. §. de uiro, & in d. Cle. i sup gl. uerbo, eligit & in d. c. constitutionem, per quam uidentur cōcordari poſſe opiniones, eft multū probabilis, & memorie cō mpendanda. Secundò fallit dicta regula, quando duo caſus ſuiperantur per legem antiquam in omnibus, & 27 per omnia in materia, de qua agitur: nam tunc lex † noua corrigenſ in uno ex parificatis, intelligitur etiam corrigere in alio: exēpli gratia, regula iuriſ antiqui habet, quod qui non potest teſtari, non potest etiam codicillari, uel ſtex. in l. 2. ff. de legat. i. modò per legem nouā uel statutum, minor 20. annis non potest teſtari, ubi tamen per legem antiquam maior 14. annis poterat teſtari, l. qua ètate. ff. de teſta. cum ſim. certe hec lex noua corrigenſ in teſtamento, cenſebitur etiam corrigeſ in codicillis, & ſic minor 20. annis in loco ubi uiger illa lex noua, uel ſtatutū, non poterit codicillari. Ita notabiliter dicit Bar. & post eum alij, in d.l. 2. ff. de leg. i. & Anto. de Butrio in repetitione d.c. fina. de conſuet. in 3. fallē tia, pro quo etiam eft gl. in c. ſi poſtquam. §. i. & §. fina. de elect. libr. 6. & gl. iuncto tex. in d.l. ſi quis ſeruo, & ibi Bal. & Ang. not. & glo. in d.l. quod uero contra, in fin. & licet glōſſi. in d. c. ſi poſtquam, loquuntur in pœnalibus, & alii dux glo. loquantur in exorbitantibus & nō in correctorijs: tamen quod idem eft in correctorijs tenet Bart. & Docto. in l. Marcellus, in prin. ff. ad Trebel. & idem Bar. Cy. Sali. & Doct. in Aucth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falc. & idem Bar. in d.l. 2. ff. de leg. i. & ibi ple ne per

ne per Alex.de Imo,nec mirum, quia hæc est interpreta  
tio pauciua, quæ fit vi regulæ iuris antiqui, quæ semper  
est licita: ut dixi supra, & dicam latius. Inf. & hoc nult  
Ant.de But.in rep.d.c.fin.in 3.fallen. & Ioan.Baptista  
in d.l. omnes populi.in 1. fallen. & Lanfran.in rep.d.l.i  
vero. §. de uiro, in 5.conclu. quam ponit in materia inter  
pretationis extensiua. Hanc tamen fallentiam non admittit  
Io.de Imo.in d.l.i vero. §. de uiro, quando fieret ex  
tensio ad aliam personam, per notata in d.Authen. quas  
actiones, iuncta l.fin. eam tamem admittit: quando fieret  
extensio solum inter easdem personas, & omnino eadem  
subesse ratio uel major. per gl. quam reputat singl. Aut.  
& non obseruato eo. C.de testa.iuncta l. iubemus, eod.  
tit. quam uide. Tertio fallit d.regula, in correlatiuis, quia  
28 lex + noua corrigenſ in uno correlatiuorū putat in uxo  
re, extenditur ut etiam corrigat in alio, & sic in marito.  
tex. est not.in l.f. & ibi hoc not. Bart. Ang. Iaf. & alij. C.  
de iudic. uid. & Bald. & Pa. de Cast. in d. Aut. quas actiones,  
& Petr. de Anchar. in d. rep. c. canonum statuta, in  
6.q.prin. & Io.de Imo.in d. §. de uiro, & Io.Bapt. in rep.  
d.l. omnes populi, in 9. fallen. & Lanfr. in rep.d.l.i vero.  
§. de uiro, in 3. conclu. interpretationis extensiua. & Ant.  
de But. in rep. d.c. fin. in 2. fallen. & Doct. alij. s̄pē locis.  
Hinc etiam uidemus, quod lex corrigenſ in actore exten  
ditur ut etiam corrigat in reo, ut est gl. in l. per interval  
lum. ff. de ind. & glo. in Auth. qui semel. in uerbo, tringit  
dierum, & ibi Doct. C. quomodo & quando index, quod  
intellige uerum, quando eadem est ratio in utroq; ut in  
dictis iuribus: alias secus. ut in l. curatorem, cum ibi not.  
per glo. Cy. & Doct. C. de interd. matrim. in l.f. & ibi Sa.  
l. C. de rescina. uend. & vult. Io.de Imo. vbi supra, de quo  
uide quod dixi latius supra in loco à correlatiuis. Quar  
29to fallit d. regula qñ + lex noua corrigenſ, reduceret nos  
ad ius antiquum consuetum, quia cum res de facili re  
deat ad naturam suam. l. si unus, §. pactus ne peteret. ff.  
de pactis, & c. ab exordio, 35. dist. materia cense ut fau  
rabilis, & sicut extenditur quamvis correctiora. glo. et  
singularis in c. statutum, in uerbo, numerandum, de pre  
ben.lib.

pen.lib. 6. quam ad hoc notat, & ponderat. Alexand. in  
d.l.f. constante, & Iason d. Authent. quas actiones, &  
idem Iason in d. §. pactus ne peteret, illam glo. erian re  
putat singu. Felin. in ca. cùm accessissent, de constitutio.  
& idem uolunt. Io. And. Anto. de Butrio, & Panor. in c.  
olim tibi, per illum tex. secundum vnum intellectum, de  
verbis signific. quod tene menti. Quinto fallit d. regula,  
quando resultaret absurditas, nisi in correctorijs fieret  
30 extensio: tunc + enim fit extensio ad vitandum absurditi  
atem, gl. est singularis, in Clem. fin. de rescrip. in quan  
rum gl. ibi extendit id, quod ibi dicitur de habente litera  
ras Papæ ad habétem literas legati: nā absurdum esset  
dicere, q̄ habens literas legati plus consequeretur, q̄ ha  
bens literas Papæ in eadem forma, cùm econtrâ esse de  
beat. c. hi qui, & c. si pluribus, de præb. lib. & ita not. vult.  
Io. de Imo. in d.l. si uero. §. de uiro, & Bar. in l. quæsum, ff.  
de testib. & dixi supra in loco ab absurdo. Sexto fallit  
d. regula, ubi agitur de salute animæ, nam tunc disposi  
tio etiam correctoria censemtor fauorabilis, & extenditur  
ex maiestate rationis, licet fit præjudicialis in rebus ita  
sing. dicit Bar. & communiter Doct. in d. Authent. sacra  
menta, & vult. Philippus Francis in d.c. 1. de tempo.  
ordin.lib. 6. in uersi. quartò limita. & idem Phil. Fran. in  
c. sciant cuncti, de elect.. eodem.lib. & Alex. de Imo. in l.  
4. §. Cato, ff. de verb. obli. ubi pro hoc allegat glo. nota.  
in l. omnes, 2. in verbo apostolice, C. de ser. quæ singulariter  
vult, quid ferię contra ius inducit in festis aposto  
lorum, ex maiestate rationis extendantur ad diem bea  
te Marie virginis: & idem vult. Ant. de But. in d. rep. d.  
c. fi. de confus. in 1. fal. & Domin. in d.c. 1. in 1. fal. & idem  
Dom. in d.c. pro humani, §. fina. & Felic. in d.c. translato,  
ubi dicit hoc seruire ad multa, & Io. Bap. in rep. d.l. om  
nes populij in 8. fal. & Roma. in repet. Authen. similiter,  
in 19. speciali pī causæ circa ultimas uoluntates, C. ad  
l. Falc. Et multo fortius ubi tractatur de salutē aīx, fit ex  
tempio iuris penalisi: ut est gl. no. in d.c. sciant cūcti, & vult.  
Io. And. in c. ex tenore, qui fil. sunt legi, quē sequitur ibi  
de Pan. & Præp o. & idem Pan. in c. quæsuit, de diuor. &  
G g idem

idem Pan.in c.Quintauallis,de iureiur. & Domin.ind.  
 31 c.pro humani,§.fina. Septimò fallit dicta regula,† quan  
 do lex,uel cōstitutio aliàs est et illusloria,& nullum sorti  
 retur effectum si non extenderetur: Ita not.uult Ias. in  
 d.Aut.quas actiones,post Io.de Anan.in Rubr. de apo.  
 lto qui monetur per duas glo.quarum una est in Cle.1.  
 in uerbo,sepelire,in fin.de sepul.alia est in c.quanquam,  
 in fi.de v sur.lib.6.sed illæ gloss.non plus probant,quām  
 q̄ constitutio penalior extenditur ex identitate,uel maio  
 ritate rationis,qui non est casus noster,ubi tractamus de  
 extensione fienda in correctorijs. Ratio tamen dictarū  
 gl.æ què militat in correctorijs,sicut in penalibus,& be  
 né facit c.si ciuitas,in ratione sui,de sen.excom.lib.6.&  
 c.cōmissa,§.1.de elect.eo.lib. & istud expresse firmat Fe  
 lin.in d.c.translato,circa fi.& sentit Lanfranc.in rep.d.§.  
 de uiro,in 10.concl.interpretationis extensiæ,& Phil.  
 Fran.in d.c.1.in 18.fal.& Bar.in d.l.non dubium,& in re  
 pe. d.l.omnes populi,¶ Ant.de But,in rep.d.c.fin.inf.  
 32 in 10.fal.Octauò fallit d.regula,qn̄ t uerba constitutio  
 nis correctorij, ex lata significacione uocabuli trahi pos  
 sunt ad casum,in quo concurrit majoritas rationis,nam  
 tunc fit extensio: exempli gratia,statutum,uel lex noua  
 excludit filiam à successione,extante filio masculo,cō  
 tra d.l.maximum uitium,talis lex noua correctoria extē  
 ditur etiam ad neptem,ut sic ipsa excludatur,in qua est  
 maior ratio exclusionis,& quodāmodo filia dici potest,  
 1.filij appellatione,l.iusta,& liberorum,ff. de uerborum  
 signifi.la singulariter uult Bal.in d.l.maximum uitium,  
 & idem Bal.& Doctores in l.secunda, C.de in ius uoc.  
 & idem Bal.in d.l.quod uero contra,& idem Bal.Pau.  
 de Castro,& Doctores in dicta l.fi uero,§.de uiro,& ibi  
 Io.de Imo.ante finem,& Lanfrancus etiam ibidem,in 2.  
 conclusione interpretationis extensiæ,& Iōan. Bapti  
 sta in répetitione dictæ l.omnes populi,in 7.fallentia,&  
 Anton.de Butrio,in répetitione dict.cap.fina.de confus  
 tudine,in prima fallentia. Hoc tamen nolo te ignorare,  
 33 quòd in dispositione † hominis non fit extensio ad aliū  
 casum,etiam si sublata significacione comprehendatur,  
 capitū.

capitulo,fina.de præben.& capit.cum in illis, eodem ti  
 tulo 6.& capitū.suceptum,de rescrip.eod.libr.cum simi  
 libus:& vult expreſſe Iotaſi.de Imo.in dicto §.de viro,&  
 in d.Clemen.1.de electio,in multis enim aliter disponi  
 tur in dispositione hominis , quām in dispositione le  
 gis:ut dixi latè suprà in loco à legē ad testatorem,ubi ui  
 34 de.Nonò fallit dicta regula,quando duo se habent † ad  
 iniucic gradatim,ita q̄ vnum mensuratur gradatim ab  
 alio aliquo accidenti.nam tunc facta mutatione uel cor  
 rectio in uno,censemur etiam facta in alio:exempli gra  
 tia,licitum est donare certam quantitatē laico sine in  
 sinuatione,& licitum est donare maiorem quantitatē  
 ecclesia sine insinuatione:si postea per statutum,uel le  
 gem nouam augmentetur quantitas in laico,censemur  
 etiam quantitas ampliata gradatim,& proportionaliter  
 in ecclesia.Ita dicit glos.notab.& post eam Gui.Cy.Bar.  
 & Doct.in l.illud, C. de sacro ſanct. ecclēſ. & gloss. in l.  
 fancimus,C.de donation.& ſequitur Domin.in d.capit.  
 primo,in septima fal.& Lanfrancus in repetitione d.§. de  
 uiro,in octaua conclusione interpretationis extensiæ,  
 & Anton.de But.in répetitione d.capitu.fin. de tonsue  
 tu.in septima fall. Item aliud exemplum ponitur in §.  
 hinc datur intelligi,2.2.distinct.ubi habetur, quòd si ali  
 qua ecclēſia conſuevit eſſe prima,& per legē nouam  
 alia fit prima,illa quæ conſuevit eſſe prima remanet fe  
 cunda,& illa quæ conſuevit eſſe secunda remanet tertia  
 & idem dici potest,quando in aliquo concilio fit altera  
 ria, ita q̄ ubi erat unum caput ſiat duo uel tria capita.  
 Hinc etiam dicit gl.in Cle.generalem,de æta.& qual.or  
 di.q̄ quia certum tempus determinatum eſt ordinī sub  
 diaconatus,& certum ordinī diaconatus,& certum ordi  
 ni presbyteratus,facta immutatione in uno ex ordinib.  
 facta vñ mutatio,& in alijs.Decimò fallit d.regula, quan  
 do duo ſic ſe habent,q̄ unum uenit accessorie ad aliud,  
 uel mēſurā ad instar alterius:ut eſt publica honestas, q̄  
 ueniebat olim accessoriē ad ſm.,& tertii gen⁹ affinitatis:  
 Vnde ſublato hodiē ſecundo,& tertio genere affinitatis

468 LOCVS A RATIONE LEGIS,&c.  
censetur etiam sublata publica honestas ex hoc defessa,  
dens, tamquam accessoria, licet in lege noua correctior,  
vel dispensatione de publica honestate non fiat mentio,  
vt est gl.not.in c.nō debet, & ibi id bene declarat, & mul-  
tum exclamat Pan.de con. & affi. Et uult Dom.in d.c.1.  
in 5.fal.& Philip.Franc.ibidem in 9.fallen.& Ioan.Ba-  
ptist.in rep.d.l.omnes populi,in 12.fal. & Lanfranc.in  
repet.d.5.de uiro,in 7.conclusione interpretationis ex  
tensiuꝝ,& Anton.de Butrio repetitione d.c. fina. in 5.  
36 fal.Vndeclimō fallit dicta regula, quando † uo sic se  
habent,quòd unum uenit ad alterum consecutiū: tunc  
enim si fiat mutatio uel correctione in uno, hec alteratio  
uel mutatio extenditur ad alterum.Ita not.Dominic.in  
d.c.1.in 4.fal.& Ioan.Bapt.in repet.d.1.omnes populi,  
in 10.fal.& Lanfranc.in rep.d.5.de uiro,in 6.conclusio-  
ne interpretationis extensiꝝ,& Anton.de Butrio in  
repet.d.c.fin.in 4.fallen.& ibidem Ant.de Butrio.Pan.  
& Doct.in c.cum in cunctis,in 5.cum verò, de electione  
ubi dicunt, quòd si electus in episcopum obtineat dispe-  
sationem à Papa, quod non tenetur accipere manus  
consecrationis intra annum uel biennium, ubi de iure  
communi deberet consecrari intra tres menses, in dispe-  
satione autem nihil cauetur, de retineundis prioribus be-  
ficijs, quæ de iure communi uacant post lapsum dictorū  
trium mensium, ut est tex. cum gl.in d.5.cum uero in hi-  
lominus tamen, quia uacatio beneficiorum electi ad epi-  
scopum uenit consecutiū ad consecrationem, dispen-  
satio huiusmodi extenditur, ut impeditat etiam uacatio-  
nem beneficiorum, siue huiusmodi dispensatio sit facta  
motu proprio, quo casu non est dubium: siue etiam sit  
facta ad instantiam electi, secundum eos: quicquid dixe-  
rit ibi Ioan.And. & ratio huius est, quia licet dispensa-  
tio de se sit stricti iuris ut habetur in capitulo, quod dile-  
ctio,de consang. & affin.in c.1. & 2.de fil.presby.libr.6.  
enī se extendit ad consecutuum illius, super quo est dis-  
pensatum: ut est gl.sing.in c. quia in tantum, de preb.&  
ibi eam ualde not.Pan.Io.de Imo.Nescio tñ, an curia  
hoc

LOCVS A RATIONE LEGIS,&c. 469  
hoc seruaret, & credo q̄ non, quia est contra commodū  
bursale.Hinc ét est, q̄ licet episcopus in solēnibus die-  
bus,puta in Natiuitate Domini, Epiphania, Paschate, &  
Pentecoste,debeat interesse diuinis in ecclesia sua cathe-  
drali, vt est tex.in c.si quis in clero,7.q.1.aliàs punitur,  
vt ibi:Tñ si Papa secū dispensauit, vt possit habere plu-  
res episcopatus, censetur etiam dispensatiū in consecutiū  
uis,vt si ad id, quod dictū est, nō cogatur, ut est gl.sing.in  
d.c.si quis in clero, super verb.solennibus: dummodo tñ  
in aliquo eorū residet, ut ibi dicit Archidi.Hinc ét est,  
q̄ si Papa dispenset, vt quis possit habere & licite reti-  
nere duo beneficia curata,licet nihil dicatur in dispensa-  
tione de residentia, per talem tamen dispensationem vi-  
deatur consecutiū dispensatum, vt nō renatur in vtroq;  
residere, sed residendo in altero vel vicissim in ambob;  
satisfaci, ita dicit gl.sing.in ca.non potest.S.illud, su-  
per verb. retinere, de præb.lib.6. & ibi latè de hoc per  
Dom.Phi.Fran.& alios, & per Pan.in rep.c.extirpāde,  
S qui uero, de præben. Duodecimō fallit d.regula, qñ  
37/casus qui extēditur, comprehenditur sub expresso se-  
cundum cōmūnū usum loquendi, licet nō ex propria signi-  
ficatione uocabuli.Ita no.dicit Io.de Imo.in rep.d.5.de  
uiro, & sequitur Phi.Fran.in d.c.1.in 14.fal. per id qđ  
legitur in l.librorum.S. quod tamē Cassius.ff.de lega.3.  
& in l.librum de Ianiōnis.S. asinam,ff.de fundo instr. & in  
l.Labeo,ff.de supel.leg.& in d.l.non dubium, & in d.l.  
omnes populi, maxime per Bar. & per Pau.de Cast.in l.  
se leges,ff.de leg.Faciunt etiam ad hoc ea, quæ satis  
amplè dixi supra in loco ab opinione uulgi . Decimoter  
38/ō fallit d.regula, † quando per candem legem uel ali-  
am declaratur aliiquid gratia exempli fuisse dictum, Exē-  
pla enim non restringunt regulam siue dispositionem,  
lege 1.S. quod uulgo,ff.de ui & ui arma. & l.damni infe-  
ci stipulato pertinet,ff.de damni. infect. & bene facit  
quod not.in lege 1.ff.uti possidetis, & in cap.1.nec cleric,  
uel monachi.Ita notabiliter uult Ioan.de Im.in repeti-  
tione d.5.de uiro.sequitur Philipp. Francus in d.c.1.in  
12.fallentia.Pro quo ultra p̄dicta bene facit id,qđ no

tat gl.singularis in Clemen. i.super verbo præsidentes, in fi.de rescript.commendata ibidem pér Anto.de Butr. Car.& Ioan.de Imo, quæ sing.vult, quod dictum in uno etiam in constitutione penal non uideretur in alio negatum: quando ratione frequentioris usus id, quod est dictum, fuit expressum: non autem ut notaretur aliud diuersum in expresso ad tacitum . Decimoquarto fallit d,  
 39 regula,qñ agitur † de extensiōne passiuā, quæ sit uigilante iuriſ antiqui, quæ semper est licita, secundum omnes ut patet ex præmissis, quod est ualde utile, quia ex hoc sequitur, qđ lex noua correctoria recipit omnes limitationes, & declarationes, quas habet, & recipit lex antiqua. De quo plura possunt dari exempla, ut uideretur per Bar.in repe.d.l. omnes populi, loco suprà commemorato, & per Ange. qui eum in hoc simpliciter sequitur in §.ius autem ciuile, Inst.de iur.na. gen. & ciui, in uerbi. quarto casu principali in materia interpretationis extensiōne: & per Sal.in rep. d.l. 2. item per Barto.in d.l. 1. §.lex Falcidia, & per Ieundem in d.l. 2. ff. de lega, i. quæ deberent merito sufficere. Sed ultra hæc, quia materia est quotidiana, capē plura alia notabilia, & quotidiana exempla. Et primitū sit, olim in primitiua ecclesia ordo subdiaconatus non erat sacer, hodiè autem est sacer, vnde euenit, & sequitur, quod omnia iura loquenter de ordine sacro, psbyteratu, & diaconatu, tā in voto castitatis, in electione ad episcopatum, qđ in seruis ad ordinates facros ordinatis in seruitutem reuocandis uel non & in alijs, ueniunt extendenda ad ordinem subdiaconatus: & perinde censeri debet, ac si de illo specificè loquerent, tex.est exp̄ressus in c.à multis, de æta. & qual.ord. & c.miramus, de ser.nō ord.cum utrobiq; not. quos tex. ad hoc ponderat Ant.de Butr.in rep.d.c.fū. Aliud exemplū notabile habes in c.contra Christianos, iuncta gl. fi. de her.lib.6. ubi canon contra Christianū transferente se ad ritum Iudaicum, procedi vult ut contra hæreticum quod gl. illuc intelligit nedum de pena personali, sed ēt de pena cōfiscationis bonorum, prout statutum est in hæreticis, c.cum secundum, de hære.co.lib. quasi dicat, iura anti-

antiqua loquentia de hæreticis „debere habere locū in isto qui per legem nouam habetur pro hæretico: ad hoc notat illum tex.gl.Ant.de Butr.loco prædicto. Tertium notabile exemplum habetur per Iacob.But. in l. placet, C.de sacro.eccle. quem refert, & sequitur Anto.de Butr.in loco suprà commemorato, & est tale. Indictio hodie extraordiario munere facta, est munus ordinariū l.l.C.de indict.libr. 10. Vnde omnes loquentes de ordinario munere, ad hoc munus sunt extendendæ, quare consequenter sequitur, qđ ecclesia quæ non excusat à munere ordinario, licet excusat à munere extraordiario, d.l.placet, non excusat hodie ab inductione. Et singulariter concludunt Iaco.Butr. & Anton. de Butr.in locis præal. Ita plura alia notabilia, & quotidianā exempla habes in Clem.uni. iuncta glo.in uerbo, amittendis, in uerbo, promouendis, in uerbo sacerdotiū, & in uerbo, ætate, de offic.uica. ubi inter alia singulariter habetur, qđ pœna extravagantis execrabilis in §. qui vero, de præb. quæ loquitur in rectoribus ecclesiārum parochialium, locum habet etiam in vicarijs perpetuis ecclesiārum parochialium, ad quod illam gl. notat Ant.de Butrio loco præal. & Lanf.in d.l.si vero, §. de uiro, in §. conclusione interpretationis extensiōne, licet male alleget, dē æta. & qual.ord. Debuit enim allegare de offic. vi car quod est perpetuō menti tenendum. Illud autē pro 40 certo, & indubitate teneas, qđ ex identitate uel paritate rationis non licet extendere legem correctoriam: & minus ex similitudine rationis, licet Fulgo, voluerit contrarium per l. non sine, C. de bon. quæ libe. sed illa lex hoc non probat, & communis, & uera opinio est in contrarium, ut dicit Ias.in d. Authen. quas actiones. Paulus tamen de Castro in consi. 39. incipien.in causa capturæ, in antiquis, admittit extensiōnem in correctorijs ex idētate rationis, licet non ex similitudine rationis: & idē vult ipse Pan.de Castr.in dicto consilio 338. incipient. præsens casus, &c. ubi uide. Et tantum de primo casu principali, qui fuit de extensiōne fienda in correctorijs, qui est articulus ualde singularis, subtilis, utilis, & quo

41 tidianus. Secundo casu principali, quando t̄ agitur de extensione fienda in exorbitantibus, prima facie uidetur, quod non est licita extensio, regula, quae à iure; de regu. iuris, libro sexto, & dicta lege si uero, §. de uiro, ubi prouisio legis contra ius commune non extenditur ultra illud quod exprimitur in ea: licet eadem sit ratio, & probatur in lege prima, ff. de constitutionibus in principio, & in §. planè. In istitu. de iure naturali gent. & cuius. & in lege terria, in fine. Codice de legib. & in cap. sanè, de priuilegiis cum s. In contrarium autem videtur tex. cum gl. in d.l. si constante, in prin. & tex. pulcher in c. cum dilecta, & ibi Pan. eum ad hoc ponderat, & ualde commendat, de confir. uti, uel inuti. unde pro concordia di-

42 storum iurium conclusiù dicas, t̄ quod in casibus, in quibus dixi suprà in primo casu principali fieri posse extensionem in correctorijs, multò fortius fieri poterit extensio in exorbitantibus, hoc est in fallentij regularam seu, in legibus declaratiuis seu distinctiuis: cum magis sit prohibita extensio in correctorijs, quam in aliquo alio casu: ut patet ex ijs, quæ habentur, & notantur in d. Auth. quas actiones, & in d.l. præcipimus, cum alijs iuri bus suprà in primo casu principali allega. In alijs vero

43 casibus conclude, q̄ aut t̄ agitur de extensione fienda ex maioritate rationis, aut de extensione fienda ex identitate rationis. Primo casu aut majoritas rationis surgit ex ui d. regulæ, cui licet, & hæc in effectu est extensio passiva, quæ secundum omnes est permissa: ut dixi supra in primo casu principali, & pro hoc in proposito est text. cum sua notabilis glo. in l.a. C. de patribus, qui filios diffraxe, quæ uult, q̄ sicut pater potest uendere filium suū quæ habet in potestate propter necessitatem famis, & sic facere de libero seruum: ita etiam potest eum obligare, pro quo etiam facit tex. notabilis cum ibi notatis p Bar. in d.l. nec in ea, §. ius occidendi, & notata per Cy. in d.l. 1. ad finem, C. quæ sit longa consuetudo: ubi habetur, q̄ si statutum permittit impunè occidi bānitum, poterit ēt impune vulnerari: licet statutum hoc nō dicat: cum plus sit occidere, quam uulnerare, d. regula, cui licet, pro cu-

ins tamen regulæ limitatione, & declaratione uide, qđ dixi suprà in primo casu principali. Si autem maioritas rationis surgit ex alio, quam ex ui d. regulæ, cui licet, tūc non uidetur permissa extensio. Vnde si statutum pro homicidio imponat poenam pecuniariam, proprieat̄ non erit dicendum, quod idem erit in alio crimine minori, pro quo lex imponit poenam corporalem, licet maior ratio videatur attenuandi poenam in minori delicto. Ita nota, dicit Cy. in d.l. 1. circa fin. & sequitur Io. de Imol. in rep. d. §. de viro, & dixi suprà in primo casu principali. Secundò casu, quando queritur an fiat extensio t̄ ex identitate rationis, subdistingue: nam aut agitur de extensione fienda inter easdem personas ad alium casum similem, aut agitur de extensione fienda ad alias personas. Primo casu potest fieri extensio, si dispositio in se est favorabilis ex humanitate inducta: text. est not. cum sua glo. in Luni. C. de his qui ante aper. tab. ubi patet, q̄ licet exorbitans sit hereditatem non aditam transmittit: & licet etiam specialiter ibi disponatur, quod hereditas ascendentium delata ex testamento, transmititur ad descendentes, licet non sit adita, tamen hoc extenditur etiam ad hereditatem ascendentium delatam ab intestato: quod procedit etiamsi promptior sit ratio in casu expresso, q̄ in alio: ut patet in d.l. uni. nam promptior est ratio in transmissione successionis ex testamento quæ sit ex uoluntate expressa, quam in illa quæ sit ab intestato, & ex uoluntate tacita, i. consciuntur, ff. de iure codi. & qđ fortius est, istud procedit etiam si in dispositione fauorabili sit dictio taxativa: nam illa non obstante, adhuc extenditur ad alium casum inter easdem tamen personas, ex identitate rationis: ut est gl. sing. iunctio tex. in l.f. super uerbo, uoluerint, C. de reuo. do. & ibi Cy. & Salice. hoc not. & habetur per gl. & Doct. in l. illud, C. de sacr. eccl. & per Bar. in d.l. si constante, in g. q. 1. partis prin. L. & per eundem Bar. in l. serui nomine, ff. de usucapio. & per Paul. de Cast. in d.l. neque leges, & per Bal. in l. fin. C. de interdict. matr. dictio. n. t̄ taxativa posita in aliqua dispone fauorabili, videtur tñ excludere: casus haben-

## 474 LOCVS A RATIONE LEGIS,&amp;c.

tes dissimilitudinem rationis, vt notatur i dictis iuribus: securus autem est, quando dispositio continet quid valde odiosum. tunc enim non fit extensio ad alium casum ex identitate rationis, si in ea habeatur dictio taxativa: vt est text. iuncta sua not. gl. in d.l. 2 C. de pa. qui fil. dict. quæ vult, quod licet pater possit filium suum vendere ob necessitatem famis, non tamen poterit filium videret ob aliam causam, & hoc facit dictio taxativa, prohibens extensionem, posita in d.l. 2 ibi, in hoc tantum modo casu, & c. alias autem fieret extensio etiam constitutionis odiosæ ex identitate rationis, iuxta notata per Dy. in d. regula, in argumentum, & per Bar. in d.l. serui nomine, & per eundem in d.l. si constante, in 9. quæf. 1. partis principalis, & per Iac. de Beluis. & Bal. in noua lect. Albe. in d.l. fi. C. de interd. ma. qui ultra præmissa tangunt tertium membrum, uidelicet, quando lex continet fauorem, & odium simul, & distinguunt pulchrit. vt ibi per eos, & per Phil. Francum in d.c. constitutionem, & per Panor. in d.c. cum dilecta. Præmissa tamen intellige sanè, nisi extensio fiat per alias legem, quia illa semper fieri potest, etiā si in lege vel canone de cuius interpretatione

46 seu intellectu dubitatur, effet dictio taxativa: quia t p eam non censetur inducta correctio alterius legis, vt p batur in d.l. ob es, cum sua notabili glo. & in l. ita nobis pudor, cum ibi no. per gl. Cy. Ang. & Doct. C. ad l. Iul. de adul. & vult Bar. in d.l. serui nomine, & in d.l. 3. §. cū Titio, & in d.l. si constante, in 9. q. primæ partis principalis, & ibi etiam Ale. & Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clām: & dixi supra in primo casu principali. natura

47 t enim dictionis taxativa est, sic excludere penitus ex tranea, quod cuncta pertinentia ad rem includat: vt est tex. fin. in Cle. exiui de paradiso, §. cum autem, de verb. signif. Hinc est, q. similia, equipollētia, vel expressè alibi permisſa, non excludit: de quo dicam latius infra in loco à natura dictionū taxatiuarum, quod recurre. Si verò agitur de extensione fienda ad alias personas, tunc fac regulam, & dic, quod regulariter non debet fieri extensio, d. regula, quæ à iure, cum sua singulari glo. & d.c. nō foliū,

## LOCVS A RATIONE LEGIS,&amp;c. 475

foliū, & d.c. constitutione, cum sua notabili gl. & Cle. dudum, de sepul. & d.l. fi. C. de interd. matr. cū utrobiq; notatis per gl. & Doct. & per Phil. in d.c. constitutione. Sed ista regula fallit in tribus casibus. Primò, quando 48 agitur t de extensione fienda ad aliam personam, quæ secundum datam significationem potest comprehendē sub expresa, hoc probatur in l. senatus consulto. ff. de ritu nupt. & in l. filium habeo. ff. ad Maced. iuncta d.l. libe rorum. §. sed & Papyrius, & faciunt notata per Cy. in d. l. circa finem, C. quæ sit lon. consue. quem sequuntur Bal. & Pau. de Cast. in d.l. maximum vitium, & idē Bal. Pau. de Cast. & Io. de Imo. in rep. d. §. de viro, & Bar. in d.l. librorum, & Domin. & Philipp. Francus in d.c. 1. de temp. ord. libr. 6. vbi per hoc decidunt illam pul chram, & quotidianam quæstionem, statutum excludit filiam à successione paterna extante filio, an extendatur ad neptem vt sic illa excludatur extante filio, & conclu dit, quod sic: quia in est maior ratio exclusionis, & quod ammodo filia dici potest, & dixi supra in primo casu principali. Hinc etiam est, quod iura loquentia de militi bus armataz militizæ habent etiam locum in clericis, qui est miles coelestis militizæ, & in adiuvato, qui est miles iusticie: vt dicit gl. sing. in l. miles, in princ. & ibi Bar. ff. de re iud. & vult Io. de Imo. in rep. d. §. de viro, & dixi latè supra in loco à milite armataz militizæ ad militē co lestis militizæ, quod recurre. Et eadem ratione videtur, quod debeat fieri extensio de vna persona ad aliā, quæ secundum iuris interpretationem reputatur eadem cū expressa: ut est bonus text. in l. libertum, §. 1. ff. de ritu nupt. hæc tamen fallentia deber sanè intelligi, dummodo subsit eadē ratio, vt in exemplis præmissis: alias se cis, per gl. not. in d. Clem. 2. in verbo, in eisdem, quā sic intelligit Io. de Imo. in rep. d. §. de viro: illa glo. tamen habet aliū & ueriorē intellectū, ut dixi supra in primo casu principali. Item deber intelligi dicta fallentia t nī si dispositio sit ualde odiosa, quia tuc nō fit extensio ali quo modo: tex. est no. in arg. i l. patri. ff. ad l. Iul. de adul. & idem si modicum generaretur præjudicis, casu quo

non

non fiat extensio: quia tunc etiam non debet fieri exten-  
sio. l. sed & milites. §. i. ff. de excu. tut. iuncto eo qd no-  
tat Bar. in d. liberorum, declarando ut declarat Io. de  
Imo. in rep. in d. §. de viro. Et idem quando ius person-  
ale, vel ut ita loquar, priuilegium cōtra ius cōmune indu-  
cit, d. c. sanē, cum si. Et ergo priuilegium militum, ve-  
post sententiā adhuc exceptione peremptoria se tueri  
possint, de quo in l. i. C. de iur. & facti igno. non exten-  
dit ad militē cōcelestis milititę: & ita sing. decidit Bar. in  
prcal. l. in fi. & cōiter omnes alij ibidem, & Matheſin  
no. 162. & dixi suprā in loco à milite armata milititę ad  
militē cōcelestis milititę, in fin. quod tene m̄t̄ti. Secun-  
dō d. regula fallit † qn̄ sumus in fauorabilib⁹, quib⁹ iura  
fauēt propter publicanū auctoritatem, vel piā causam,  
aut aliam similem fauorablem causam: nam tunc potest  
fieri extensio, vt est tex. iuncta sua notabili gl. in d. lib.  
lud. in verbo, alia causa, & in l. fin. iuncta sua no. glo. in  
verbo. captiuorum illo eo. ti. & tex. iuncta gl. in d. l. si cō-  
stante, in prin. & ibi Bar. Alex. & Doct. & tex. iuncta gl.  
in l. 2. §. qd si patris, super verbo, sui iuris. ff. sol. matr.  
& tex. iuncta gloss. in d. l. miles, in princ. & in l. cetera;  
§. sed & si quis, & ibi Io. de Imo. not. ff. de lega. i. & hoc  
potissimum, quando non reperitur expreſſe regula in  
contrariū tradita, secundum Barto. & Io. de Imo. in l.  
in prin. ff. de quulg. & Io. de Im. in rep. d. §. de viro. Hinc  
est, q̄ bona est argumēta io à libertate ad piā causam  
ita quod dispositum in libertate, extendit ad piā cau-  
sam: vt dicunt Bar. & Io. de Imo. in l. proxime, in fi. ff. de  
his quæ in test. delē, & Doct. s̄p̄ alibi: Item ab alimen-  
tis ad doceā, ita quod dispositum in alimentis trahit  
& extendit ad causam dotis: vt dicit Bar. in l. cū de  
in rem verso, in prin. ff. de ysur. & in l. si certis annis. C.  
de pact. & de minore ad ecclesiā, adeo vt dispositum in  
minore, extendit ad ecclesiā, vt est glo. notab. in l. 3.  
C. quādo ex fact. tut. & bona glo. in §. item mixta, super  
verbo, in iudicium, Inſti. de acti. & à minoribus ad furio-  
sos, vt dicit gl. sing. in l. 2. C. de cu. furio. & vult loan. de  
Imo. in rep. d. §. de viro. De quib⁹ omnib⁹ & plurib⁹

alijs

alijs dixi satis plenē, suprā in loco à libertate ad piā cau-  
sam: & in pluribus locis sequentibus, qn̄ recurre. Hinc  
et post longā disputationē concludit singulariter Alex.  
de Imo. in l. si ex toto, in prin. ff. de lega. i. quod ille cui  
si concessa est immunitas à collectis, tenetur n̄ hinc mi-  
nus ad eas collectas, qn̄ imponitur ratione belli in per-  
uenientis, idq; o x ratione, l. iubens nullam, C. de facro.  
eccle. & extendēdo eam ad casum superuentientis belli  
propter fauorem publicum, quia de similibus ad similia  
fiat extensio ex identitate rationis, etiam in exorbitan-  
tibus à regulis iuris communis, quando agitur de fatio-  
re publico, secundum eū: qui ad hoc allegat multa ex iu-  
ribus suprā commemoratis, & optimē ad hoc facit glo.  
iustitia textui in l. i. C. vt nemini licet in emptione lpc  
cierum se excusare, libro ro. & notata p Bald. & Pau.  
de Caſtr. in d. l. iubemus, & idem vult Dy. ac plures alij  
in d. l. si ex toto, & Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de cen-  
sus. §. nunc dicēdum, circa finem. in addit. ma. in uers.  
est sciendū, & Cepola cautela 63. & Felin. in c. causam  
qn̄ de reſcript. quod tunc m̄t̄ti, quia habui in facto.  
Tertiō fallit dicta regula, quando † aliqua sunt commu-  
niter & generaliter equiparata, seu pārificata à iure, vel  
in eadem materia saltem in genere, nam tunc statutum  
in uno extēditur ad aliud gl. est no. in d. c: si quis seruo,  
& bona gl. in d. c. in d. l. qd uero contra, & faciunt no. p  
gl. in d. cap. si post quam, §. i. & §. fin. & prob. optimē in  
Auth. de nō eligen. ſecun. nupt. §. i. in uerſie, quia uero  
& §. colligentes, & vult nota. Ant. de But. in rep. d. c. fi.  
de confus. in 6. fal. ſecus, si aliqua ſolum reperiantur pa-  
rificata in certo caſu & non cōmuniter, ſicut ſunt ordi-  
nes mendicantes, qui à iure parifificantur quoad receptio  
nem alicuius ad profētionem d. cap. conſtitutionē, & d.  
c. non ſolum, non autem quoad d. Cle. dudum, & ergo  
d. Cl. dudum, loquens de fratribus Minoribus, & Prædi-  
catoribus, non est extendēda ad Carmelitas uel Augu-  
ſtiniſes, ut mult gl. in d. regnla, que à iure, & in d. c. cō-  
ſtitutionē, & Ioan. Baptista in repe. d. l. omnes populi, in  
10. Fal. Hodie in d. Cle. dudū, ē prorogata & extensa p  
Clemen-

## 478 LOCVS A RATIONE LEGIS,&amp;c.

Clementem quintum, ad Eremitas sancti Augusti, in & per Ioan. 22. ad Carmelitas, secundum Ioan. And. in d. c. constitutionem, in Nouel. Intellige tamen hanc sententiam sane, quando utrobique est eadem ratio; alias sequeretur, ut vult gl. notabilis in c. i. in verb. declaramus, ne clerici vel monachi, libr. 6. & gloss. in c. presenti, de sent. excom. eo. libro & gloss. in cap. licet canon, super verbo parochialis, de electio. eo. lib. & vult Philipp. Francus in d. cap. constitutionem, & in d. c. i. de tempo. ordinari. lib. 6. & Lanfran. post Anton. de But. loco predicto in repe. d. S. de uiro, in 5. conclusio. interpretationis extensio, ubi de hoc satis plene: quas fallentias cum suis declarationibus tene perpetuo menti, quia seruit ad infinita. De qua materia si liber uidere poteris latius per Ioan. de Imo. in repetitione d. S. de uiro, in 10. & 11. colum. & per Ludouic. Roman. in d. repet. Authentic. similiter, & p. Mathe. in d. suo lib. extensio. & per Alexan. de Im. in 1. centurio, post principium. ff. de uulgar. Nec premis obstat si dicatur, firma & uera est theoria quæ habet

§ 3. quod t̄ exceptio firmat regulam i casibus non exceptis, 1. nam quod liquidæ, §. f. ff. de penali. quæstum. §. denique, in fine. ff. de fun. instr. cum simi. Ergo extra casus exceptos standum est regulæ, & per consequens nō debet fieri extensio fallentiarum regulæ ex identitate rationis, quia dico, quod dicta theoria, exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, procedit, nisi casus non excepti sint similes exceptis & est pulcher tex. in d. c. si dilecta, & ibi hoc notat Panorm. & dixi satis ample si præ in loco ab exceptione ad regulam. faciunt notata p. Ioan. And. in d. c. si postquam, in Nouella, & quod dicat statim infra in tertio calu principali, & infra in loco à speciali. Illud aut̄ nolo te ignorare, quod t̄ qn̄ in lege, uel canone pluries exprimitur & reperi idem verbum, tunc de mente legis uel canonis exorbitantis uel poena lis est, p. non fiat extensio legis ad alium casum, quam ad nominatum in lege: licet materia de sui natura esse proportionabilis alijs, quia repetitio facit, quod hoc effatur seriosè sic expressum: de hoc est gl. singularis in Clem.

## LOCVS A RATIONE LEGIS,&amp;c. 479

Clemen. i. super uerbo, dicebas, de iur. patr. quam refert & sequitur Domin. in c. d. o. bus, super gl. in uerbo primo præsentauerit, de rescrip. lib. 6. per hoc dicit se consuluisse contra dominos de Rota in una ardua, & quotidiana q. & cum eo transit ibi Ph. Francus, & uide quod dicam infra in loco à ui gemitationis, & tantum de secundo casu principali, qui fuit de extensione fienda in exorbitantibus, qui est articulus pulcher, subtilis, utilis, & quotidianus. Tertio casu principali, quādo queritur de extensione fienda in poenalibus, licet prima facie uideatur extensionem non fiendam per regulam in poenis. & regulam, odia. de regu. iur. lib. 6. cum alijs iuri bus infra allega. in contrarium tamē uidetur tex. in c. 1. 6. sed quia natura, in titu. quæ fuit prim. cau. bene. amit. in usib. feud. & pro hoc alleg. glo. sing. in d. c. i. super uerbo. Italie, circa principium, ac temp. ord. li. 6. quæ uidetur uelle, quod quando t̄ eadem est ratio & penitus omnimoda similitudo, tunc licita est extensio in poenibus, nec dicitur tunc propriæ extensio uel ampliatio, sed potius inclusio propter identitatem rationis: ut dicit illa gl. fin. quæ nulli non est in ore. Vnde pro cordia multorum iurium & gl. quæ uidetur contraria, dicas conclusuē, excludendo primo casus dubitabiles, iuxta doctrinam Ioan. And. super data 6. lib. & in regula, cum sunt partium, & in regula, in malis, & in reg. quæ contra ius fiunt. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. quod in omnibus casibus in quibus dixi suprà fieri extensio nem in correctorijs, etiam licita est extensio in poenibus, cū magis strictè sit procedendum in correctorijs, quām in poenalibus, uel exorbitantibus, ut suprà dixi. In alijs autem distingue, quod aut agitur de poena eiunctanda, aut de poena ex extensione incurrenda. Primo § 6. calu fieri potest extensio, saltem ut iam factum excusatetur à poena, licet ante factum tutius fuisset abstinere, per id quod no. singu. Io. And. in d. c. nihil, super gl. licet fines, & faciunt not. per eundem, in c. significavit, super 1. gl. de Iudæis, & not. per eūdem, in c. statutum, super prima gl. de elect. lib. 6. in Nou. & no. per gl. in Clem. i. super

Super uerbo, presbyteri, de priu. sacerdoti enim ante factum aliquid consiluimus, contrarium cuius post factum tamen, secundū Ioan. And. Panor. & Doct. in c. mīli. & Ioan. And. in reg. cum quic̄ prohibetur, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. & eadem ratione dicēdū est, q̄ licta est extensio ad euitandum pœnam, qñ illud ad quod at extēsio sitbrogatur loco illius de quo loquitur dispositio. Et hinc est, quòd Clem. 2. de refcr. loquens de officiali episcopi, & permittēs, quòd ei possit delegari causa à sede apostolica, locum ēt habet in officiali capituli, sede uacante, & ad eum extēditur: quia, sede uacante, capitulū subrogatur loco episcopi, c. cū olim, de maior. & oboed. Ita no. dicit gl. singulāris in d. Clem. 2. super uerbo, episcopi, quā sequitur ibi Car. & DD. & Domin. & Phil. Fran. in d. c. 1. & Io. Bap. in d. rep. l. omnes populi, & Ant. de Butr. in rep. d. c. fin. in 11. fal. & Lanfranc. in rep. d. S. de uirō, in 11. conclusione interpretationis extensiæ, qđ commenda memoriar. quia per hanc extensionem evitatur nullitas processus inducta per cap. statutum, in principio iuncto fine, de rescriptis, libro sexto. Secundo casu † quando agitur de pœna incurrenda ex extensiōne, tunc subdistingue quia aut uerba sunt ambigua & dubia, & possunt se habere ad casum de quo queritur, & etiā ad aliū propter diuer. sām punctuationem, uel similem causam, aut sunt certa & clara. Primo casu ex identitate rationis fit extensiō, ita & taliter, quod lex uel canon intelligit generaliter in utroque casu: text. est not. cum sua singul. gl. in d. c. 1. in uerbo, clericū, & ibi hoc exp̄ se nūl. Domini. hoc tamē intellige esse uerum, si sit eadem ratio, & non subſit causa reſtrīgendi, alias ſecu. arg. c. ſi compromissarius, in ſ. reſtrīgitur, de elec. lib. 6. iuncto d. c. cum in cunctis. Verba enim dispositionis pœnalis non debent ita largē ſumī, ſicut poſſent ſecundum latam ſignificationem uerborū: ſed debet reſtrīgi ex quo ſubſit aliqua ratio ſeu æquitas reſtrīgendi, ut probatur in dictis iuribus ſimil iunctis, & uult ſing. Io. An. in d. reg. odia, in Mercu. quem refert, & ſequitur Pan. in d. c. cū in cūctis, in ſ. clericī ſanē, & DD. alijs

LOC. A RATIONE LEGIS, &c. 481  
 alijs ſepe locis. Circa quod uolo te ſcire, qñ lex pōt dupliciter punctuari, & uno modō p̄ſtūata decidit caſum dubium. alio autem modo punctuaria nō decidit caſum dubium, ſemper eft ita punctuanda, ut decidat caſum dubiu: † quia lex ſemper deber eſſe de caſu dubitabili, l. qđ Labeo. ff. de carbo. edi. l. 1. ff. ad munic. & c. cū in iure peritus, & ibi Pan. no. de elec. Ita not. dicit Io. Bap. in d. repe. l. omnes populi, & Roma. ſing. 7. 4. 3. in cip. dicit ſtatutum, & idem Ludo. in consilio 5. 0. 9. & eſt de mente glos. in d. cap. 1. in uerbo clericum, ſi bene pōderetur, quam Ludou. l. co ſupradicto reputat ſingu. Se 9. cundo caſu, quando uerba † ſunt certa, & clara, tune aut queritur, an fiat extensiō ex maioriſtate rationis, aut ex identitate. Primo cum aut maioriſtas rationis ſurgit ex ui dicta regulæ, cui licet, & tunc fieri potest extensiō, quia illa eſt extensiō paſſua, que fit per aliam legem, & ſemper eſt licta, vt dixi in alijs duobus principalibus caſibus, ergo hic non repetor. Aut maioriſtas rationis ſurgit aliudē, & tunc dic, vt dicā in eaſu ſequenti, quando agitur de extensiōne fienda in pœnaliſ. ex identitate rationis: quo caſu, coclude, quòd aut dispositio eſt pœnalis ſolum respectu nullitatis aſt. & non poterit fieri extensiō ut pœna locū habeat, licet benē fiat extensiō ut dispositio locū habeat: Ita ſing. dicit Io. And. in c. diſpendia, de reſcrip. lib. 6. in Nouel. ubi dicit, illū tex. q. loquitur in actionib. personalib. nō procedere i actionib. realibus, quatenus agitur de pœna: nullitatis aſtus: & hoc dictū reputat ſingulare i materia extensiōni. Panor. in d. c. fin. de reſcrip. qđ cōntenda memoriæ, quia ex hoc habes, qñ dīſpositio pœnalis ex identitate rationis benē extēditur respectu ſtatuti, hoc eſt, vt obſerueretur ipsum ſtatutum ſen dispositio in caſu ad quē facta eſt extensiō: ſed non quoad pœna, hoc eſt, ſi de facto dispositio nō eſt obſeruata, nō incurritur pœna: & hoc expreſſe ēt uult Io. de Imo. in rep. d. ſ. de ui. ro, in 13. colū. & ē ipsa ueritas, licet aliud uoluerit Phi. Frāc. & meo iudicio nō benē, in d. c. 1. in 2. 1. fal. Et ratio iſtius eſt, quia negari non pōt, quin cōſtituio tūc ſit ex.

482 LOC. A RATIONE LEGIS, &c.  
orbitans quatenus ipso iure annullat actum, ubi alias re-  
gulariter non annullatur: & ergo nil mitum, si non sit  
extensio quo ad poenam nullitatis actus, per ea que dixi supra in materia extensionis fiende in exorbitantibus. Istud tamen limite primo singulariter uerum, si uerba constitutionis poenalis ex lata significatione tra-  
hi possent ad casum, in quo cocurrunt paritas rationis, nā  
tunc sit extensio constitutionis poenalis, etiam quoad poenam nullitatis actus, glo. est de hoc sing. in c. f. super  
uerbo, electione, circa fin. de elect. lib. 6. que extendit il-  
lum textum poenalem loquentem de electione, ad pre-  
sentationem, nam sublata significatione electionis, con-  
tinetur etiam presentatio, cum presentans satis dicatur  
eligere eum, quem presentat, ca. querelam de elect. &  
uult not. Ant. de But. in repe. d. c. fin. in prima fal. & sic  
debent concordari illa duo dicta Io. An. que prima fa-  
cie uidentur contraria. Secundo tamen istud limite non pro-  
cedere, quando constitutio est emanata in fauorem ian-  
mæ, quia tunc censetur fauorabilis, & est extendenda.  
Ita singulariter dicit Io. An. in c. ex tenore, & ibi Pan. &  
Præpo. qui filii sunt legitimi. & Bar. & Doctor. in d. con-  
stitutione, sacrameta puberum, & Anto. de Butra. in rep.  
d. c. f. in 1. fal. & Felin. d. c. translato, circa fin. & Io. Bap.  
in rep. d. l. omnes populi, in 8. fal. & Domin. in d. c. pro  
humanitate, in uerbi facie, circa prin. & ibi est Phil. Franc. &  
DD. saepè alibi: ut dixi supra in primo casu principali.  
**Et** per hoc semel dixi in quaestione de facto occurrente  
quod d. ordinarij §. in conferendis, de offi. ord. li. 6. quod  
est poenale annullans collationem beneficii curati, digni-  
tatis, aut personatus, factum habenti plura similia bene-  
ficia curata: dignitates, aut personatus non uisa dispensa-  
tionem est si talis cui sit collatio, sufficientem dispensatio-  
nem habeat, quod tamen in dubio non presumitur, ut ibi est  
tex. sing. extendi debet ad collationem factam de canonicatu & præbenda, illi qui in eadē ecclesia in qua erat  
præbenda habebat decanatum & plebaniam, quorum  
utrumque habebat curam animarum annexam, quia licet  
d. c. ordinarij §. in conferendis, sit poenale annullans actu-  
tamen quia

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 483  
tamen quia emanauit in fauore animarum, c. dudum, 2. cum  
ibi non de lect. debet extendi per predicta. Per hoc etiam  
dixi in aliis, q. de facto occurrente, q. d. c. ordinarij §. in  
conferendis, quod loquitur in collatoribus, debet etiam  
habere locum in eligentibus ad dignitatem eius, qui plus  
plaue beneficia curata obtinebat, non uisa dispensatione, que  
in dubio non presumitur. vt ibi, & hoc quia d. constitutio  
concernit fauorem aiarum, licet sit poenalis annullans  
actus. Item per hoc etiam semel dixi, in q. tunc occur-  
rente, q. c. de multa, de præb. licet sit poenale, non loqua-  
tur de episcopatibus, sed de beneficijs curatis & digni-  
tibus inferioribus, locum est habere in pluribus episco-  
patibus, ita q. per adoptionem secundi episcopatus, cu  
effectu vacet primus. & ita reperio velle Pan. in c. bong,  
1. de postu. præla. & est de mente gl. & DD. in d. cap. de  
multa: licet in modo vacandi sit differentia, & ut in biha-  
betur, & in d. c. cu in cunctis, §. cum uero. Licet enim epi-  
scopatus non sit dignitas, sed dignitatum culmen, & er-  
go in eo uideatur requiri specialis nota, ut vult gl. sing.  
in cap. de præb. libr. 6. Idem tamen uel majoritas ra-  
tionis, concurrente fauore animæ, inducit hanc exten-  
sionem, maximè cum hoc fiat in correctorijs: ut patet ex  
his que dixi supra in primo casu princ. quod est not. di-  
gnum & memoriae commendandum. Circa istud tamen uo-  
lo te scire, q. poena nullitatis actus tamen non est propriæ poe-  
na, cum non sit diminutio patrimonij uel iuris iam que-  
siti: Ita non dicit Io. An. in d. c. f. de elec. lib. 6. in Nouella,  
super d. gl. in uerbo, electione, & idem Io. And. in d.  
regula, odia, in Mercur. & hoc etiam sentit glo. sing. in c.  
2. super uerbo, dispendijs, de constit. de quo uide satis  
late p. Felin. in a. c. in nomine, circa princ. de testi. Et hinc  
est, q. iura dicentia constitutionem poenale non ligare  
probabiliter ignorantes, d. c. 2. cum sic procedunt in poe-  
na extrinseca: fecis in poena nullitatis actus. Ita notabi-  
liter dicit Pau. de Lazaris in proœmio Clem. in uerbo  
decet, & est gl. sing. in Clem. 2. in uerbo, ex nunc, in  
si. de hereticis. In contrarium tamè, quod scilicet anul-  
latio actus sit poena, est gloss. sing. in cap. decet, super  
H h 2 uerbo,

484 LOCVS A RATIONE LEGIS, &c.  
uerbo, processus, de immunit. eccl. lib. 6. sed d. duas glo-  
ssas concorda, prout eas concordat Car. Anton. de Bu-  
trio, Joan. de Imo. & Panor. in dicto cap. 2. & Barto. in  
dicta l. non dubium, ad quos remissie sufficiat. Aut igi-  
tur de alia poena, & tunc subdistingue, aut est poena  
non mera, sicut est poena expeniarum, quæ est poe-  
na respectu soluentis, non autem respectu recipientis;  
aut est mera poena etiam respectu recipientis. Primo ca-  
su potest fieri extensio ex identitate rationis pro hoc ad  
dico gl. notabilem, in d. Cle. 1. super uerbo, presidetes,  
circa finem, & vult Phil. Francus, in d. c. l. in 2. falletia,  
& Io. de Imo. in repe. d. S. de viro, quod maximè pro-  
cedit secundum eum, quando casus expressus ideo fuit ex  
pressus, quia sic communiter contingebat, ut patet ex  
glo. p̄xal. quæ vulgo allegatur pro singulari ad hoc, q̄  
q̄n̄ lex uel canon loquitur in aliquo casu ratione frequen-  
tioris usus, quia scilicet magis frequenter solitum est ita fe-  
ri: tūc per hoc lex uel canon n̄ negat, quin idē sit in alio  
casu omisso, habente eādem rationem: & ita eam ponde-  
rare Ant. de But. Car. & Io. de Imo. Censetur enim tunc  
talis casus expressus: gratia exempli secundum Car. &  
alios ibidem: & hāc theoreticam firmat etiā Ias. in Auth. ex testamento; in 8: col. C. de colla. ubi allegat alias glo-  
ssas iuris civilis, ad quem recurre. Secundo casu, quando  
63 † agitur de mera poena, ut quia est poena etiam re-  
spectu recipientis, tunc fac regulā, quod constitutio poe-  
nalis non extendit ad alium casum, etiam si sit eadem  
ratio & omnimoda similitudo, nec etiam ex maiestate  
rationis, quando majoritas rationis non surgit ex uero  
etate regulæ, cui licet, per ea quæ no. Cy. in d. l. 1. circa fi-  
C. quæ sit lon. cōs. & per ea quæ no. Io. And. in d. regu-  
odia, maximè in prima ratione primæ partis, iuncta so-  
lutione questiōis. & bene fac tex. in d. reg. in penit. &  
in d. regula, odia, & in l. si p̄ses, & in l. interpretatione  
ff. de pœ. & de poen. dist. 1. S. poenæ, & l. cū quidam ff. de  
libe. & posthum. & quod notat gloss. in d. S. item mixta,  
& quod habetur in d. c. statutū, de elect. lib. 6. & in d. c.  
1. ne cler. uel monac. eo. lib. in Clé. 1. de reb. eccl. nō ali-  
benē

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 485  
bene facit etiam d. l. f. C. de interd. mat. & uulgata gl. in  
d. c. l. in uerbo Italiae, licet illa gl. consuevit per aliquos  
allegari in oppositum, ut tetigi suprà in principio istius  
tertii casus principolis: sed reuera d. gl. ibi finaliter de-  
cidit oppositum, & ita etiam sentit ibi Io. And. seipsum  
declarans in Nouella, & hanc regulā firmant ibi Domi-  
Phi. Fran. & alij. & Io. de Imo. in rep. d. S. de viro, in 14.  
col. Hęc regula tamen fallit in pluribus casibus. Primo  
enim fallit, quādo extensio nō fit ad alias personas, sed  
ad alium casum omnino similem, & in quo est eadē ra-  
tio uel maior, inter easdem tamē personas, gl. est de hoc  
sing. in Cl. 2. in uerbo, lineum, de uit. & ho. cle. quam ad  
hoc ponderat Io. de Imo. in rep. d. S. de viro. pro qua gl.  
etiam facit, quia alias si teneremus oppositum eius, qđ  
ibi dicit glo. lequeretur absurdum, uidelicet q̄ clericus  
portans infulam sericam minus puniretur, q̄ portans li-  
neam, quod uidetur absurdum: ideo non mirum si fiat  
extensio, arg. d. l. scire oportet, S. aliud, cūm hoc fiat in  
correctorijs. ut dixi suprà in primo casu principali. Et no-  
tanter dixi suprà, fieri extensionem in poenalibus inter  
easdē personas ad casum omnino similem, nam secus  
est si casus non est omnino similis, quia tunc non fit  
extensio salte ex identitate rationis, per ea quæ not. Io.  
An. in d. reg. odia, in Mer. ubi disputādo tener, q̄ poena  
d. c. cū in cunctis: qđ loquitur in eligētibus episcopī illi  
terat uel criminosum, nō debet extendi ad eligentes bī  
gamum, licet in eo uideatur eadē ratio uel maior, ut ip-  
se tangit in prima ratione primæ partis, quod est singu-  
lare & memorie commendandum: & firmat Io. de Imo.  
in repe. d. S. de viro, & Docto. sep̄ alibi. Nec præmis-  
sis † obstat illud, qđ habetur i d. S. sed quia natura, ubi  
tex. uidetur uelle, q̄ indistincte fienda est extensio ex  
identitate uel maiestate rationis in cōsuetudinibus uel  
statutis poenalibus, quem tex. Bald. ibi dicit esse meliore  
de iure, quia ad hoc responderet Io. de Imo. loco p̄redi-  
cto notabiliter tribus modis. Primo, q̄ ille tex. nō plus  
probat, q̄ quod fiat extensio in poenalibus ad casum om-  
nino similem, iater easdē tamē personas, quod nō rep̄

H h 3 gnat.

486 LOCVS A RATIONE LEGIS, &c.  
gnat fallētia supradicta, & sic etiā posset intelligi qđ dicit gl. arguēdo in d.c. i. in uestro, Italiæ. Secundo, qđ ille textus debet intelligi, put loquitur i materia quodāmodo extensibili, pp pluralitatē casuum in quibus eadē pœna imponitur, quia tunc mens iuris sit, quod alij casus idem non ex primuntur. quis de facili enumerari nō possunt, arg. d.l. non possunt, nō autem quia uelit diuersum esse in alijs casibus non expressis: nam multi casus ibi exprimuntur, in quibus eadem pœna locum habet: & ita aperē sentit ibi Præp. dum dicit, qđ materia priuationis seu di propter delictum usallii est arbitaria, dummodo arbitrium iudicis ueretur ad similes causas uel maiores ex hæreditationis, reuocationis, donationis, uel diuortij, & idem clare sentit ipse Præpo. i c. si capitanei, in primis qui mo. seu amit. in usib. feu. Tertiō dicit posse respondere, qđ ibi non agitur de mera pœna, quia ibi agitur de amissione feudi, & deciditur qđ debet reuerti ad dominum directum qui recipit suum, & sic non est mera pœna quoad eum, & propterea non est mirum, si facilius ibi fiat extensio ex identitate uel maioritate rationis, qđ ubi agitur de mera pœna, ut loquitur d. regula: quas solutiones tene menti pro intellectu d. S. sed qui ualde uidetur obstat prima facie, sed in ueritate non obstat, ut patet ex præmissis. Secundò d. regula fallit, qđ alias, nī

65 si fieret + extensio, dispositio posset de facili reddi illuforia. de hoc est tex. iūncta sua notab glo. in d.c. quāquā in fin. quæ illud quod ibi dicitur in tex. de testamento manifestorum usurarū, extendit ad codicillos, & donationes cā mortis, nam alias de facili posset illudi dispositio d.c. quāq, nō faciendo testamentum, sed codicilos uel donationem cā mortis, & ita uult Feli. in d.c. translato, circa fi. pro hoc ēt faciūt notata per Pau. de Leaz. in d. Cle. i. de sepul. ubi illud quod est ibi dispositu de sepelientibus manifestos usurarios in cimiterijs, extendit ad sepelientes in ecclesijs, quia eadem est rō & major. nā ibi non fit extensio ad alias personas, sed inter eas dēm ad casum ualde similem, ad quem si non fieret extensio, resultaret absurdum, quia minus puniretur peccans

cans

LOCVS A RATIONE LEGIS, &c. 486  
cas in ecclesia, quā in cimiterio, & de facili posset dispositio reddi illuforia, sepeliendo usurarios non in cimiterijs, sed in ecclesia, idēc nī mirum, si ibi fiat extensio, pro quo optime facit d.c. sic iuitas. Imo plus uult gl. in d. Cle. i. super uestro, sepelire. in fi. quōd etiam facie da est extensio constitutionis pœnalis ad alias personas, quando alias, nisi fieret extensio, dispositio posset de facili reddi illuforia, quod est singulatim notandum. 66 quicquid dicat ibi Cardi. Tertiō fallit d. regula, t̄ quādo agitur de extensione fienda in communiter & equiparatis à iure in materia de qua agitur, per ea quæ habentur & notantur in d.c. si postquam. S. i. & S. fin. & maximē per Io. And. in Nou. ubi notabiliter dicit, qđ obiectio que fieri potest de c. ad audientiam, de deciuolente qđ attendi debet uerba dispositionis, quia si legislator idē voluisse in casu nō expresso, quod uoluit in expresso, bene expressisset, &c. locum habet in his, quæ non sunt expressa, nec pro expressis habita, id est, in dissimilibus, & in quib. non est penitus eadem ratiō, & pro hac fallētia faciunt notata per gl. Bal Ang. & Doct. in d.l. quod uero contra, & istud expressè uult glo. not. in d.c. de multa, in uestro, ecclesia, & ibi Pan. Io. de Imo. & Phi. Fran. in d.c. i. in 2. limit. & Ant. de But. in rep. d.c. fi. de consuet. in 6. fal. & Io. Bap. in rep. d.l. omnes populi, in 10. fal. Quarto fallit d. regula, si fiat extensio in his quæ possunt sublata significatione compræhendi, vel ex iuris interpretatione, arg. d.l. senatusc. & d.l. liberum, S. i. iuncta l. pen. C. de interd. mat. hoc tamen intellige, ut suprā dixi, nisi sub sit ratio restringendi. item nisi pœna effet ualde odiofa, quia tunc non fieret extensio d.l. patri, & uult Ioā. de Imo. in repet. d. S. de uirō, i 16. col. Quintō fallit dicta regula, nisi noua constitutio pœnalis si interpretans uel declarans, nam tunc extenditur ad exterritum sub lege interpretata comprehensum. Et ergo si lex noua interpretas antiquā loquatur solum in uno casu, extenditur tamen ad omnes casus sub lege interpretata inclusos. Ita notabiliter dicit Ioā. An. in d.c. dispensia, super uestro, quæstiones, in Nou. & est gl. ual

Hh 4 de no

**3. LOC. A RATIONE LEGIS, &c.**  
notabilis in Cle. statutum, super verb. confuerintem  
de elec. & glo. in ca. quæ contra, super verb. facta, dec.  
lext. lib. 6. & est tex. notab. in Auth. de filiis ante dotalia  
instrumen. natis, circa fin. & ibi Bar. hoc notar. & Bal. in  
Authentica habita. C. ne filius pro patre. & volunt Do-  
min. & Philip. Fran. in d.c. 1. & Ant. de But. iu repetitio  
ne d.c. fin. in 14. fal. & Io. Baptista i repetitione d.l. om-  
nes populi, in 18. fal. & Lanfrancus in repetitione d.s.  
de uiro, in 13. cōclusione interpretationis extensiꝫ.  
**4. Circa quod volo te incidēter scire quinq; pulchra quo**  
tidie in praxi occurrentia. Primum est, t̄ quod si in fine  
alicuius legis, canonis, uel statuti pœnalis, fiat aliqua ad-  
ditio, tunc pena apposita in princip. videtur repetita in  
ali adiunctione, ex quo enim adiicitur vide pars illius  
statuti. Ut puta cum dicatur i fine alicuius legis vel cano-  
nis, adiicientes, &c. vel huic insuper adiiciamus sanctio-  
ni, vel hæc verba, idē iudicium esse volumus, &c. gl. est  
de hoc notabilis ind. c. de multa, super verbo, ecclæsia. &  
ibi eam sequitur Pan. & communiter DD. & idem vult  
Card. & reputat sing. no. in d. Cle. statutum, in 3. oppos.  
& ita teneas quicquid dicat gl. in d. Cle. in verb. sanctio-  
ni, quæ communiter reprobatur, de hoc articulo tamen  
vide latius per Antoninm Corsetum in fingu. suo 20.  
Secundū est, quod constitutio antiqui iurius declarato-  
ria non habet locū, nisi in casibus in quibus locū habet  
ius antiquum, de hoc est gl. not. in c. si cui, & ibi hoc fir-  
mant Domin. & Phi. Fran. de elec. lib. 6. Tertiū est, q̄  
vbi lex vel statutū emanat ad supplēdū aliam legē uel  
statutū, non habet locū, nisi in casibus in quibus  
loquitur statutum suppletum, sicut dicimus de lege in  
terpretante & interpretata. Ita subtiliter notat Domi-  
n. in cap. vtcirca, ex gl. super verbo, appellari. de elec. lib.  
6. Quartum est, quod vbi lex veniens ad interpretatio-  
nem alterius legis extendit ipsam dispositionem vel le-  
gem, per hoc tamen non videtur extendere pœnam le-  
gis interpretant, nisi id exprimat. gl. est no. in lege si. ff.  
de in ius voc. quam ad hoc not. Anton. de Butrio in re-  
pet. d.c. fin. de consuet. Quintū est, quod vbi lex impo-  
nit pœ-

**LOCVS A RATIONE LEGIS, &c.** 483  
nit pœnam super certo facto prohibito, & postea ab illa  
prohibitione excipit unum casum sub certa limitatione  
pena apposita super facto, extenditur etiam ad casum  
exceptum si forma seu limitatio non seruatur, gloss. est  
de hoc singularis in cap. unico, super uerbo, necessario,  
& ibi eam commendant Dominic. & Philippus Fran-  
cus, de postulat. prælat. lib. 6. Sextū fallit dicta regula,  
quando t̄ constitutio pœnalis contineret fauorem ec-  
clesiarum, quia tunc debet largo modo interpretari, &  
extendi ad aliud casum ex identitate rationis. Ita dicit  
glo. no. in d.c. sciat cuncti, super uerbo, alios, & ibi hoc  
firmant Domin. & Phi. Francus, & idem Domin. & Phi.  
Franc. in d.c. 1. & Ang. multū singulariter in d.s. item  
mixta: mō plus singulariter vult gl. in d.c. sciant cuncti,  
uidelicet quod quando constitutio pro parte est fauorā  
bilis, & pro parte odiosa, tunc attenditur id super quo  
principaliter intendit prouidere, & ex hoc iudicatur fa-  
uorabilis uel odiosa, & si id super quo intendit principa-  
liter prouidere est fauorable, constitutio extenditur,  
quod reputant ibi Dom. & Philip. Francus ualde nota.  
& idem vult gl. notab. in l. 2. C. de in ius vocan: & ibi de  
hoc habetur pulchrè per Iasonem & Doct. & est de mé-  
te Bar. & aliorum in d. Aut. sacramenta, & de méte eius-  
dem Bar. in l. si quis nec causam, ff. si cer. pet. & in l. qui  
exceptionem, ff. de cond. indeb. & habetur pulchrè per  
Petr. de Anch. in d. rep. c. canonum statuta, in 14. q. prin.  
ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Septimū fal-  
lit dicta regula, quando constitutio emanauit in fauore  
animæ, & quia de hoc satis plenè dixi supra in primo ca-  
su principali, & èt in isto tertio casu principali, idcirco  
hic nō repeto. Vnum tamē adiiciendum decreui, q̄ quia  
tibicunque agitur de obseruatione iuramenti, cōstitutio  
est fauorabilis & extendenda, q̄a censemur emanata in  
fauore animæ, ut supra dixi, sequitur q̄ èt fidē promis-  
sionem uiolâs priuari pōt̄ beneficio, sicut periuirus, gl. est de  
hoc no. in c. si. ne prælati uices suas. Aequè enim puniū-  
tur transgressores fidei & iuramenti ut dicit gl. in c. con-  
stitutus, de transac. sunt enim æquipollentia t̄ fidei  
præstatio

præstatio, & iuramentum, ut dicit glo. nota. in cap. 2. de sponsa & probatur in c. ad aures, quod met. c. & in c. 1. de sepul. lib. 6. cum s. & ita p. longam disputationem firmat Pan. in cap. quærelam, de iure iur. & ibi per hanc rationem, & quandam aliam, de qua faciam mentionem infra. hoc sequitur Æneas de Falco. in additionibus ad Pan. quod nota, quia est quotidianum, & habui de fabrica de iure iurand. in 7. quæstione, & per Alexand. in leg. si quis maior, in fin. Codice de transact. Octauo fallit dicta regula, quando in statuto uel constitutione pœnali est apposita clausula, ut procedatur de similibus ad similia. Ita not. vult Bal. in l. 3. quam legit. cum l. 3. C. de legib. & idem Bal. in d.l. omnes populi, & Ioan. Bap. hoc referens dicit illud esse notabilissimum, & memoria dignum, hoc etiam vult Phil. Francus in d.c. 1. in 20. fallentia, pro quo allego tex. in d. S. sed quia natura: ubi meo iudicio de hoc est casus, ut suprà memini. Non fallit d. regula in habentibus se ut præambula ad certū actum, ut sunt electio, postulatio, præsentatio, & collatio quæ omnia tendunt ad finem prouidendi ecclesiæ uacāti: nam tunc ex identitate rationis dispositum in uno ex tenditur ad alterum, gl. est de hoc sing. in c. 1. in fine, de postu. prælate, & ibi eam multum exclamat Panor. pot. nens hanc regulam, t̄ quod ubique extrema sic se habent, quod vno peruenitur ad reliquum vel ad eadem finem, tunc etiam in materia pœnali, & restringibili sit extensio, ita q. dispositum in uno habet locum in re liquo: & idem uolunt Domin. & Phil. Francus in d.c. 1. & Ant. de Butr. in repetitione d.c. fin. in 8. fal. & Io. Bap. in repetitio. d.l. omnes populi, in 14. fal. Hoc tñ est limitandum uerum, quando uerba constitutionis pœnali id patetur, aliás secūs: per glo. singularem in Cle. vnicā, super uerbo, contrahere, de consang. & affi. quæ uult, q. licet prohibito matrimonio, censentur prohibita sponsalia, l. oratio, ff. de sponsalib. Attamen poena impo- sita contrahenti scienter matrimonium in gradu consan- guinitatis uel affinitatis prohibito, de qua ibi non exten- ditur

ditur ad contrahentem scienter sponsalia in gradu prohibito: & idem teneri ibi Card. & alij Doct. & Panor. in d.c. 1. de post. prælat. Decimo fallit dicta regula, quando constitutio pœnalis loquitur certo casu in plurali: nam extenditur ut etiam locum habeat in singulari: Et ergo si per statutum puniatur producens falsos testes, tale ita tutum etiam locum habebit in producente vnu falso testem: Ita not. dicit Bar. in l. 3. S. negotia, ff. de neg. gest. & uolunt Domin. & Phil. Franc. in d. cap. 1. & Ioan. Bap. ista in repetitione d.l. omnes populi, in 14. fal. & Ant. de Butr. in repetitio. d.c. fin. in 9. fal. circa quod uide quod dicam infra in loco à vi numeri. Undecimo fallit d. regula, quando fieret extensio ad casum, sine quo dispositio non sortiretur effectum, ita dicit notab. Bar. in d. 1. n. on dubium, & idem Bart. in repetitione d.l. omnes populi, & ibi Io. Bap. & Dominic. & Philipp. Francus in d. c. 1. & Anto. de Butr. in repetitione d.c. fin. in 16. fal. & Lanfran. in d. rep. S. de uiro, in 10. conclusione interpretationis extensiæ, pro quo optimè facit l. 2. ff. de iuris d. omnium iudi. & l. si stipulatus fuero per te non fieri, ff. 71 de uerb. obli. Duodecimo fallit d. regula, quando t̄ lex pœnalis emanavit in fauorem reipublicæ: nam tunc p. pot. extendi ex identitate rationis, etiam ad aliam personam. Et ergo cum ad fauorem Reipublicæ pertineat maleficia puniri, ut pacata sit prouincia, l. congruit, ff. de offic. præl. & tura inter improbos innocētia, d.c. erit at lex, p. p. na statuti punientis committentem maleficium, puniatur etiam fieri faciens seu mandans. Ita fin. dicit Barto. sul. quemadmodum, C. de agricolis, & censitis, lib. 11. & idem Bar. in l. 2. S. exercitus, ff. de his qui notantur infamia; & idem Bar. in d.l. si constante, in 9. q. primæ partis principalis, & idem Bartol. in l. si quis in graui, S. vtrum, ff. ad Sylleia. & exclamat Roma. in confi. 105. inci. in Chri sti, & c. uiso themate, &c. & gloriat de hoc. Pau. de Cast. in conf. suo 23. inci. viso puncto, in 2. col. in antiquis, & idem Pa. de Cast. in l. bona fides, ubi pulchrè loquitur, ff. depositi. & Lanfrancus in rep. d. S. de uiro, in 21. cōclusio ne interpretationis extensiæ: & Ias. in d.l. nō dubit: & Dominic.

Dominic. in d.c. pro humani uersi. sacri. post principis,  
& Feli. in d.cap. translato, circa fin. & habetur pulchre  
de hoc per Bal. in rep. d.l. omnes populi, & latè per Pa-  
nor. in c. mulieres, de senten. excomini. & per Ant. Cor-  
se. in singulari suo 100. & latissimè per Sali. in l.n. id est  
minus, C. de accus. & ibi èt aliquid per Cy. & exquisitè per  
Alciatuni paradoxorum lib. s. c. 9. Decimotertio fallit.

72 regula, quando t̄ dispositio penalis disponit super cer-  
to actu: nam si talis actus iteratur plures, & eadem ratio  
subsit in actibus iteratis, extenditur constitutio ad actus  
iteratos in alia persona, glossa est de hoc notabilis iunctio  
tex. in c. si electio, super uerbo, aliam, in princ. de electio.  
lib. 6. iunctio c. ne pro defectu, eod. titu. in antiquis: & uo-  
lunt. Domin. & Philip. Francus in d.c. & Anto. de Butr.  
in rep. d.c. fin. 9. fal. Decimoquarto fallit dicta regula in  
casibus conueris, si sunt paris rationis. Vnde si lex nel-  
canon loquitur de ultra montano propter longitudinem  
itineris, curia existente in Italia, habebit etiam locum  
in Italico citra montano, curia existente ultra montes,  
quando eadem subest ratio: Ita not. uolunt Gui. & Gar-  
fias in c. auaritiae, de elect. li. 6. & Host. & Pan. in d.c. ni-  
hil, de quo tamen uide ibi latius per alias, & per glos. &  
Domin. in d.c. i. in uerbo, Italiae, per Anto. de Butr. in  
repe. d.c. fin. 15. fal. & pro hac fallentia adduco bonam  
gl. in c. ut commissi, in uerb. procedendi, de haer. li. 6. De  
cimoquinto fallit d. regula, ubi cunque extensio sit per  
aliam legem, quia illa fieri potest etiam si in lege esset di-  
ctio taxativa, ut probatur in d.l. ob x̄s, iuncta glo. & in  
d.l. ita nobis pudor, cum ibi notatis per glo. Cyn. & Do-  
cto. & faciunt not. per Barto. in d.l. si constaute, in 7. &  
9. quæstio. primæ partis principalis, & notata per eu-  
dem in d.l. serui nomine, & in d.l. i. S. i. ff. quod ui aut  
clam, & vult. Ioan. de Imo. in repe. d. S. de uiro, & Doct.  
sæpè alibi. Decimosexto fallit dicta regula in correlati-  
73 uis: nam lex t̄ penalis loquens in uno ex correlatiis, ex-  
tenditur ad reliquum: Ita notabiliter uult Bal. in d.l. fi.  
C. de indicta viduita, & in prexal. fin. ff. de acceptilatio.  
& Lanfrancus in repetitione, d. S. de uiro, in 3. conclusio-

ne interpretationis extensis, & dixi sup. in primo casu  
principalis: & in loco à correlatiis, quare hic non repe-  
to. Quibus adde, quod lex quantumcunque penalit, &  
per consequens odiola, & restringenda, loquens in mari-  
to, in his que ab eo transeunt ad uxorem extenditur ad  
uxorem, tex. est nota. in l.t. & ibi Bal. & Paul. de Castr.  
not. C. de in ius uoc. ubi haberetur, q̄ libertus facies in ius  
uocari uxorem patroni, non impetrata uenia agendi, in-  
cidit in pena 50. aur. sicut si ipsum patronum in ius no-  
petita uenia uocasset. Extra aut̄ dictos casus stat regula,  
74 t̄ q̄ in merè penalibus ubi poena imponitur ipso iure,  
non est sienda extensio ex identitate rōnis: & multo mi-  
nus, si non sit eadē rō, ut in d.l. fi. C. de interd. ma. scdm  
verum intellectum, quem ibi tetigit Iac. de Bel. quod te  
ne menti. Quid autem iuris sit, si pena non sit imposta  
ipso iure per legem, sed ueniat imponenda per senten-  
tiā iudicis: quia non est materia nostra, uide per Io. de  
Imo. in repe. d. S. de uiro, ubi repertus de hoc per eum  
satis plenē post alios per eum relatōs: eūi adde notata  
per gl. singularem Pet. de Anch. Domin. & Philip. Fran.  
& Io. And. in Nou. in d.c. si compromissarius. S. fi. & not.  
per Io. An. in regula, nemo potest ad impossibile, de reg.  
iur. lib. 6. in Mercu. & not. per glo. & Doct. in l. hodiē, ff.  
de penis, & in l. quid ergo, S. pena grauior, ff. de his qui  
no. infa. & il. si seuerior, C. ex quib. cau. in fa. irrog. & no-  
tata per Panor. Fely. & Can. in c. ex literis, de constit. Il-  
lud autem nolo te ignorare, quod ubi t̄ poena imponi-  
tur ipso iure propter aliquod delictum commissum, ne-  
dum sit stricta interpretatio in penalibus, ut scilicet poe-  
na locum non habeant in casibus non expressis: sed triā  
sit stricta interpretatio, ne tam latè sumantur uerba, q̄  
sumi possit significatio uerborum, quando subest aliqua  
ratio vel æquitas restringendi, d. cap. si compromissarius  
S. restringitur, & dixi supra. Et quod fortius est, ubi poe-  
na imponitur ipso iure propter delictum commissum,  
nunquam est locus illi pñae nisi delictum illud sit con-  
summatum, quantuncunque fuerit inchoatum, licet  
poterit extraordinariè puniri, quia delictum inchoa-  
uit

494 LOCVS A RATIONE LEGIS,&c.  
uit: hoc probatur in d. cap. cum in cunctis, §. clerici sanè, iuncto cap. perpetuè, eod. titul. libr. 6. & uult singulariter Io. And. in d. regula, in poenis, in Mercu. quemque fert, & sequitur Pan. in d. §. clerici sanè, & Ludoc. Roma. in confi. 42 7. incip. in proposito casu: & faciunt nos, per omnes in l. is, qui cum telo, C. ad l. Cor. de sicut, qd memorie est comméandandum. Et tantum de tertio casu principali, qui fuit de extensione fienda in pœnibl. qui est articulus pulcher, subtilis, utilis, & quotidiana.

76. nus. Quarto casu principali, quando agitur † de extensione fienda in non correctorijs, nec exorbitantibus, nec pœnibl. conclude, qd licita est extensio ex idéitate rōnis, per d.l. non posunt, cum l. seq. & l. iura non in singulis, cum ibi nota per gl. & DD. ff. de legib. & perid quod habetur in d.c. translato, & in d.c. 2. de transla. epi. Vbi cunque enim est eadem ratio, ibi debet esse idem ius, & eadem iuris dispositio, l. illud, ff. ad l. Aquil. & l. à Tito, ff. de uerb. obligat. cum sim. & multò fortius sit extēsio hoc casu, quando ratio est expressa in lege, & est amplerior seu generalior dicto seu disposito, iuribus suprà in principio huius loci allegatis. Sed circa istud cadit pulphrum, & subtile dubium. Quid si sit dubium, an recur-

77. ri † debeat ad simile legis, an uero ad simile cōsuetudinis, ut quia occurrit casus non determinatus à lege, nec à consuetudine, sed reperitur simile legis, & etiā simile consuetudinis, ad quod istorū erit recurrēdum? In quo articulo pulchro, subtilis, & quotidiano licet multa reperiantur scripta per gl. & Doct. in d.l. de quib⁹, & in d.c. fi. de consue. ubi hæc materia tractatur: tñ cōiter concluditur, qd si casus occurrentis est de materia consuetudinis recurrentum est ad simile consuetudinis: si uero casus occurrentis est de materia legis, recurrentum est ad simile legis: si autem materia est indifferens, recurrentum est ad aliud simile quod est rōnabile: si autem utrumque est rōnabile, recurrentum est ad simile legis. Exemplum primi, lex dicit monachos succedere parētib⁹, l. Deo nobis, C. de epi. & cle. cū si. in feudo aut fecus est per consuetudinem feudorū, ut in c. qui clericus, si de feu. sue rit cōtrou-

LOCVS A RATIONE LEGIS,&c. 495  
in usib. seu. non habemus aut legem neque consuetudinem expressam de canonico regulari ut vocant, & quaestio occurrentis est, an ille canonicus regularis succedat patri in feudo: & dicendum est, quod non, quia consuetudo quæ excludit monachum a successione feudi, habet optimam rationem: quia servire non pot. domino directo, & quæ militat in regulari canonico: ergo secundum simile consuetudinis indicabitur, ex quo ille casus occurrentis de quo queritur, est de materia consuetudinis, puta successionis in feudo. De hoc tamen, an monachus uel mo nasterium ex persona ipsius succederet possit in feudo, nec ne, & quando succedere potest, & qui non, uide per Legist. in l. quisquis, C. de episc. & cler. & Io. An. Pan. Fel. & Can. in c. in præsentia, de prob. & per Hoftiens. in sua aurea summa in titul. de immi. eccl. §. in quantum, in ueritulo, sed nec illa, & per Iacob. in lib. feud. in illis uerbis, & quibuscumque hereditib⁹, & plenissimè per Praepo. in titu. qui feu. dare possit. in §. & quia uidimus, ubi hunc articulum pulchrum, & quotidianum latissimè, & profundissimè examinant. Exemplum secundi, lex dicit, vt prædicti monachos succederent parentibus, consuetudo at contrarium disponit in feudis: de causone aut regulari non habemus legem, neque consuetudinem expressam: & quaestio nunc occurrentis est, an canonicus regularis, succedat patri in bonis non feudalib⁹ sed allodialib⁹: & dicendum est quod sic, nā ex quo sumus in materia iuris scripti, puta successionis in bonis nō feudalibus, indicandum erit sim simile legis, & sic similitudo canonici regularis ad monachū trahitur ad ius scriptum in bonis allodialib⁹. vt in illis nō succedat, & ad ius consuetudinarium in feudalibus, ut in illis non succedat. Ita cape aliud exemplum, si in uēditione sit deceptio ultra dimidiū iuli pretij, ad petitionē uenditoris sic decepti, rescinditur contractus, uel cogitur emperor supplere iulum pretium, uulgata l. 2. C. de res. uen. & c. cum dilecti, & c. cum cām, de empt. & uen. & hoc ius habet in se magnā exquitatem: Pone modō, consuetudinem contrarium disponere, quando uafallus vendit feudum dño,

496 LOCVS A RATIONE LEGIS,&c.  
ut scilicet propter deceptionem ultra dimidiū iusti pretij non fiat rescissio contractus vel suppletio iusti precij, hoc est habet æquitatem: quia dominus dedit vasallum gratiosè feudum, unde uidetur contra fieri gratia domino per vasallum, propter obligationem naturalem, quia tenetur ad antidotum, si uero non remunerandi. Sicut Papinianus, ff. mandati, & l. sed & si lege, §. consulfuit, ff. de peti. ha. Pone modò, aliquem locasse dominum suum, & in locatione ultra dimidiū iusti pretij, fuisse deceptum, quomodo iudicabitur hoc casu? an secundum simile legis, an secundum simile consuetudinis? & certe si ille locauit domino rem feudalem, iudicabitur secundum simile consuetudinis, si uero locauit aliam rem alodialē, iudicabitur secundum simile iuris scripti: ex quo primo casu sumus in materia consuetudinis, & secundo casu in materia iuris scripti. Item cape aliud exemplum quotidianum, nos habemus legē scriptam disponentem, q. in incrementum alluvionis accrescit usufructuario, l. item si fundi, §. huic uicinus tractatus est, ff. de usufructu. Itē habemus ius consuetudinariū feudorum, disponsans, qd̄ quod accrescit per alluvionem feudi, non accrescit vasallo, secundum distinctionem quam ponit tex. in c. t. si quis de manso, & seq. & ibi pulchre per Aluz. & alios, si de inuest. feu. controuer. fue. Occurrit nunc casus, qui non est decisus, de emphyteuta perpetuo: & queritur an incrementum alluvionis sibi acquiratur, & sic an attendimus simile legis scriptae de usufructuario, an simile iuris consuetudinarij de vasallo: & certe quia sumus in materia iuris scripti, attendendum erit simile iuris scripti: & dicemus, quod incrementum alluvionis accrescit emphyteutæ sicut usufructuario. Ita uult glo. sing. in d. l. de quibus, & ibi Bar. in rep. & post eum Ang. & Ias. ibi dem, & Ant. de But. in rep. d. c. fin. de consuetud. & Sal. in l. i. C. de iure emphyt. & Io. Bap. de sancto Seuerino, in rep. cap. i. de feudi cognit. & est communis opinio in praxi seruanda, quod memori teneas mente, quia est quotidianum. Exemplum tertij, in uenitione sit rescissio contractus vel suppletio iusti precij ob deceptionem

ultra

LOCVS A RATIONE LEGIS,&c. 497  
ultra dimidiū iusti precij, & hoc habet æquitatem, ut suprà dixi: Sed pone consuetudinem in loco contrariū disponentē: Item pone ibi quendā locassē domū suam alteri & fuisse deceptum ultradimidiū iusti precij, isto casu quo iudicabitur? & certe iudicabitur secundū simile legis, cum lex sit fundata super æquitate, & consuetudo sit cōtra æquitatē, unde nō est trahenda extra suos terminos, d. leg. qd̄ uero cōtra, illud autē certum est, q. vbi 78 pō est consuetudo contraria, statutū in uēditione trahitur ad locationē, vt volūt D.D. i. d.l. 2. & Iō. An. & alij, in d. c. cū dilecti, & est gl. sing. in l. si ea pactione, in f. C. de usur. Imō qd̄ plus est, d. l. 2. C. de rēsc. uend. habet lo- cū in omnibus contractibus bonæ fidei. vt est tex. iuncta gl. C. comm. utriusq; iud. & ibi hoc exp̄resē volūt Bar. Bal. & D.D. & Ias. i. d.l. de quibus, quod cōmēda memo ria, quia seruit ad mulca. Exemplū quarti, in vēditione sit rescissio cōtractus suppletio iusti precij ob deceiptio nem ultra dimidiū iusti precij, & habet summā æquitatē, vt sepius suprà dixi, modò pone, q. consuetudo in loco habet, q. propter minus iustum precium, etiam si interuenit deceiptio ultra dimidiū iusti precij, nō fiat rescissio cōtractus uenitio, nec cōpellatur emp̄tor ad supplendū iustū preciū, quādo uēditio facta est p. maio rē 30. annis quia hoc casu consuetudo non attendit deceptionem, deinde pone, q. in loco consuetudinis quidam 31. anno locauit domū suam alteri, & deceptus fuit ultra dimidiū iusti pretij, isto casu quo iudicabitur? & certe iudicabitur secundū simile legis, & habebit locum remedium d.l. 2. licet utrumq; simile in suo casu sit rationabile, & rō istius est, quia si consuetudo est cōtra legem, restringenda est, & ratio legis amplianda, d. l. quod uero cōtra: si uero consuetudo est præter legem adhuc recipiendum est id qd̄ est magis extensibile: est enim similitudo idem quod extensio, d.l. non possunt, & c. inter cæteras, de rescri. sed lex uenit ex cōfensiū ex pīlo, cōsuetudo aut ex tacito, d.l. de quib. expressum aut extensibilis est quā tacitū, ut est tex. pulcher, in l. pē. ff. in qui. cau. pig. ta. contra. & in l. precibus, C. de impub.

Ii & no.

498 LOCVS A RATIONE LEGIS.&c.  
& no. per gl. Pan. & DD. i.c. quod à te, de cler. coniug.  
& in Aut. ingressi, C. de sacr. eccl. & habetur per Paul.  
de Ca in consl. 27. in antiqu. inci. in Christi nomine, Amé  
super appellatione, &c. ergo potius recipiendum & am  
pleteendum est simile legis, quia consuetudo solum il  
lud sustulit, quod sibi usurpauit: nam hæc est uera regi

79 la in consuetudinibus & prescriptionib. t tantum pre  
scriptum uel usurpatum, quantum possessum & usura  
tum, & non plus, c. dilecto, de offi. Archi. c. cum olim, de  
prescr. & l. i. §. Julianus. i. ff. de iti. a. & tuq; pri. & ibi hoc  
not. gl. in uerbo, qu. adusq; quam Bar. ibi, in §. si quis  
hoc interdicto, dicit semper no. & per eam decidit plu  
res notabiles. q. sed consuetudo non usurpauit sibi simi  
le legis, ergo illud manet ut prius: sicut ergo correctio  
prioris legis facta per legem posteriorem non extendi  
tur regulariter, ut dixi, satis plene supra in primo casu  
principali, in materia extēsionis fiende in correctorijs  
ita ét non debet extēdi correctio q. facit consuetudo,  
sed debet restringi ad casum suum. Ita not. uolunt  
Bar. Ang. & Ias. in d.l. de quibus, & Jo. And. & Ant. de  
But. in rep. d.c. fi. de consl. & DD. sc̄p̄ alibi: quod tene  
menti, & uide quod dicam, infra in loco à contrario sen  
so su. in 4. q. Et de hac + materia interpretationis exten  
siuæ pulchra, subtili, & quotidiana, si placet uidere po  
teris latius per Bar. & Ale. in d.l. si constante, in 7. & 9.  
q. i. par. princ. & per Bar. in rep. d.l. omnes populi, in 6.  
q. princ. & ibi late per Ioan. Baptistam, in repetitione,  
per Cyn. Barto. Bal. & Doctor. in d.l. non dubium. per  
Barto. in l. i. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunciat. & per  
Barto. in l. pretor. §. est differentia. ff. de vi bon. raptor.  
per Cyn. Bal. & Doctor. in d.l. i. C. que sit long. consue  
tudo, p. Jacobū de Bel. Bald. & Albericū, in d.l. fina. C.  
de interdicto matrimonio, & per Bald. in l. C. de inter  
dictis, per Dyn. in d. regula, in argumentū, de regulis iu  
ris, libr. 6. & per gloss. Dominici, Philippū Francum, &  
Doctor. in dicto capitu. primo de tépo. ordin. li. 6. & pul  
chrè p. Matheſi. in libello extēsionū. & magistraliter p  
Ioā. de Imo. i. repetitione d.l. si verò. §. d. uero, & p. eun  
demin

LOCVS A RATIO NE LEGIS.&c. 499  
dem in dicta Clemens. i. de rescrip. & in d. Clemens. i.  
de elect. q. per eundem Ioan. de Imo. Domini. & Phil.  
Francum, in d.c. constitutio, & aliquid per eundem Io  
an. de Imo. in d.l. 2. §. fina. ff. de donatio. pulcher etiam  
per Roma. in repetitione d. Authen. similiter, & aliquid  
per eundem in repetitione d.l. si uero. §. de uero, licet  
specifice hanc materiam interpretationis extensiō  
non attingat, per glo. Bar. Bal. Pau. de Cast. Ias. & Doct.  
in d. Authen. quas actiones, pulcher per Sali. in rep. d.  
l. 2. C. de noxalibus actio, per Fel. ind. c. translato, per  
Panorm. in d.c. nihil, in d.c. de multa, in d.c. translatō,  
in d.c. fin. de rescript. & in d.c. ad audientiam, de deci  
per Io. An. in d. regula, odia, in d. regula, in pœnis, & in  
regula, pro posseſſore, de reg. in libro. 6. in Merc. &  
in d.c. nihil, & in d.c. dispendia. in Nouel. & per eundem  
in addit. ad Spec. in tit. de actio. & petitio. in §. pen. in  
addi. que incipit Auctor, per Alb. de Rosate, in 1. parte  
statutori, q. 9. p. Bal. & alios, & in d.l. de quib. & exactis  
fime per Ant. de But. in rep. d.c. fi. de cōſu. & pulchre p  
Lanfrancū, in repetitione d. §. de uero, in materia inter  
pretationis extensiō: & latissime per Pet. de Anch. in  
sing. sua repet. d.c. canonū statuta, in 4. & 14. q. princip.  
per Bal. in d.l. 2. C. de pat. qui fi. distr. & in d.l. qđ uero  
in d.l. non possunt, & in d.l. ita nobis pudor. per Paulū  
de Caſtr. in d.l. neque leges, & per eūdem in consl. 338.  
incip. presens casus, & in consl. 23. inci. viso puncto, &c.  
in antiquis, & per Oldra. in consl. 189. incip. factum ta  
le est, de consuetudine ecclesiæ, &c. & per eundem in  
consl. 185. incipien. thema tale est, Titus. canonicus,  
&c. & per Ang. de Are. in d. §. ius autem ciuile, quorum  
vigilæ non erant tacendæ. In quibus locis perspicue  
uidebis lector, quam subtilis, profunda, utilis, & pericu  
loſa sit hec materia interpretationis extensiō, & quam  
varie gl. & Doct. senserint in ea.

#### LOCVS A CESSATIONE RATIONIS.

1. Argumentum à cessatione rationis forte, & uile.

2. Cessante ratione legis, cessat lex, uel dispositio.

3. Correcta ratione legis, censetur coræcta lex.

**500 LOC. A CESSATIONE RATIONIS.**

- 4 Regula, cessante causa cessat effectus, limitatur tripliciter, & numero seq;
- 5 Causa que dicitur finalis, & que impulsiva.

**N**unc subiectemus locum à cessatione \* rationis, à quo sumptum argumentum † est forte, frequens, & utile: tex. est not. in l. quod dictum. ff. de pactis, & in c. cum cessante, de appella. cum sim. Et isto arguento utitur Bart. in l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio, & Ric. Malum. ut refert Bart. in 1. confi. Digest. in §. hæc autem. & Ioā. de Plat. in l. unic. C. de sag. hos. non preb. lib. 12. & Ro. in rep. Auth. similiter, C. ad leg. Falc. & idem Lud. in rep. l. si uero. §. de iuro, in 32. fal. ff. sol. mat. & Old. in cons. 6. incip. quod litera exectoria, & Ioan. An. in regula, non debet aliquis, & in regula, non est in mora, & in regula, non est sine culpa, & super data de reg. iur. lib. 6. in Mercu. & Sal. in l. 3. C. de iniur. & pet. de Anch. in consi. 11. & Io. Cal. in cōs. 21. & Mathe. in not. 157. & Panor. in disput. incip. stante statuto, & DD. sape alibi. Et formatur uno modo, sic, Cessat te rōne legis, & cessat lex uel dispositio, d.l. quod dictū, & Iadigere, §. quamuis, ff. de iur. pat. Et istud procedit generaliter, siue hoc contingat ex eo, quod ratio legis cessat in casu de quo cit quæstio, nam nuptie tunc cessat dispositio, d.l. 1. §. huius rei, d.l. quod dicunt, & d.l. adi gere, §. quamuis, & Lc. in pater. §. dulcissimis, ff. de lega., cum si. siue hoc proueniat ex eo, quod ratio legis est correcta, nam correcta † rōne legis, censetur et̄ correcta ipsa lex: ut ex tex. cum gl. in l. 1. in prin. in uerb. prouidentia, & ibi Bar. & DD. not. ff. de leg. tu. & tex. in Au then. ingressi, in fi. iuncta l. generali, C. de fac. eccl. & ibi habetur pulchre de hoc per Sal. & per Io. de Im. in l. 2. §. ff. de do. & per eundē Io. de Imo. in rep. d.l. si uero. §. de iuro, ubi reputat d. gl. sing. & per Bal. in l. 1. ff. sol. matr. & ibi Alex. et̄ reputat d. gl., p singulari, & quo dixi satis amplè suprà loco proximo, in 1. casu princ. ubi recurre. Secundò argumētū ex hoc loco p̄tformari aliter sic, Cessate cā cessat effectus, d.c. cū cessate, &c. & si Xps 4 de iurei. cū infinitis si. Sed istud recipit tres notabiles limitatio-

**LOC. A CESSATIONE RATIONIS. 501**

nes. Primò, ut procedat, qñ causa est finalis: secus si sit impulsiva tantum, quia tunc cessante, cā, non cessat effe ctus seu dispositio, l. 1. §. sexum, ff. de postu, & d.l. 2. §. fi. & habetur plenē de hoc per Cano. maximē per Anto. de But. in c. post translationē, de renun. & per gloss. & Doct. in c. cupientes, in prin. super verbo, periculosis, de elect. lib. 6. Hoc tamen restringe, & intellige, ut dicam infra in loco à contrario sensu. Si autem uis scire, quo cognoscitur, q̄ † ratio seu causa posita in aliqualege seu canone, est impulsiva uel finalis, uide Bal. in l. generaliter, C. de epi. & cler. & Bar. in extrauaganti, ad reprimē dum, in uerbo, nec ex corum absentia, in titu. quo modo in criminē laesæ maiestatis procedatur, & Præpo. in d.c. cum cessante, & Ias. in Aut. quas actiones, C. de sacros. eccl. qui uolunt, quod tunc ratio est impulsiva, quando decisio est generalior, quām sit ratio: si autem econtrā ratio est generalior decisione, uel æquè generalis, tunc est finalis, & non impulsiva, & in dubio causa præsumi tur potius impulsiva, quām finalis, d.l. 2. §. fi. & ibi hoc uult gl. & Cy. in regula, decet, de reg. iur. lib. 6. de hoc tñ uide plenius per Bar. Io. de Imo. & Legist. in d.l. 2. §. fi. ubi etiam Io. de Imo. declarat ex quibus colligitur causa seu ratio finalis legis uel canonis, quem omnino uide a hinc etiam recte dicit gloss. & post eam Bar. in l. si cum exceptione, §. post annum, ff. quod metus causa, q̄ illa dicitur bona, & necessaria ratio, qua sublata, tollitur dictū: & qua posita, ponitur dictum: qđ etiam sentit Alber. de Ro. in Aut. ex cā, c. de li. præt. & Ant. de But. in d.c. post translationē, ubi plura alia bona dicit. Secundò istud limitatur uerū, qñ unica duntaxat est cā seu rō finalis: secūs, si sint plures, quarum quælibet per se sufficit, tunc n. vna cessante non cessat dispositio, sed firma remanet, tex. est in §. affinitatis, & in §. socrum, insti. de nupt. & pulcher tex. in l. si non lex Aelia Sentia, & ibi Bald. & expressius Io. de Im. ff. de ha. insti. & tex. cum gl. in l. si uentri, §. in bonis, ff. de priuili. cred. & uult Io. de Im. in rep. d.l. si ue rō, §. de iuro, in 4. col. & vide qđ dicā infra in loco à contraria sc̄la. Tertiò istud limitatur uerū, qñ cessat cā seu rō

562 LOCUS A RATIONE LEGIS, &c.  
finalis, & nullæ remanet reliquæ: alias secus, l. unius, §. seruus, ff. de quæstio. l. f. ff. de decur. & l. 2. & 3. ff. rerum amot. & ibi not. per Dy. & Alb. & magistraliter per eum dem Dy. in d. regula, decet, & ibi etiam per Io. Andri. Merc. & per Bar. & alios in d. l. 2. ff. Quæ omnia commenda memoriaz tanquam pulchra, utilia, & quotidiana.

### LOCUS A LEGE CESSANTE.

ADD. 3  
\*Cessans.  
te. Cessan  
tis lege,  
cessat e  
ius ratio  
l. si uero,  
§. de ui  
ro. ff. sol.  
matrimo.  
Quando  
queram  
lege sib  
ata du  
ras eius  
rō, glo. in  
c. nouit,  
de iud. in  
antiq. &  
ibi Pan  
per l. eas  
obligatio  
nes, ff. de  
capi. di  
min. P.  
Prat.

I Erubescimus sine lege loqui.  
2 Lex est omne quod ratione consistit: & ratio naturalis est qua  
siq uædam lex tacita.

Virtus legum in inductione, & applicatione consistit.  
Ocurrunt nunc locus a lege cessante, \* cuius meminimus Bal. in l. conuenticula, C. de epis. & cler. & idem Bal. in suo diuino, ut uocant, consilio felicitatis, & posito in Rubrica, C. si quis aliquem testari prohibuerit, circa præc. & eo vtitur Io. And. in reg. sine culpa, de reg. iur. lib. 6. in Merc. dicens hunc esse bonū modū arguēdi, & q. hic sit bonus modus arguendi, firmat glossa in extravaganti, antiquæ concertationi, de uoto, & voti redem. Et formatur hoc modo. tibi cessat lex, erubescimus loqui, §. consideremus, in Aut. de triente, & semis. l. si uero, §. de uiro, ff. sol. mat. l. si seruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hære. c. Obertus, de feu. cogn. l. dissentiētis, ibi, nulla præcipit iuris constitutio: & ibi Alb. notat, C. de repu. l. certa forma, C. de iure fisci, lib. 10. c. is qui, ibi, cū non sit expressum in iure, de senten. excommuni. lib. 6. & pulcher tex. in §. cūm igitur, ibi, nec quelibet est lex tale ali quid dicens, in Aut. de non eligen. secun. nub. mulieres, colla. 1. & in c. iam nūc 28. q. 1. cum utrobiq; notatis. Cōsuevit ēt ad hoc allegari Lilla, C. de colla, sed nihil facit, quia illa fuerunt uerba nepotum, & sic allegatio uel narratio partis: ex quibus uerbis narratiui, nō p̄t ualide sumi argumentum, ut dicam latè infra loco proximo. Ex isto instruuntur aduocati in modo allegandi: nam si aduersarius dicat aliquid debere fieri de iure, potest dicere aduocatus, doce, quia hoc nulla lege cauerat: nā ut dicit

LOCUS A RATIONE LEGIS, &c. 563  
dicit Bal. in c. nihil, circa fi. de elect. quod lege non caetur, in practica non habetur, & paria sunt, aliqua fieri ne lege, & contra legem: secundum eundem Bal. in c. in Genesi, circa fi. eo. ti. Hinc etiam glo. in l. sed licet, ff. de offi. presid. arguit scholares allegantes glo. in defectu legum: Ridiculū enim est allegare glo. ubi tex. habetur, & ibi dicit Bald. q. mala practica non est seruanda. Hinc ēt dicit Archidiaconus in cap. nolite timere, 11. q. 3. q. nō tenemur credere alicui etiam magno, nisi dictum suum proberet per aut h. scripturam: per illum tex. ubi hoc bene probatur: pro quo etiam est tex. notabilis, & memoriae comendandus in c. ergo solis, in fin. 9. dist. Vbi autē ad unum propositum seruunt plures leges vulgares, sufficit allegare vnam, secundum Bar. in l. scire oportet, §. fin. ff. de excusat. tuto. & Card. in Clem. sūpē, in 6. oppositione, de uerb. fig. Hoc tamen uolo te scire, quod ille non loquitur sine lege, qui allegat rationem: t quia lex est omne quod ratione consistit: ut uult glo. in c. cōsuetudo, 1. dist. & gl. in c. ex eo, super verbo rationis, de electio. lib. 6. & uult Sali. in d. l. illam, & Pan. in c. secundō requiris, de appell. ratio. n. naturalis est, quasi quædā lex tacita, l. cum rō, in prin. ff. de bon. dam. c. rō, de præben. & c. fi. de transa. & est bonus tex. in Cle. 1. de elect. per quem tex. dicunt ibi Genzelinus, & Card. q. sufficit inducere rationem, etiam non inducto aliquo textu, uel glossa, uel alia auctoritate alicuius doctoris: & est tex. optimus in d. l. scire oportet, §. sufficit, ibi, ex ipsa naturali iustitia per quem tex. dicit ibi Bal. q. sufficit allegare naturalem rōnē, licet non allegetur lex, reputans hoc nō dignum: & circa hoc multa cumulātur per Fel. in c. tua nos, de iure iur. quæ omittit. Hinc etiam notab. dicunt Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. 1. de cōst. quod in non determinatis à iure, iudex habet sequi rationem naturalem, quæ tunc est pro lege, secundum eos. Ille ergo qui allegat rationem naturalem, uel qui legem aut canonem subtiliter inducit ad propositū, non p̄t dici loqui sine lege: quia virtus legum consistit in inductione, & applicatione, l. non solū, §. qui primipilū: & ibi illū tex. ad hoc

**504 LOC. A LEGE CESSANTE.**

not. Bal. ff. de excu. tu. & idem Bal. in l. athletas, §. ait p̄t̄or, ff. de in fa. & idem Bal. in rep. l. petens, C. de paci. & Roma, sing. 740. Scire enim leges, non est uerba earum tenere, sed uim & potestatem, l. scire leges, ff. de legi. & hinc dicit tex. not. in c. Marchion, i. q. i. quod euangelium non constituit in uerbis scripturarum, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Hinc etiam est, quod licet allegare auctoritatem maiorum pro definitione, & decisione dubij, ubi deficit lex: secundum Ang. in l. si idem, in princ. per illi tex. ff. de iu. om. iu. & est gl. uulg. in l mulier bona, p̄t̄. ff. de iu. do. quam tamen limita, & declara ut notabiliter per Sali. in l. fi. C. de repud. & facit, l. si pater, ff. de solu. & l. septimo mense, ff. de sta. ho. Hinc etiam licitum est allegare dicta Poetarum, ubi iuri non contradicunt, c. quemadmodum, & ibi Pan. notat, de iure iur. & l. in tantum, §. fin. cum l. seq. ff. de rer. diuin. & uolunt Doct. in l. i. ff. si cer. pet. Hinc etiam loco iurium allegari possunt uulgata proverbia, cap. & si Iudeos, & ibi Io. Andr. not. de Iudeis, c. nihil, & c. nec tales, de consecra. diff. s. l. solent, circa fin. ff. de offi. procon. & legal. l. si chorus, §. i. ff. de legat. 3. & dicto capitulo quemadmodum, cum similib. Inest enim in his proverbijs, nativa quedam, & genuina uis ueritatisimò querere rationem uel auctioritatem, ubi habemus sensum, est infirmitas seu debilitas intellectus: ut post Aristotelem, & Auerroim dicit Bal. in Rubri. ff. de rer. diui. circa fi. & idem Bal. in l. i. C. qui accu. non pos. & idem Bal. in l. fi. C. de execu. rei iud. & Ang. in conf. 275. incipiente, thema super quo consilii petitur tale est, circa fin. & Docto. frequenter alibi: uerum quia lege firmius nihil esse potest, danda est opera, ut legem adiutricem, & testem semper habeamus, teste Cirone in Topicis, ad finē: & illic Boeti⁹. Text⁹. n. legis aut canonis, est locupletissimus testis, ubi clarè decidit id, ad qđ inducit: imo id de quo constat, uel à contrario sensu legis uel canonis duntaxat, apertissime constare uidetur: tex. est meo iudicio singularis in l. si quis locuples, in fi. ff. de manu. testa. quem sic intelligit Bart.

in

**LOC. A CONTRARIO SENSV. 505**

in rep. l. omnes populi, in 6. q. princ. in uersi. iuxta prædicta quero, ff. de iust. & iur. quod commenda memoriz, & uide quod dicam infra loco proximo, & loco ab auctoritate.

**LOCVS A CONTRARIO SENSV.**

- 1 Argumentum à contrario sensu procedit etiam si uerba legis essent conditionalia.
- 2 Argumentum à contrario sensu uel ex mente legis.
- 3 Argumentum à contrario sensu etiam habet locum in regulis cancellarie apostolice.
- 4 Argumentum à contrario sensu quando procedat, vel non, cū multis in seq.
- 5 Argumentum à contrario sensu regulariter habet locum in verbis legis, uel canonis, sed patitur nouem fallentias, curio nu. seq. v. que ad nn. 2. 1.
- 6 Correctio iure non inducitur per repetitiones, subanditiones, veltacitos intellectus.
- 7 Ex uerbis narratiuis legis uel canonis quando licet arguere.
- 8 Modus in dispositione adiectus fauore ecclésie, uel p̄ia causæ tamē est efficacie, ut impediatur alienationem.
- 9 Causa impulsuā quomodo cognoscatur a finali, remissiūne.
- 10 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in statutis, nn. 2. 3. & 24.
- 11 Regula, quod casus omisſus a statuto relinquitur dispositionis iuris communis, quomodo limitetur.
- 12 Argumentum a contrario sensu an locum habeat in p̄t̄is, cōtractibus, seu uerbis contrahentium.
- 13 Verba mere conditionalia non disponuntur.
- 14 Dictionis, nisi, vis & efficacia.
- 15 Argumentum à contrario sensu an habeat locum in feudiis, uel uerbis inuestiture, cum nu. seq.
- 16 Ius accrescendi an habeat locum in feudiis.
- 17 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in consuetis dimib⁹. feudalibus.
- 18 Causa feudales quomodo sint decidende.
- 19 Argumentum à contrario sensu an habeat locum in rescriptis, seu uerbis rescripti.

Argu-

## 406 LOC. A CONTRARIO SENSU.

- 33 Argumento a contrario sensu an habeat locum in priuilegiis.  
 34 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in sententiis, aut iuribus sententiarum.  
 35 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in laudo, arbitrio, seu arbitriamento.  
 36 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in mandatis.  
 37 Mandatum per dictiōnēm conditiōnālēm, si, de eo quod tacitē inest, non facit mandatum conditiōnāle, & quomodo intelligatur.  
*Expresso eorum quae tacitē in sunt, nihil operatur.*  
 38 Conditio tacita impeditorum & natūritatiē actionis, & obligatiōnis sicut conditiō expresa.  
 39 Argumentum a contrario sensu an habet locum in dictis, seu depositionibus testium.  
 40 Testis de falso non punitur, qui in accessorijs mētitur, si in principali verax testimoniū.  
 41 Argumentum a contrario sensu an habeat locum in ultimis voluntatiibus.  
 42 Glossa est maxime auctoritatis, ubi dicitur textus.  
 43 Communem optionem quando sequi debeamus,

**O**ffert se nunc locus à contrario sensu legis vel canonis, à quo sumptum argumentum est fortissimum, frequens, & utilissimum, l. 1. §. huius rei, ff. de offi. eius cui mand. est iuri. l. qui test. 2. §. mulier. ff. de testam. ca. cum apostolica, in fine, de his quae fiunt à præ. fine consen. capit. & c. cum virum, de regularib. cum; infinitissim. quae enumerare magis esset laboriosum, quam subtile. Quod procedit t̄ etiam si uerba legis vel canonis essent conditionalia, ut uolunt Pe. Cy. & Bal. in lege conuenticula, C. de epis. & cle. & Bal. & Pau. de Cas. in d.l. qui testamento. §. mulier, & Alex. de Imo. in d. §. huius rei, per illum text. non violando eum, licet gl. ibi aliud sentiat, & non benè. Nec mirum, si argumentum à contrario sensu sit fortissimum, quia dicitur mens legis, canonis, vel statuti, ut est gloss. no. dicta l. qui testamento. §. mulier, quae dicit sensum contrarium pro lege accipi, ita quod

## LOC. A CONTRARIO SENSU. 507

 consti. lib. 6. Sed in uerbis iuris communis habet locū  
 argumentum à contrario sensu, ut suprā latè declarauit,  
 33 ergo, &c. Quinto quero t̄ an argumentum a contrario  
 sensu habeat locum in priuilegiis? & dicendū est q̄ ratio  
 gl. est notab. iuncta tex. in d.c. licet, in prin. & ibi eam se  
 quitur Phil. Francus & multum cōmendat. & ratio istius  
 potest esse, quia priuilegia dicuntur quasi priuatae leges,  
 c. priuilegia, 3. dist. Cū ergo priuilegia regulariter sint  
 contra ius commune, & tendant ad derogandum iuri cō  
 munī, debent strictissimè intelligi in terminis suis, ut nō  
 extendantur in fauorem priuilegiati, & per consequens  
 in eis non potest sumi argumentum à contrario sensu ad  
 illum effectum: & de isto est tex. no. lunctis ibidem nō  
 per lo. And. Card. & DD. in c. cum in partibus, de verb.  
 sign. & multò minus potest sumi argumentum à contra-  
 rio sensu in priuilegiis ad praējudicandum tertio, & hoc  
 firmat Soci. in cons. 2. 5. 6. 2. vol. incip. eleganter. & subtili-  
 34. Sexto quarto, an argumentum t̄ à contrario sensu ha-  
 beat locum in sententiis, aut uerbis sententiarū? & dicen-  
 dum est sic: tex. est not. in l. Pomponius. in §. sed is q.,  
 in f. ff. de procur. & in l. si inter me & te, ff. de excep. rei  
 indic. & uult Ant. Corset. in sing. 3. & Doct. frequenter  
 35 alibi. Septimō quero, tan argumentū à contrario sensu  
 habeat locum in laudo seu arbitrio, uel arbitramento? &  
 credo quod sic, & ita reperio uelle Bald. in consi. 1. 4. 2. se  
 cidi uolum. incip. quidam dominus Pasinus, vbi pulchrā,  
 36 & quotidianam dēc̄dit q. Octauō quero tan argumen-  
 tum à contrario sensu habeat locū in mandatis? & dicen-  
 dum est q̄ sic, tex. est no. in l. eum qui duobus, §. filiusfa-  
 milias, scđm primam lecturam gl. & ibi hoc notant Bar.  
 Ang. lo. de Imo. & Doct. ff. de acquir. h̄er. Hoc tñ debet  
 limitari uerum, ut procedat, quando uerba mandauit  
 mandatū conditionale, ut quia mandatur id quod  
 tacite non inerat, ut in casu d. §. filiusfamilias. Et potest  
 ponii aliud exemplum quotidianum, ut si Papa manda-  
 uit alicui provideri de beneficio, si constituerit eū esse le-

LOC. A CON RATO SENSU. 531  
de pac. & de plurib. aliis casib. in quib. cōueniūt, & diffe-  
runt tacitum & expressum, uide quod dixi latè suprà  
39 loco ab expresso ad tacitum. Nonò quero, an targumea-  
rum à contrario sensu habeat locum in dictis seu deposi-  
tionib. testimoniis, & dicendum est qd nō, ut ex hoc dicta te-  
stium annullentur, uel testis de falso puniatur: tex. est no  
in c. quod dicitur, de uerb. fig. iunctis ibidem notatis per  
An. de But. & Pan. qui notab. dicunt, qd si testis super ho-  
micide articulato interrogatus deponat hoc modo: An  
requam Titius hodiē venit ad prandium, filius eius occi-  
dit Sempronium, licet per alios testes probetur, Titium  
illo die ad prandium non uenisse, nihilominus stabitur  
40 dicto testis, nec ille reddeatur falsus: nec debet tibi puniri  
testis de falso, quando in principali uerum dicit; licet in  
accessoriis dicat contra ueritatem. Ita notab. uolunt Spe.  
& Io. An. in ti. de teste. S. i. in uerb. item quod addit de  
suo, vbi lo. And. dicit hoc accidisse in persona sua. Cui co-  
sonat sing. DD. Iac. Butr. in l. Lucius, ff. de inf. quam ibi  
refert & multum commendat Ange. quæ habet, qd ad hoc  
ut testis dicatur falso deponere ad effectum, ut pena  
falsi puniatur, est necessarium, qd falsum deponat super  
facto principali: Si autem super appendicis, uel accesso-  
riis, puta an sit consanguineus, uel de parochia, mentia-  
tur: non debet puniri pena falsi, sed extra ordinem poe-  
na stellionatus, quod commenda memoria, quia est quo  
41 tidianum. Decimò quero, fan argumentum à contrario  
sensu habeat locum in ultimis uoluntatibus in quo arti-  
culo pulchro, subtili, & quotidiano dicendi est, qd sic, étsi  
dispō ultimæ uoluntatis sit conditionalis. tex. est in l. si le-  
gatum, in prin. ff. de adm. leg. & in l. qd purè, in prin. ff.  
qñ dies. legal. ce. & in l. aliquñ. in s. ff. de cond. & dem. &  
in d.l. Lucius, ultima, ff. de hæred. inst. quem textum ad  
hoc ponderat Corse. in fin. 4. Sed istud patitur nonnullas  
singulares limitationes. Primo enim hoc limitatur nō qd  
cedere in uerbis ultimæ uoluntatis conditionalibus, qd  
de institutione, vel substitutione ageretur. Exempli gratia:  
Titius instituit Sempronium hæredem, & subiunxit, si  
decesserit hæres institutus sine liberis, Caïu substituo de

532 LOC. A CONTRARIO SENSU. cedit Titius testator, & deinde Sempronius heres intitutus relicitis liberis, & sic excluditur Caius substitutus sed dubitatur de liberis Sempronij, an illi censeantur substituti, ita ut ueniant ex testamento Titij, an uero ueniant & succedant patri Sempronio ab intestato: quod est in effectu querere, an ibi sumi posset argumentum à contrario sensu? effectus autem huius investigationis est ualde magnus, nā si illi liberi Sempronij ueniant ex testamento, non poterit Sempronius eorum pater heres institutus à Titio, alienare hereditatem: & si alienareret, liberi possent reuocare alienata tāquam subiecta restituitioni, per l.f. & Auth. res quæ, C. commu. de leg. cum si mi. si aut illi liberi Sempronij non ueniat ex testamento Titij, sed succedant Sempronio patri ab intestato, tunc poterit Sempronius pater heres institutus à Titio, libere alienare hereditatem, & ea, quæ sunt in hereditate, & alium vel alios instituere. Et licet in hoc articulo pulchro, subtili, & quotidiano aliqui uelint, quod liberi Sempronij ueniant ex testamento, & quod censeantur substituti patri communis tamē & uera conclusio est in contrarium, gl. est de hoc sing. in d.l. Lucius, ultima, quam ibi approbant Bar. Bal. Ang. & Io. de Imo. & idem Io. de Imo. in l. ex facto. ff. ad Treb. & idem Io. de Im. in l. filius familiæ, in §. cum quis. ff. de legat. i. & habetur plenissimè per Alex. in conf. 185. 2. uolum. incep. uiso titulo quæstronis, &c. ubi exactissimè hunc articulum examinat, ad quem remissile sufficiat. & ita in quæstione in facto occurrente iudicare uidi. Secundo istud limitatur non procedere, ubi sumendo argumentū à cōtrario sensu resultaret protestatio derogatoria ad sequentis ultimam uoluntatem: sūc enim nō licet argere à contrario sensu ad illum effectū, ut a&us postmodum sequutus reddatur inualidus ex tacita protestatione, quæ sumitur à contrario sensu: quānis alías actus se quens redderetur inualidus, si expressa præcessisset protestatio uel derogatio: de isto est tex. sing. iuncta gl. in l. f. in pri. & ibi hoc notat Bar. & post eū Io. de Imo. ff. de leg. 2. & Bar. 1. l. si quis in prin. tellā. circa prin. ff. de leg.

3. &

LOC. A CONTRARIO SENSU. 533  
3. & Bal. in l. humanum, C. e legib. & dixi supra, in loco ab expreſſo ad tacitū, vbi recurre. Tertiò istud limitatur nō procedere, qn̄ ex hoc resultaret turpis vel absonta diſpositio, aut alias à iure reprobatæ: tex. est notab. iuncta gl. in d.l. 2. C. de cond. insert. Quartò istud limitatur verum secundū aliquos, qn̄ uerba in vltima uoluntate pro lata sunt affirmativa, secus si negativa: sed hæc limitatio cōmuniter nō approbatur, ut latè declarauit supra, quare hic nō repeto. Illud autē pro indubitate habeas, q̄ argumentū à contrario sensu nō debet sumi ex verbis gl. vt dicit Alex. de Imo. in l. ff. de leg. 1. & Io. Cal. in conf. 3. sub tit. de præb. incip. an si legatus. Imo puerilis ē modus argumētandi ex glossis, quando textus habetur, ut dixi supra: & multo puerilis est, ex theoricis gl. vel Doctorum textū impugnare: vt est tex. pulcherrimus, in c. noli. 9. dis. & ibi habetur per Præp. & facit l. pen. ff. ad ex hibē. & ea quæ dixi supra in loco à simili, & in loco à legge cessante, & quod dicam in frā in loco ab auctoritate. 4. Est tamen uerum q̄ gl. ubi deest tex. est maximè auctoratis, teste Bart. iu l. ut vim. ff. de iust. & iur. & Bal. in l. cū hereditas, C. depositi. in quibus locis dicūt, q̄ auctoritas glossæ omnes auctoritates antecellit. Hinc etiā Bal. in cap. dilecti filij, de maior. & obe. dicit, q̄ Accursius est uberrimus fons iuris ciuilis, & Cyn. in l. non morituum, C. de contra. & comm. sūp. vocat glo. idolum scholiarium, quasi ei fortiter sit inhærendum, & Bal. in lege fina. in §. necessitate, C. de bo. qua lib. dicit adhærendū esse Carocia veritatis, id est, glossatori, & in perpetuum non errabitur secundum eum. Hinc etiam sing. dicit Iacob. Butr. in l. 1. C. qui pro sua iurisdi. q̄ in iudicando seruanda est opinio glo. maximè quando habet unum famatum doctorem post se, quem in hoc sequitur Iac. in dlege ut uim, reprehendens in hoc Pan. uolentem contrarium in c. capellanus, de fer. Hoc ramen arbitrio boni & discreti iudicis relinquendum est, qui maturè digestis rationibus quibus hincidē mouētur doctores, uini opiniōi uel alteri adhæredit, & in dubio t̄ communī, nisi notoriè male dicat, uel rationabiliter conuinçatur,

Ll 3 quod

534 LOC. A PERSONA AD TEMPUS  
quod bon<sup>o</sup> iudex pro ingenii dexteritate poterit estimare, iuxta not. DD. Io. And. in d.c. canonum statuta, quam ibidem referunt & sequuntur Pan. Fel. & cæteri Mod. & in c. ne imitatis, eo. tit. & est de mente Bar. in l.f. C. de pœn. iud. qui male iudi& de mente Bal. in l. vni. per illi tex. ff. de offi. quæst. & de mente eiusdem, in l. 1. pér illi tex. ff. de senat. & explicat accuratissimè Zasius i Scholis suis super l. 1. ff. de orig. iur. quandoque tamen singularis opinio præualeat communis, puta quædo singularis opinio est pro matrimonio, & communis contra matrimonium. Ita singu. dicunt Holtien. Pan. & alii: in c. si mir, de cogn. spir. & pluries alios casus, in quibus singularis opinio perfertur communis, uidere poteris per Fel. in d.c. canonum statuta ad quem remissive sufficiat. Que omnia commenda memorie tanquā pulchra, utilia, singularia, & quoniādiana.

#### LOCVS A PERSONA AD Tempus.

I Substitutio facta à pagano impuberi per uerbum commune, an ualeat omni tempore, tam intra pubertatem, quam postea iure fideicommissi.

OCCURRIT NUNC locus à persona ad tempus, à quo sumpsi argumentum est probabile, frequens, & utile. tex. est no. in l. qui plures libros, in princ. & ibi hoc no. Bar. Bal. Pa. de Cast. Io. de Imo. Franci. de Aret. & Doctor. ff. de uulg. & pupil. & meminit Bald. in l. conuenticula, C. de episcop. & cle. & formatur hoc modo. Sicut est in personis, ita est in tempore. Quenadmodum enim pater habet plures liberos impuberes potest aliquibus substituere, pupillariter & aliquibus non: Ita illis quibus substituit potest substituere ad breue tempus ætatis, puta si de cesserint intra nouagium vel decennium, licet possit substituere ultra illud tempus usque ad tempus pubertatis, sicut habet potestatem substituendi omnibus: Ita arguit Pau. Jurisconsultus, in dicta l. qui plures liberos. &

istud

LOC. A PERSONA AD TENPVS. 535  
istud inter alia facit ad decisionem illius quæstionis unigatissime, quotidianæ, & dubitabilis valde, an substitutio compédiosa facta à pagano, impuberi, per uerbum commune, ut est uerbum substituo, ualeat omni tempore tani intra pubertatem, quam postea iure fideicommissi, nec nerin qua quæstione plures sunt opiniones. Prima, quod ualeat omni tempore, puta intra pubertatem & post, iure fideicommissi, ita tenet gloss. in l. centurio, circa finem, ff. de uulg. & gloss. in l. precibus, super uerbo fideicommissi, ante finem. C. de impuberum & alijs substitutione. Secunda opinio est quod intra tempora pupillaris etatis valeat iure directo, postea autem iure fideicommissi, ita tenet gl. que reputatur singularis in §. quæratione, in gl. magna in fin. Inst. de pupilla. substitutione. Tertia opinio est, quod intra tempora pupillaris etatis ualeat iure directo, & postea sit funditus nulla. Ita tenet Archid. in ca. si pater, de testa. libro sexto. Alij autem, ut Ia. de Are. & Bar. aliter opinantur, ut uideri potest per Bart. & Doct. in d.l. precibus, & in d.l. centurio. Tamen quia nos reperimus, quod uerbum substituo, relatum ad personas impares, determinate æqualitate seruata, ut est tex. norab. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. ergo etiam debet determinate seruata æqualitate, quando refertur ad diversa tempora, arguendo à persona ad tempus, quod est invalidum, d.l. qui plures liberos, sed in casu dict. quæst. potest determinare seruata æqualitate si omni tempore sit fideicommissaria, ut habet prima opinio. Ergo debemus dicere, quod substitutio compédiosa facta à pagano impuberi per uerbum commune, ualeat omni tempore iure fideicommissi. & hanc opinionem sequitur Bald. in d.l. centurio, & in d.l. iam hoc iure, dicens eam esse communem, & quod magis frequentaretur in consilij. Sed aliter sentiunt Io. de Imo. Pau. de Cast. Alex. & nouissimi in d.l. centurio, & Ias. & alij nouissimi in d.l. precibus & Franc. de Aret. in conf. 155. incip. periculorum, & Alexan. in conf. 17. 3. uolum. incipien. ponderatis his que in themate narrantur, &c. qui dicunt, dictam secundam opinionem esse communem & uoram, & re-

L 4 spou.

536 LOCVS A PERSONA AD RES.  
spondet ad motu aliorum tenentium primam opinionem. Ex quorum dictis, quatenus proposito seruit, inter alia habes, quod hoc argumentum à persona ad tempus tunc demum procedit, quando eadem est ratio in uno, que in alio, alias secus, quod nota.

### LOCVS A PERSONA AD RES.

[N]ueni & locum à persona ad res, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens & utile, tex. est nota in l. qui furore, & ibi Alb. de Ros. & Bal. id no. ff. de Star. ho. & tex. in l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de leg. l. & in l. si quis filio exhaeredato, in uer. ergo. ff. de iniunct. rupt. In quibus locis ita arguit Iurisconsultus, ut videre poteris per teipsum. Et hoc argumento etiam utitur gl. in l. cum quid. ff. si cer. pet. & Pau. de Castr. in pulchra quæstio. in conf. 2 24. incip. circa primum quæstum, in ariq. & Bal. in l. unic. C. de confel. & idem Bal. in c. eam te, de rescr. & Doct. sepè alibi. Sed istud argumentum tunc demum procedit, quando eadem est ratio in uno, que in alio, ut in dictis iuribus, alias secus, hoc probatur in l. sed & si possessori. §. fin. cum l. seq. & ibi Ias. id notat. ff. de iure iur. & Bal. in d.l. cum quid, & ita saluari potest di-  
ctum Bald. in l. si quis intantum, C. unde ui. quod no.

### LOCVS A PERSONA AD LOCVM.

E st etiam in iure nostro locus à persona ad locum, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & utile, tex. est nota. in l. 1. §. Offilius. ff. ne quis eum qui in ius uoc. est ui eximat, iuncta l. 2. eo. tit. & tex. in c. sicut non alij, de consecra. dist. 1. & pulcher tex. in c. peruenit, iuncto c. cum ecclesia, de immu. ecles. & formatur hoc modo, Sicut est in persona, ita est in loco. Quemadmo duri enim non habet locum edictum, Ne quis eum qui in ius uocatus vi eximat, quando eximitur persona quæ uocari non potuit, d.l. 1. §. Offilius, ita etiam non habet locum dictum edictum, quando eximitur quis qui alibi

LOC: A PERSONA AD LOCVM. 537  
alibi uocatur, quam ubi uocari debuit, d.l. 1. ante si. ubi est casus notabilis. Item sicut nulli alij quam sacerdotes debent missas celebrare, ita nec in alijs, quam in consecratis locis debent missæ cantari, aut sacrificia offerri, d. cap. sicut non alij. Item quemadmodum pro tute la ciuium, in instante magna necessitate, clerici debent vigilare, nec excusantur ab excubijis, d.c. peruenit. Ita etiā instante magna necessitate posse fortificari, & in castelli lari ecclesiæ pro defensione ciuium uel iubitorum, ut volunt Innoc. Hoſt. Pan. & Doct. in d.c. cum ecclesia, ubi Pan. uirtutur hoc argumento à persona ad locum, & Rom. in rep. l. si uero, §. de iure, in 54. fal. ff. sol. mat. Quinimodo plus uoluerunt Cy. Pau. de Caſt. & Doct. in l. nullus, C. de summa trin. & fid. videlicet, q̄ etiam iniurias clericis ecclesia potest in castellari tempore necessitatis pro salute, & tuitione subditorum, cum hoc concernat publicā utilitatem, quæ præferenda est priuatæ, ut ibi latius per eos. Imo favor reipublicæ præfertur fauori ecclesiæ, Auth. sed & permuttere, & ibi Sal. not. C. de sacros. eccl. & probat optimè in l. uerbem nullam, C. eo. ti. que nult quod priuilegium generale, etiam ecclesiæ indulxit, non includat casum publicæ utilitati contrarium, & si includeret, non ualeret, & ita ibi no. Bal. & Pau. de Caſt. publica enim utilitas est cuiilibet priuilegio præferenda, secundum eos ibidem, quas omnino uide, & uide pulchre de hoc per Feli. in c. causam quæ, in uerſicul. quinta declaratio, de rescr. & latius per eundem in c. nonnulli, in prin. in 7. fal. 2. regulæ, illo eo. tit. & per Lud. Ro. in rep. d.l. si uero, §. de iure in 10. fal. & plenè per Lucā de Pen na in l. 2. C. de quibus mune. ne. lic. se excu. libr. 10. ubi recurre. Cui etiam consonat illud elegantissimum uerbū Valerij in titulo de pietate erga patriam, in principio, Euerſa domo, interdum reipublicæ status manere potest, urbis autem ruina omnes penates secum trahat necessitas, quod utique quadrat in ecclesia, urbe, uel reipublica euersa. Non tamen debent ecclesiæ in castellari ad offensionem alicuius, ut ex eis fiant excursiones, & rapinae, tex. est nota. in c. sanctorū, in si. 10. q. 2. & volūt Doct. Can. d.c.

## LOCVS A RE AD TEMPVS.

d.ca. cum ecclesia. Isto argumento à persona ad locum utitur etiā lo. And. in regula in obscuris, de reg.iur.lib. 6. in Merc.ad decisionē illius quēst. qđ delicti quo ad initium perpetrati in vno territorio & quō ad perfec̄tiōnē seu cōsummatiōne i alio territorio, uterq; index clē cōpetens, quodque locus est præventioni, de quo uide ibi latē pér eum. Isto argumento etiam utitur Hyp. de Mars. in rep.l.unicæ.C.de rap.nirg. ubi per hoc concludit, quod sicut clericus excommunicatus, interdictus, vel suspensus, non percipit fructus beneficij, c. pastoralis, in fine de appellat. cum simil. Ita etiam ecclēsia interdicta non deber gaudere immunitate solita, quod nota.

## LOCVS A RE AD TEMPVS.

- 1 *Quod licet in rebus, licet in tempore.*
- 2 *Legitima iure naturæ debita, an posset per statutum minui.*
- 3 *Emphyteuta an propter bellum superueniens liberetur a prestatione canonis.*

**A**B hoc loco sumptum argumentū probabile est, fre-  
quēs, & utile, tex. est no. in l. miles ita, §. & quia di-  
ximus, & ibi notatur per Bar. & Doct. ff. de testam. mil.  
Et eo utitur Bart. in l. Titio centum, in §. Titio genero,  
ff. de conditio. & demonstratio. & idē Barto. in l. si con-  
stante, in 7. quēst. primæ partis principalis. ff. soluto mat-  
rimonio. & meminit Bald. in l. i. in 27. oppositione C.  
qui admittit. & idē Bald. in l. conuēticularia, C. de episcop.  
& cler. & Alber. de Rosate in prima parte statutorum  
quēst. 56. & Iason in l. in testamento, C. de testa. nill. &  
idem Iason in l. si idē cum eodē, ff. de iurisdict. omnium  
iudicū, & Frāsciscus de Aret. in l. qui plures liberos. ff. de  
unlg. & pupil. & Docto. sepe alibi. Et formatur hoc mo-  
do. Sicut est in rebus, ita est in tempore. Vel sic, † qđ licet  
in rebus, licet in tempore. Quemadmodū enim miles pōt  
decedere pro parte honorū testatus, & pro parte bono-  
rū intestatus, ita etiā pōt pro parte temporis decedere  
testatus, & pro parte temporis testatus, d. l. miles ita, §. &  
quia

## LOCVS A RE AD TEMPVS. 539

quia diximus. Et per istum arguendi modū dixit Barto.  
in d.l. Titio centum, §. Titio genero, ante finem: quod  
† sicut per statutum potest minui legitima filio debita  
iure naturæ in quantitate, ita etiam potest per statutum  
minui in tempore, de quo uide ibi latius per eū, & per Cy-  
num in l. f.ancimus; C. de nuptijs, & per Panormitanum  
& Caonistas in c. Raynartus, de testam. Secundō per  
istum arguendi modum dixit Barto. post Dyn. in d.l. si  
constatē, in septima quēstione prima partis principalis  
quod sicuti actio de dote datur mulieri cōtra socerū qui  
recepit dorem, sicut contra virum, in re seu quantitatē  
dotis soluto matrimonio. l. rei iudicata, §. fin. ff. soluto ma-  
trimonio. Ita etiam actio de dote datur mulieri cōtra  
socerū cōstante adhuc matrimonio, quād socer rece-  
pit dorem & uergit ad inopiam, uel male utitur substan-  
tia sua, sicuti hoc casu datur cōtra virum, arguendo à re  
ad tempus. & hoc etiā tenet gl. licet per aliam rationē  
in d.l. si constante, in princ. quod nota. Tertiō per itū  
arguēdi modum dixit Alex. de Imo. in l. post dorem, ia-  
g. col. ff. soluto matrimonio. quod sicut dos daria filiæ in sub-  
sidium matrimonij per patrem, non potest diminui per  
eum in quantitate, iure nonissimo, dote ad se reuersa, &  
ea secundō nubente. Autē sed quamvis, C. de rei uxori.  
acti. & in corpore unde sumitur, ita etiam non poterit  
per eum diminui in tempore, & per consequens non po-  
terit eam sibi per stipulationem appropriare, de quo uide  
ibī latius per eum post Bart. Ioā. de Imo. & Docto.  
ibidem, & per Sali. & Doct. in d. Authent. sed quamvis.  
Quartō istud facit ad decisionem illius quēstio. notabi-  
lis & quotidianæ, an propter † bellū superueniens em-  
phyteuta liberetur à prestatione canonis seu pēsoris?  
& uidetur dicendum, quod non, nā emphyteuta non li-  
beratur, si res emphyteutica pereat pro parte rei. l. j. C.  
de iure emph. & §. adeo, in fine, Institit. locati. Ergo etiā  
non debet liberari, si fundus emphyteuticus propter  
bellū uel hostiles incursus pro parte temporis colli non  
possit, arguendo à re ad tempus, quod est ualidum, d.  
§. & quia diximus. De qua quēstione multū dubitabi-  
li, pul-

## LOCVS A RE AD LOCVM.

540 JI, pulchra, & subtili, nide latius per Cyn. in d.l.j. in pen.  
q. & p Panor. in c. potuit, circa fin. de locato, & ibi late  
per Ioan. de Imo. in 21. colū, & pulchrè per Prepo. in  
unico, de alie. seu. paterni, & latissimè p Iason. in aures  
suo tractatu de iure emphyt. in commento l. 1. illius tit.  
in 20. col. cum sex sequentibus, ad quos remissis suffi  
ciat, cum ab omnibus habeantur.

## LOCVS A RE AD LOCVM.

1. *Dictionis seu, natura.*

**H**ic affinis est locus à re ad locum, quem in catalo  
go locoru legaliū non posuissim, nisi reperisset ip  
sum ponit per Iat. in 1. unum, in 4. col. ff. si cer. pecc. qui  
ad hoc allegat l. si quis ita legauerit. ff. de aur. & arg. leg.  
qui tex. in utroq; dicto alibi non repetitur, secundū Al  
be. de Ros. ibidem, & est illa l. singularis secundū Roma  
sing. 550. incip. lego Titio, &c. & ad hoc quid ciuitas &  
portus ciuitatis sunt diuersa: & ergo si alicui leget om  
ne granum quod est in ciuitate, non ueniet granum qd  
est in portu: ibi enim + dictio, seu, ampliat, cum ponitur  
inter loca, sicut cum ponitur inter res, qd nota. Sic et à  
read locum arguit Petr. de Anch. in pulchra q. in cons.  
suo 163. incip. in Xpi, &c. Visis diligenter inspectis, &c.  
quem omnino uide.

## LOCVS A TEMPORE AD LOCVM.

1. *Aetius spectantes ad voluntariam iurisdictionam possunt fieri  
tempore feriato, & in loco sacro.*

2. *Argumentum à tempore ad locum quando procedat.*

**S**ubsequitur nunc commodè locus à tempore ad lo  
cū, à quo sumptū argumentum est probabile, frequens  
& utiler. tex. est not. in l. unum, & ibi Bar. & Doctor. id  
not. ff. si cer. per. & bonus tex. in l. fi. & ibi etiam Bar. ff.  
de condic. tritica. & textus in l. ratio, in §. si per uédito  
rem, &

## LOCVS A TEMP. AD LOCVM. 542

rem, & ibi et Barol. ff. de actio. empti. & Bar. lo. de Imo.  
Frāc. de Are. & Docto. i. l. qui plures liberos. ff. de mulg.  
& idē Bart. in l. miles ita. §. & quia diximus. ff. de testā.  
milit. Et formatui hoc modo. Sicut est tpe, ita est in lo  
co quē ad modū n. haberī dēt ratio estimationis uel boni  
ratis rei respectu temporis, cū de tempore facta est men  
tio: ut quia conuentum fuit de uino uendito de liberan  
do certo tempore. Ita etiā haberi debet ratio estimationis  
uel bonitatis rei respectu loci, quando de loco facta  
est mentio: ut quia conuentum fuit de deliberando ui  
num uēditum certo loco, d.l. unum, & d.l. fina, cū sim  
Et hoc argumento à tempore ad locum u titut Sal. in  
l. si quidem. C. sol. marr. Eo etiam utitur Ioan. And. in  
pulchra quest. in regula, in obscuris, d. reg. iur. l. 6. in  
Merc. ubi uideas. Huic argumento etiam innititur Pan  
in ca. cum ecclesia, de immun eccl. ubē per hoc dicit,  
quod sicut actus spectantes + ad uoluntariā iurisdictionem,  
possunt fieri tpe feriato, laetus, C. de fer. Ita etiam  
possunt fieri loco sacro uel consecrato, arguendo à tem  
pore ad locū. & idem uult Bar. in d.l. aetus, ubi per hoc  
dicit limitari, c. decet, de immun. eccl. lib. 6. ut lolum in  
actibus spectantibus ad iurisdictionem contentiosam,  
quod nota. Hoc argumento etiam utitur Pet. de Anch.  
in d.c. decet, ad hoc q. quid sicut nō ualeat actus cōtentio  
sis, ut puta sententia iudicis laici lata in ecclesia, d.c. de  
cer, ita nec sententia arbitri ibidem lata ualebit, sicut  
enim iudici & arbitrio obstat exceptio feriarum, cap. fin.  
de ferr. & habetur per Specu. i. tit. de arbit. §. excipitur,  
in uers. item quod pronunciauit, ita etiam eadem ratio  
ne obstat arbitrio locus, qui obstat iudici. & ita etiam  
repetio uelle lo. de Imo. & Pan. in ca. Quintauallis, de  
iure iurian. quod tene menti. Isto argu. etio etiam utitur  
Bar. post Guil. in l. si. circa fi. ff. de iust. & iur. & Petr. Cy.  
& DD. in l. si qui ex consensu, C. de episc. audi. ubi per  
hoc concludunt, fieri posse prorogationem de loco ad  
locum, sicut de tempore ad tempus, de quo uide ibi lat  
tius per eos, & per Alex. in l. fi. ff. de iuris. om. iu. & per  
eundē in l. 3. §. fi. ff. de condic. can. da, & per Can. in ca  
rem, &

542 LOC. A TEMP. AD LOCVM.  
P. & G. de offi. del. & in c. nouit, de offi. leg. & per gl. sing. & Doct. in c. ut litigantes, de offi. ord. lib. 6. Ita argumento etiam vtitur Panor. ad not. effectum in c. ante fin. de iure patr. ubi per hoc sing. dicit, quod sicut patr. troni possum inter se conuenire, ut alternis uicibus presentent: ut est tex. in Cle. 6. de iure patr. ita etiam patr. ni habentes plures patronatus ratione plurium ecclesiarum poterunt inter se conuenire, ut unus praesenter in una ecclesia, & alius in alia: ut si quod licet in tempore, licet etiam ratione locorum, arguendo à tempore ad locum. Hoc argumento à tempore ad locum vtitur etiam Bar. in l. si quādo, C. de testi. ubi per hoc dicit, q. sicut in Iet testimonium testis, qui iurauit tempore iuridico, & deposituit tempore feriato, iuxta not. per gl. in Cle. un. de offi. del. Ita etiam ualeat testimonium eius, si iurauit loco congruo, & deposituit in loco incongruo. Hoc argumento utitur etiam Lanfr. in reper. c. quoniam contra fil. sam, in materia depositionis testium in 9. q. de probat. concludens per hoc, quod sicut non ualeat dictum testis, si ipse iurauit die feriato vel non iuridico: ut decidit gl. in d. Cle. unicar: ita etiam non ualeat dictum testis, si iurauit in loco incongruo, hoc est, in alio loco quam in iudicio: quia bonum est argumentum à tempore ad locum, secundum eum: quod nota, quia est quotidianum in pietate. Ita argumento à tempore ad locum vtitur etiam Ioan. And. in c. Romana, §. contrahentes, de foro comp. lib. 6. in Nouella, & Alber. de Rosa. in l. omnes, §. si uero apparitor, C. de episcop. & cleric. ad illum effectum, q. sicut ualeat citatio facta tempore incongruo, puta die feriato ad diem non feriatum, ut notant Doctores in c. de ferijs. Ita etiam ualeat citatio facta loco incongruo vel inhabili, puta extra territorium citantis ad locum congruum, puta comparendum intra territorium: de quo articulo quotidiano, uide plenissimè per Bal. Alber. & Legittas in d. §. si vero apparitor, & per Ioan. And. & Canon. in d. §. contrahentes, & in c. fin. de foro comp. & in Cle. pastoralis, de re iudic. quod nota. Hoc argumento à tempore ad locum vtitur etiam Saly. in l. Gracchus, in 2.

col.

LOC. A TEMP. AD LOCVM. 543  
col. C. ad leg. Iul. de adulter. Vbi singulariter decidit, q. maritus vel pater occidendo adulterū, extra domum impunē eum occidit, quando pulsus seu fugiens extra domum sine intervallo occiditur, quia censetur in domo occisus, vt ibi per eum. Hinc etiam dicit Bal. in d. l. qui plures liberos, in princ quod sicut in iudicio potest concedi alii ad partem temporis, puta ad decem annos: Ita etiam posset concedi ad partem loci, puta quod iuriditionem exerceat in una parochia, & non in altera, arguendo à tempore ad locum. Hinc etiam dicit gl. sing. in Cle. 2. in verbo, regularem, de censib. quod sicut ex causa necessitatis licitum est comedere carnes tempore prohibito, vt in quadragesima: Ita etiam ex causa necessitatis licitum est comedere carnes in loco prohibito, puta intra portam regularem Carthusiensem: quod nota. Hinc etiam est, q. sicut ualeat contractus die dominico vel festivo celebratus, licet peccent contrahentes, ut est ter. notab. in l. fi. C. de ser. quem tex. ad hoc not. Bald. in c. 1. de treu. & pa. & Io. de Imo. in c. Quinta uallis, de iure ui. Ita etiam ualeat contractus in ecclesia celebratus, licet contrahentes peccent. Ita dicit gl. sing. in d. c. decet, super verb. processus. Hinc etiā c. q. sicut non ualeat a parte citata ad comparendum certa hora, si fiat talis hora vel tempore, vt est tex. not. in l. fi. §. fi. & ibi Bartol. & Ange. in lectura peregrina norant, ff. quod vi aut clam, & in laut qui aliter, eod tit. Ita etiam parte citata ad uendendum certum actum fieri in uno loco, & fiat in alio loco, non ualeat. Ita sing. decidit Hipp. de Mars. in rep. sua l. de unoquoque nu. 61. 62. ff. de re iud. post. Soc. illuc relatum: quod tene menti. Hinc etiam est, quod sicut debitor fugitius seu suspectus de fuga potest capi tempore incongruo, puta tempore feriato vel die dominico, nō vt soluat, sed vt caueat de iudicio fisti, vt est gl. singularis in dies festos, super verbo fideiustionis: quam ibi approbat Bar. & alij, C. de ferijs, & idem vult Bar. in l. ait prator, §. si debitorem, ff. quæ in frau. cred. & Iason insti. de acti. in prin. & Ang. in l. 2. ff. de ferijs, & idem Ang. in l. qui re futuere, in fi. ff. de rei vend. & Rom. ista aurea repetitio ne,

ne, l. si uero, §. de uiro, in quadragesima fallentia, ff. soli, marri. Item tempore nundinarum, ut sing. dicit Ang. in d.l. dies festos, nec alibi legi. Ita debitor suspicetus defuga poterit capi in loco incongruo, uel alias prohibito de iure : arguendo à tempore ad locum : & sic poterit capi in domo propria, & in ecclesia vel loco sacro. Ita singulariter determinat Iason in d.l. vinum, & idem Iason in l. plerique, ff. de in ius vocan. & faciunt notata eleganter per Albericum de Rosat. in Rub. C. de his qui ad ecclesiam confugunt, ubi singulariter vult, quod si ex forma statuti debitor possit capi pro debito, prout obseratur in istis prouincijs, talis confugiens ad ecclesiam non debet ibi defendi, quia est persona conditionata, quae non debet defendi ab ecclesia: & idem tenet ipse Alber. in 1. parte statut. q. 39. & Pet. de Anch. in c. inter alia, de immun. eccl. & Oldrad. in consilio suo 54. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de immunit. eccl. & meminit decisio Cap. Tolosan. 422. ubi vide. Per istud etiam ego aliquando dixi in questione de facto occurrente, quod Flandrus qui ante reductionem monetarum factam per regem Philippum anno 1489. promisit soluere in festo prorsicationis anno 1491. Mechlinia vel Louanijs, in quibus locis moneta cursum habuit iuxta formam reductionis regia, propter moram quia non soluit intra mesem per ordinationem regiam præfixum in fauorem obligitorum tempore leuis monetæ, & quia facta fuit mentio loci, in quo debebat fieri solutio, tenebatur soluere in illo labore, qui cursum habuit in loco destinatæ solutionis, licet aliud fuerit ualor in loco sui domicilij: quia certe in loco destinatæ solutionis quod ad hoc contraxisse, ff. de ast. & oblig. & hoc est de mente Barto. quem omnes sequuntur in l. cunctos populos, C. de summa trinit. & de mente Ias. in d.l. vinum, quod not. Hoc tamen nolo te ignorare, quod hoc argumentum † à tempore ad locum tunc derum procedit, quando inter tempus, & locum non est diversa ratio, alias secus. Ita sentit Bal. in l. uni, C. ubi de possesi. aga. & hinc notab. dicunt Ianoc. & Ios. And. in capit. qualiter, & quando 2. de accusa. & Specul. in

LOC. A TEMP. AC LOCVM. 545  
in tit. de teste, in §. iam de iuterrogatorijs, in uerbi. & no-  
ta. & Bal. in l. presbyteri, in 1. col. C. de epif. & cle. & Ias.  
in d.l. vinum, quod testis non tenetur intantum recordari de  
tempore, si cut de loco, quia tempus facilius excidit à me-  
moria, quam locus, quæ omnia commenda memoriat  
quam pulchra, utilia, singularia, & quotidiana.

LOC. A TEMP. A D PERSONAS.  
A Tempore etiā arguitur ad personas, & ab hoc loco  
Assumptum argūt est probabile, frequens, & utile, l. nō  
nunquam, ff. de in d. & not. Io. de Imo. Franc. de Arct. &  
alijs in l. qui plures liberos, ff. de vulg. & pupil. Hinc est,  
quod sicut iudex potest moderari, & abbreviare tempus  
dilatationum, d.l. nonnunquam, in l. f. ff. de fer. §. & quia,  
in Auth. de testib. coll. 7. & c. ultra terram, de testib. cū  
simil. Ita etiam poterit taxare vel abbreviare numerum  
testium producendorum: arguendo à tempore ad per-  
sonas. Hoc tamen facere non debet iudex, nisi ubi putat  
probationem superfluere, uel ubi nimia effet testis multitudine. Ita not. uolunt Bal. Io. de Imo. & Fran. de Are. in  
d.l. qui plures liberos, & probatur in c. significauerunt,  
& in c. cum causam, & ibi Pan. de testi. Ex isto etiam se-  
quitur aliud, uidelicet, quod sicut iurisdictio potest con-  
cedi alicui ad certum tempus: ita etiam possit concedi  
inter certas personas, l. unica, C. de metropoli Beryto li-  
bro 11. & l. si eadem, ff. de offi. affe. & uult Bald. in d.l.  
qui plures liberos posset & ad alia adduci, quæ omit-  
to, & procedit hæc argumentatio, quando eadem est  
ratio in uno, quæ in alio: alias fecus, ut dixi in simili su-  
præ loco proximo.

## LOC. A TEMPORE AD TEMPVS.

- 1 A præterito presumitur circa futurum: unde malus semel semper presumitur malus in eodem genere mali.
- 2 Presumptio que sumitur a præterito, ad futurum, est presumptio iuris tantum, quæ admittit probationem in contrarium.
- 3 A præterito presumitur circa præteritum.
- 4 A præterito presumitur circa præsens.

M m Argumen-

## 46 LOC. A TEMP. AD TEMPVS.

- 5 Argumentum à preterito ad præsens quando procedat.  
 6 Argumentatio à preterito ad præsens locum habet in omnibus  
 predicationis Ariforelis: cum numer. sequent. usque ad nū  
 mero 7.  
 8 Qualis quis quondam fuit, hodie talis præsumitur.  
 9 Agere hominis non potest esse continuum, secundum naturam.  
 10 Passiones inrufæ, & mentales præsumuntur continua, secum  
 in corporalibus, & prouenientibus ab actus extrinseco.  
 11 A præsenti præsumitur circa præsens.  
 Petens dilationem ad soluendum præsumitur appellationi re-  
 nunciare.  
 12 A præsenti præsumitur circa futura, item & in preteriti.  
 13 Argumentum à præsenti ad præseritum quando procedat.  
 14 Qualitas intrinseca præsumitur, extrinseca uero non. Idem in  
 solemnitate intrinseca, & extrinseca.  
 15 Tempus belli, & tempus pessis aequi parantur quoad prescri-  
 ptionem interrumpendam, & solemnitatem testamentorum.

**A**rguimus etiam à tempore ad tēpus, à quo loco sum  
 putum argumentum est probabile, frequens, & utili-  
 simū, ut infra patet, & formatur multipliciter ad mul-  
 tiplicem effectum. Vno modo sic, A preterito t̄ præsu-  
 mitur circa futurum : tex. est nota, in regula, semel ma-  
 lus, cum sua notabili gl. & ibi Dy. de reg. iur. libr. 6. & bo-  
 nus tex. in c. mandata, & in c. scribam, & ibi glo. & Do-  
 sto. de præsum. & bonus text. in l. 2. ff. de sena. & in l. si  
 cui, §. ijsdem, ff. de accus. Vnde semel malus, puta periu-  
 rus, contumax, vel calumniator, semper præsumitur ma-  
 lus in eodem genere malitioribus præal. in c. parvuli, 22.  
 q. 5. & c. testimonium, de testibus, cum sim. & per hoc di-  
 cunt Goff. Io. An. Io. de Im. Pan. & Doc. in d. c. scribam,  
 q. contra eum qui negligenter studuit in iure canonico,  
 præsumitur, q. negligenter stu debit in iure ciuili, & eccl<sup>ia</sup>  
 træ; & plures alias notabiles doctrinas quadrates p. am-  
 pliatione dictæ regula, semel malus, uidere poteris per  
 Hipo. de Marci. in sing. 74. ad quæ breuitatis gratia te re-  
 mitto. Ista tñ t̄ præsumptio, quæ sumit à præterito ad fu-  
 turū, nō est præsumptio iuris, & de iure, sed præsumptio  
 iuris

## LOC. A TEMP. AD TEMPVS. 347

juris tantum, quia admittit probationem in cōtrarium.  
 Vnde probato, q. ille qui semel fuit malus, penituerit,  
 seu resipuerit, jam amplius malus non dicitur, c. ferrum,  
 s. dist. & c. eam te, de rescrip. & d. c. testimonium: saluo  
 quod semel perjurus ad testimonium amplius non ad-  
 mititur, d. c. parvuli, & d. c. testimonium, & qui post ab-  
 iuratum hæresim iterum depræhenditur in hæresi, am-  
 plus in gratiam non recipitur, c. ad abolendam, §. illos  
 verò, de her. & c. super eo, eo. tit. li. 6. & hæc præsumptio  
 malitia ex delicto præterito interdum egreditur perso-  
 nam, & transit ad filios: quia qui patrem incontinentem  
 habuit, incontinentis præsumitur, & ergo illegitimus sine  
 dispensatione non promouetur, quia timetur crimen pa-  
 tri in filio, cap. 1. de fil. presby. li. 6. & 56. dist. per totū.  
 Vnde uulgariter dicitur. Sæpè solet similis filius esse pa-  
 tri. Et sequitur leviter filia matris iter, c. venerabilem, illi  
 sag. in verb. progenitores, de elect. iuncta l. quod' si  
 nolt, §. qui mancipia, ubi est tex. no. iuncta gl. ff. de ædi-  
 edict. Secundò istud argumentum formatur aliter sic, A  
 præterito t̄ præsumitur circa præteriti: tex. est not. in c.  
 quia sunt culpa, 28. dist. Vbi ex eo, q. aliqua mulier incō-  
 tinenter prius uixit, præsumitur, quod non fuit uxor dia-  
 coni: & per hoc dicunt ibi Doct. q. non præsumitur con-  
 uerlus, qui focariam habuit, & bona propria possedit, &  
 uelle laicali vtebatur: & ergo Abbas post mortē eius nō  
 poterit ipsius bona uendicare, nisi aliter appareat, quod  
 cōuersus ecclesiæ: quod est notandum cōtra abbates  
 illos, qui auaritia excecati sub tali colore bona deceden-  
 tum sibi usurpare conantur. Hinc etiam sing. dicit Spec.  
 in tit. de præsum. in uer. sed pone, quod si quis commi-  
 natus fuerit alteri, se eum occisurum, & ille postea repe-  
 riatur occisus, sed nescitur à quo; præsumptio est, q. ille  
 hoc fecit, qui minas intulit, quæ præsumptio scđ in eum  
 est sufficiens ad torturam: & hoc dictum refert, & sequi-  
 tur Pan. in d. c. scribam, & idē Pan. in c. literas, de psum.  
 Io. And. tamen in d. uers. sed pone, requirit, quod aliud  
 indicium adfit: quod commenda memorie, quia est quoti-  
 diuum. Hinc etiā est, quod si debitor annui reditus pro-

548 LOC. A TEMP. AD TEMPVS.  
bat solutionem tritum continuorum proximorum anno  
rum, præsumitur facta solutio annorum præteriorum;  
tex. est sing. in l. quicunque, C. de apothis publicis, libr.  
10. qui tex. licet loquatur in præstationibus fiscalibus, q  
men locum habet etiam in alijs præstationibus annuis,  
ut est gl. ualde notab. in l. 2. C. de iure emph. quam bi  
sequitur Sali. in 2. q. dicens Dy. sic consuluisse, & se infa  
cto ita obtinuisse: & idem vult Salic. ibidem, in 8. q. circa  
fi. & Ias. in col. 52. eiusdem l. dicens d. glo. perpetuo no  
tandum, & approbari per omnes. Istud etiam vult Salic.  
in l. cum de rem uero. ff. de usuris, ubi d.l. quicunque,  
reputat singularem, & idem Sali. in l. solennibus, in fi. C.  
de rei vend. quod commenda memoria, quia est quot  
dianum in praxi. Tertiò istud argumentum formatur ali

4 ter sic. † A præterito præsumitur circa præsens, d.l. si  
cui, §. ijsdem, & c. cum in iuuentute, præsum. & c. mona  
chus, 77. distin. & l. non omnes, §. à barbaris, ubi est tex  
tus notabilis, ff. de rem. in quibus iuribus habetur, q. si  
quæritur de fama uel bono nomine alicuius, præsumi  
tur bonus uel malus secundum uitam præteritam, &  
idem probatur, l. fina. in ita gloss. ff. de quest. cum simi.  
Et hic quotidie pro defensione accusati de criminis, dan  
tu articuli, quod talis semper fuit habitus, nominatus,  
& reputatus boni nominis, & famæ: & petuntur huius  
modi articuli admissi ad probandum. Hinc etiā ex fla  
tu præcedenti colligitur, cui incumbat onus probandi  
presenti, l. vis eius, ubi est tex. not. C. de proba. Ad hoc  
tamen † ut hæc argumentatio à præterito ad præsens  
procedat, requiruntur duo extrema, scilicet præteritū  
verum, & hoc est extrellum à quo, & præsens possibi  
le, & hoc est extrellum ad quod: Vnde olim dominus,  
hodiè præsumitur dominus, ut est tex. not. in l. fine pos  
seditis, C. de probat. & pro regula tene, quod † in om  
nibus prædicamentis Aristotelis, s. substantiæ, quantita  
tis, qualitatib. relationis, ubi, quando, actionis, passionis,  
situs, & habitus, valet hæc argumentatio à præterito ad p  
sens, tanè i. telligendo prout i frā declarabo: & q. a. hac  
materia est quotidiana, & sèpè de ea tractat i causis, sub  
ijciam

LOC. A TEMP. AD TEMPVS. 549  
ijciam pro instructione iuuenum exempla. Et primò  
ponam exemplū in prædicamento substantiæ, quod n.  
olim fuit, ho diè præsumitur esse: nisi probetur contra  
rium, tex. est no. in l. testium, in fi. C. de testibus, & in l. 2.  
C. de testa. in l. si quis ex argentarij, §. fin. cum l. seq. ff.  
de eden. qui sunt textus ad hoc notabiles. Vnde qui di  
cit uel allegat peremptionem rei, qua fuit, debet hoc p  
bare, vt in dictis iuribus, & talis probatio fieri potest per  
necessarias probationes, per probabiles, & per indicia.  
Exemplum primi, ut cum testes induci ad probandum  
hominem uel animal de quo agitur mortuum, dicunt  
directò, q. viderunt hominem uel animal de quo agitur  
mortuum, & carere motu, uel q. viderunt hominem cui  
siceratum, ubi de necessitate naturæ sequitur, q. sit mor  
tuum: uel induci ad probandum hominem mortuum  
tempore quo dicitur fecisse testamentum, dicunt quod  
tunc erat captus ab hostibus, & postea ibi mortuus est:  
unde de necessitate iuris sequitur, quod tempore condi  
ti testamenti erat mortuus ciuiliter, & intestabilis, l. lege  
Cornelia, ff. de testa. cum simil. Exemplum secundi, ut  
quia testes dicunt, hominem de quo agitur, natum esse  
jam sunt centum, & decem anni nam ut plurimum tam  
secundum naturā, q. secundum dispositionem iuris præ  
sumitur desigisse esse, quia longissimum tempus vita ho  
minis est centum annorum, l. an vfluctus, ff. de vfluct.  
l. fi. C. de sacros. eccl. & l. proponebatur, ff. de iu d.  
Exemplum tertij, ut si probatur de morte huins esse fa  
mam antiquam, quia ut plurimum talis fama si mul  
to tempore, & aliqua uerisimilitudine comprehetur, re  
peritur uera: iuxta notata per gl. Ang. Salic. & Doct. in l.  
quidem, C. sol. matr. & per gl. Can. in c. quoniam frequē  
ter, §. si vero, ut lite non contesta, & per DD. in c. in præ  
sentia, de sponsa. & in c. 2. de secun. nup. & tantu de præ  
dicamento substantiæ. In prædicamento quantitatis sit  
pro exemplo, quod quantitas † rerum quæ fuit in depo  
sito uel in legato, uel in alia obligatione, præsumitur è  
hodiè esse: nisi probet directò uel per obliquū, quod fa  
cta est diminutio eius uel augmentum: tex. est no. in l. ij  
risgentium,

risgeatium. §. adeò. ff. de past. & in l. 3. §. conditio. ff. de adm. leg. & in l. quinquaginta. ff. de proba. & in l. x. C. eo. tit. in quibus iurib. reperies exempla. Et idem uidere poteris in prædicamento qualitatibus: quia t̄ qualis quis quodam fuit, siue bonus siue malus, siue pauper, siue diues, talis hodie præsumitur: nisi aliud ostendatur directe uel per obliquum, iuribus supra in princ. alleg. & d.l. non omnes. §. à barbaris, & Auth. sed quamuis. C. de rei uxo. aet. & in corpore unde sumitur, & ibi not. per glo. & Doct. & hinc dicit Pet. de Anch. in conf. 63. incip. in Christi, &c. motiuia iudicis, &c. q̄ olim excommunicatus præsumitur hodie excommunicatus, nisi de absolutione conseruat: & ibi utitur hoc argumento à præterito ad præsens, quem omnino uide. Hinc etiam est, q̄ si quis olim fuit furiosus, uel inops mentis, præsumitur etiam hodie talis: & ergo qui dicit eum postea fuisse uel hodie esse sanxmentis, debet hoc probare: & si non probauerit, debebit actus per tales gestus post furorem declarari nullus & inualidus, quia furor semel accidens præsumitur adhuc adesse, nisi proberetur contrarium. Ita dicit gl. sing. in c.f. in uerb. compotem, in f. & ibi Card. & Pan. eam multum commendant de successo ab intest. & not. per gl. & Doct. in c. indicas, 3. q. 9. Hoc etiam uolunt Pet. de Anch. & Card. in Clem. uni. de homi. & ibi Pet. de Anch. dicit se sic consiluisse: de quo etiam uide per Io. de Im. in l. qui testamēto. §. nec furiosus. ff. de testa. Idem etiam uiderre poteris in prædicamento relationis siue ad aliquid, nā t̄ si constat aliquem fuisse patrem, relatione facta ad filium: etiam hodie præsumitur esse, & econtra: & idem in domino & seruo, patrono & liberto, domino & uafallo, & in alijs similibus relatiuis. unde qui dicit eum defisiisse esse talem, debet hoc probare directe uel per obliquum, ut est tex. in l. matrem, C. de proba, & in l. de ancilla, C. de liberali cā, & in l. si filius, & in l. quidam. ff. de prob. Hinc etiam est, quod ille qui fuit olim filius familias, & in potestate patris, præsumitur in dubio adhuc hodie esse filius familias; ita dicit glo. not. si bene pondetur, in l. sed & si de sua, in prin. ff. de acq. her. & rō istius est,

est, quia pater præsumitur uiuere centum annis, ut supra dixi: nec filius præsumitur emancipatus, uel in adoptione datus: quia hoc est facti, facta autem non præsumuntur, l. quæcunq. §. f. ff. de pub. & sic ex parte allegantis quem esse filium familias, non est necessaria aliqua probatio, post quam constat eum aliquando fuisse filium familias per confessioam partis aduersa, uel alias; quia ex quo allegans habet præsumptionem iniris pro se, non tenetur probare, nam præsūptiones legum sunt lucidissimæ probations, & sufficient ad uictoriā, ut est gl. sing. in l. si tutor peritus, & ibi Bal. Sal. & Doct. not. C. de peric. tuto. & not. per gl. Bar. & Alex. in l. abfentem. ff. de pen. & est tex. iuncta gl. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & not. per Bar. in l. in illa stipulatione si calendis, circa si. ff. de uerb. obl. & dixi supra in loco à uerisimili, & istud punctualiter tener. Ang. in d.l. sed & si de sua, quam legit sub l. hæres, & hoc dictum gl. & Ang. refert & sequitur Cæpolia in cautela. 164. & hoc teue, quicquid dixerint alij in d.l. sed & si de sua, quorum motiuia non strinquent, si bene examinentur, quod nota, quia est quotidianum, & facit honorem scienti practicare, nam infiniti sunt actus prohibiti filii familias, ad quorum anaullationem sufficit allegare, quod ille qui gesserit actum, olim fuit filius familias, nisi ex aduerso proberetur, cum desistat esse tales. & sic uides, quod bona est argumentatio à præterito ad præsens in predicamento relationis seu ad aliquid. Et idem uideri potest in prædicamento ubi, nam & circa t̄ existentiam rei uel personæ, uera est regula, quod ubi, id est, in loco, quo res olim fuit, & nunc esse præsumitur, ut est, textus pulcher in d.l. si quis ex argentiarijs. §. penit. Vnde qui dicit alibi esse, hoc probare debet directe, uel per obliquum, ut supra dictum est. Hoc tamen intellige sane capiendo, ubi, largo modo, puta in qua prouincia uel ciuitate, uilla uel quarterio, ut loquantur: nec te restringas ad unum angulum, quia in rebus quæ naturaliter mouentur, efficit falsum, nec etiam in fugitiuo, uel errore, uel nani quæ in mari est, iō ei habet hæc præsūptio, q̄a cōsuetudo fugitiui, uel erro-

552 LOC. A TEMP. AD TEMPVS  
nis, uel nauis, est nunquam in eodem loco permanere, l.  
qui sit fugitius. ff. de adi. edict. & I. cæsar, ff. de publi. In  
prædicamento tamen quâdo, ut in xrate, est distinguendu-  
m, quia quedam est ætas mobilis, quedam immobili;  
ætas mobilis est ætas minor, quæ mouetur ad maiorem,  
sicut naturaliter omne imperfectum mouetur ad suâ per-  
fectionem naturalem, & tunc non haber locum præsum-  
ptio seu argumentatio hæc à tempore præterito ad pre-  
sens, propter naturæ necessitatem. quia solo cursu tem-  
poris ætas mutatur, vt dixi. Quædam autem est ætas  
immobilis, uerbi gratia, postquam quis est perfectæ æta-  
ris, immutabiliter & semper verum est dicere, iste est æ-  
tatis legitimæ: & tunc bene procedit argumentatio a tpe  
præterito ad presens, quia non potest a suo esse remoue-  
ri, necesse est ueritatem continuare. In prædicamento  
12 fuit actionis similiter procedit hæc argumentatio, non  
quantum ad ipsum agere, uel actum, qui habet suos ter-  
minos naturales, nam agere hominis non potest esse conti-  
nuum secundum naturâl. seruitures. 3. in prin. ff. de fer-  
uit. & I. foramen. ff. de serui. urb. præd. unde qui olim pro-  
curauit, uel litigauit, uel alicuius negotia gesit, aut quid  
aliud egit, non idè præsumitur hodie id facere, quantum  
ad ipsum agere, sed quantum ad ipsum uelle seu qualita-  
tem mentis præsumitur perseuerantia, nec præsumitur  
mës mutata à principio sui esse, unde illo respectu bene  
procedit hæc argumentatio. d.l. si cui. §. ifsdem, & d.l. nō  
oës. §. à barbaris, & I. fideicomissa. §. si rem. ff. de leg. 3.  
cum sim. & hinc certè dicit tex. in I. amplius nō peti. ff. re-  
rat. hab. q. aliud est agere & aliud est agere velle. hinc et  
rectè dicit gloss. in c. i. de collu. deteg. q. Deus nō est re-  
munerator nominum, uel verborum, sed aduerbiorum,  
quia non sufficit aliquid facere, nisi bene fiat, nec censem-  
tur bene fieri, nisi ex bono animo fiat, ut dicit tex. pul-  
cher in c. non satis, 86. dicit. Idem etiam uidere poteris in  
13 prædicamento passionis, † habito respectu ad passionem  
animi, unde qui olim fuit amicus, uel inimicus, etiam ho-  
die talis psumitur, nisi directe uel per obliquum contrariū  
probetur, tex. est no. in I. in ipsius, C. fam. erci. & pulcher  
tex.

LOCVS A TEMP. AD TEMPVS. 553  
tex. in d.l. 3. §. fina. ff. de adimen. leg. & hinc rectè tex. in  
cap. accusatores, 3. question. 5. admonet, inimico reconciliato  
non dandam fidem, de quo per Ioan. de Anania, &  
Felinum in ca. cum oporteat, de accus. Ille enim qui irascitur  
et alium odit, vel diligit, non dicitur agere sed pati, & ideo talia à philosophis appellâtur passiones ani-  
mi, secus verò est, vbi quis patitur iniuriâ per verba, vel  
alios motus extrinsecos, quia nō sequitur. Quis è pœfis  
sis, ergo nunc percutitur, vel febricitauit, ergo nunc fe-  
bricitat, vt probatur in I. Martius, cum sua not. glo. ff. lo-  
cati. Passiones enī intrinsecæ & mentales, præsumun-  
tur continuè, sed passiones prouenientes ab actu extrin-  
seco & corporales, non præsumuntur continuè, vt luci-  
dè uideri potest i. iurib. præal. Idem etiam uideri potest  
14 in prædicamento situs, nam † si constat rem immobile  
olim stam fuisse infra certos terminos seu limites, præ-  
sumuntur etiam hodiè ibi esse. ca. ex literis de probat. nisi  
probetur directe uel per obliquum, desijſt esse in loco  
per mutationem terminorū, vt quia fundus auctus est,  
uel diminutus, uel à flumine, uel ab homine, l. si q.s duas  
§. 2. ff. com. præ. & l. si locus. ff. quemadmi. ser. amit. nam  
quod olim fuit iuxta viam hodiè potest esse iuxta flumē  
d.l. si locus, cum simi. Hoc etiam potest contingere per  
rei ueritatem, ut quia dominus de qua queritur est de-  
fructa, l. domum. ff. de contrah. empt. vel quia fun-  
das chrismate perijt, l. verum, §. sciendum. ff. de mi-  
nor. & sic desijſt esse in loco, in quo prius erat, quia  
desijſt esse in substantia, & qui tales mutationem alle-  
gat, eam probaredebet, vt est tex. pulcher in finalibus,  
& in I. eos, ff. finiū regundorum, & in I. i. & 2. C. eodem.  
15 Idem etiam uideri potest in prædicamento habitus,  
† nam qui semel habuit, præsumitur & nunc habere,  
& qui allegat prinationem uel perditionem debet pro-  
bare, ut est tex. in I. nec creditores. C. de pigno. actio. &  
in I. C. d' nō nu. pec. & i. ueluti. ff. de eden. cū sim. Vn-  
de qui semel habuit ciuitatē, & nūc præsumitur habe-  
re, & qui semel habuit dominū & nūc psumitur habere,  
d.l. siue possidet, & qui semel possidet, & hodie prælu-  
mitur

## 554 LOC. A TEMP. AD TEMPVS

mittur possidere, cum distinctione tamen, quam statim subiiciam, quod bene explicat Bal. post NicolauMandrelli, cuius pro magna parte sunt hæc, in l. ex persona, C. de probat. & ia l. de quibus, ff. de legi. & in l. data opera, C. de accus. ubi etiam declarat, quod in omnibus hum. modi decem predicationis testis potest deponere si sum, quem omnino uide, & uide Fel. in d.c. scribam. Ut autem plenè habecas notitiam dicti quotidiani articuli, at & quando quod olim erat, hodie presumatur esse, sic distingue: aut queritur de eo quod solo tractu temporis mutatur, ut in ætate mobili, & tunc quod olim fuit hodie non præsumitur, ut est tex. pulcher in l. si te minorem, C. de in integ. rest. aut queritur de eo quod solo tractu temporis non mutatur, & tunc subdistingue, aut queritur de eo, quod mutatur à natura, & tunc illud præsumitur semper esse, nisi probetur contrarium, iurib. suprà alleg. aut queritur de eo quod per accidentis evenit ex post facto, & tunc aut queritur de uirtutibus antiquis, & tunc quod olim fuit, hodie præsumitur. Quinimò incrementum per continuum exercitium recepisse creditur, ut est tex. pulcher in l. legatis seruis, §. ornaticibus, ff. de legi., & in d.l. non omnes. §. à barbaris. aut queritur de vitiis, & idem, quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, iurib. suprà i principio allegatis. Aut queritur de aliquius rei dominio, & idem, quia semel dominus semper præsumitur dominus, nisi contrarium probetur, d.l. siue possidetis, & l. id quod nostrum, ff. de regu. iur. & ratio est, quia illud difficulter mutatur, l. si quis vi. §. differentia, de acquir. poss. & d.l. id quod nosstrum. Ex quo sequitur, quod si ago rei uendicatione, & probo me fuisse dominum, debeo obtainere, & similiter si ago hypothecaria, & probo debitorem fuisse dominum, debeo obtainere, quia res præsumitur adhuc hodie debitis. Ita singul. dicit Alber. de Rosat. in d.l. siue possidetis, in princ. quod nota. Aut queritur de possessione, qua de facili perditur, & tunc subdistingue: aut ille, qui olim possedit, negat se de praesenti possidere, aut affirmat, Et affert se de praesenti possidere, aut nec affirmat nec negat

## LOC. A TEMP. AD TEMPVS 555

erat primo casu: aut ipse negans habet causam ab acto, & tunc præsumitur hodiè possidere, tex. est nota. in si creditor, C. de pign. actio. aut non habet causam ab auctore, & tunc aut probata est possessio tempore initij lis, & tunc res est clara, qui præsumitur hodiè possidere. Tex. est iuncta gl. in l. nō ignorabit, C. ad exhiben. aut probata est possessio de anteriori tempore, & tunc sunt opiniones inter antiquos glossatores, nam Placentinus, & Hugolinus dixerunt, quod præsumitur etiam hodiè possidere, Ioan. autem & Accursius tenent contrarium in d. l. non ignorabit, & in d.l. siue possidetis, sed pro concordia dictarum opinionum, potest probabilitate sic distinguiri. Aut tempus anterius est de proximo seu de recenti, & tunc præsumitur etiam hodiè possidere, d.l. non ignorabit, secundum vnam lecturam, & l. si rem. ff. de excep. reiudi. nisi de alio possidere doceatur, quo casu si is, qui possidebat, dolo desit possidere, habetur pro possidore, l. quod si dolo, & l. si is cui. ff. de rei vendic. Præsumitur autem dolo desistere possidere, si lite mota desistit possidere, nisi contrarium prober, ut d.l. si rem. aut illud tempus anterius non est de recenti uel de proximo, & tunc non præsumitur possidere. Quando autem dicatur de recenti, uel de proximo, siue de antiquo, iudicis arbitrio relinquendum est, argu. l. i. ff. de iure delib. qui ex qualitate facti & rei cuius possessio debet, probari poterit arbitrii, iuxta eleganter notata per Salicetum in d. l. non ignorabit. Secundo casu, quando affirmat se possidere, & ad probationem praesentis possessionis induxit testes, qui probant de anteriori possessione, tunc si queritur, aut ex illa possessione sic probata, presumatur praesens possessio? dicendum est, quod sic. Ita tener gloss. notabilis in d.l. siue possidetis, sed hoc singulariter limitatur per Salicetum in d.l. non ignorabit, nisi inter tempus possessionis probata, & presentem assertionem currexit tantum tempus, quod possessio dicatur perdita ex iuris dispositione, quod tempus est maius & minus secundum rei qualitatem & eius conditionem, ut ipse idem not. in l. i. C. de ser. fug. nam minori tempore possessio perditur

tur i re mobili, quām in re immobili, & etiam quandoq; in immobili perditur per negligentiam biēnalem, ut uideri potest in p̄d̄o tributario, l. qui agros, C. de om. ag. def. lib. 11. Tertio casu quando nec affirmat nec negat, tuac dico quod pr̄sumitur possidere, ex quo non apparet alium possidere, uel ex quo non apparet eum tanto tempore neglexisse ad possessionē accedere, quod pr̄sumitur mediante obliuione possessionem perdidisse, peregrē, cum ibi no. ff. de acq. pos. l. furtum. §. fundi, cum sua notabili gloss. ff. de usucap. quod commenda memo. riæ, quia articulus iste est ualde utilis & quoctidians, de quo etiam uide pulchre per Bal. & Ang. in. §. sic ita que, Instit. de actio. & plene per Alber. de Rosat. in d.l. siue possidetis, quō recurre. Quartò istud argumentum 17 potest formari alio modo sic. † A pr̄senti pr̄sumitur circa pr̄sens, c. qui crimen, 6. quæstio. prima & c. primo de accus. unde si quis de pr̄senti est criminol, pr̄sumitur contra eum quod accusat non bono zelo, iuribus supra proximè allegat. Hinc etiam est, quod regulariter nō creditur confessio se commissiū crimen contra alios quos dicit suos complices, ut est tex. in l. f. cum sua notabili gl. C. de accus. & in c. 1. de cōfes. Hinc etiam est, quod si appellans petat dilationem ad soluendum pr̄sumitur appellationi renunciare, l. ad solutionem, c. de re iud. & idem in similibus. Quinto istud argumentum 35 tum potest formari aliter sic. † A pr̄senti pr̄sumitur circa futura, c. si quis diaconus, 5. o. di. Vnde si quis de pr̄senti est negligens seu incontinentis, pr̄sumitur quod talis erit in futurum, & econtrā: hodiē diligens pr̄sumitur in futurum, d. ca. si quis diaconis, cum similibus. Sex. 39 tò istud argumentum formatur aliter sic. † A pr̄senti pr̄sumitur in præteritum: tex. est not. in l. 6. hi qui, & ibi Bal. C. de adulte. & bonus textus iuncta gl. in d. lex persona, & bonus tex. in Aut. de resti. & ea quæ parit in 11. mcn. §. 1. col. 4. & ibi gl. cum sim. unde qui nunc non est soluendo, pr̄sumitur retro fuisse non solue ndo: nisi contrarium probetur, d. lex persona, cum ibi notat. Et qui nunc est incontinentis, pr̄sumitur retro fuisse in-

cop.

continens, c. cum per bellicam, 34. quæst. 2. Hinc etiam singul. Alb. de Ros. in l. eum qui bona. ff. de iure fisc. in quæstione illa quotidiana: Bona cuiusdam hæretici fuerit publicata, & omnia vniuersaliter cuidam vendita, credidores autem hæretici volunt agere contra istum emporiem: quæritur an possint? dicit distinguendū hoc modo, ut eo tempore quo contractus cū creditoribus fuit celebratus, ipse erat hæreticus aut non, aut est dubium. Primo easu credidores emporē conuenire non possunt cum tempore, quo cum contractū fuit, hæreticus ille nō habebat facultatem administrandi bona sua uel contrahendi; imò iam eā amiserat: c. cum secundum leges, de here. lib. 6. & l. fin. C. ad legem Iuliam Majest. Secundo casu bene possunt eum conuenire, arg. d. l. eum qui bona. Tertio autem casu, quando est dubium, dicit eum in dubio pr̄sumi fuisse hæreticum tempore contractus celebrati cum ipsis creditoribus, cum de pr̄senti pr̄suma manus in præteritum: & allegat aliqua ex iurib. suprà adductis. sed cogita, quia hoc non est sine dubio. † Adhuc certe vt hæc argumentatio ex pr̄senti ad præteritum procedat, requiritur extreum à quo uerū, ut est status pr̄sens, & extreum ad quod possibile, ut est status temporis præteriti: & huiusmodi pr̄sumptione frequenter uruntur iurisconsulti, tunc scilicet quando si non pr̄sumeretur præteritum, parū operaretur pr̄sens, uerbi gratia, si ille qui est in possessione seruitius, non pr̄sumeretur retro seruus, parum operaretur vel prodest dñs pr̄sens possessio: & eccl̄trā, quia pr̄sumeretur violenta, clandestina, vel momētana: & idē lex statuit, q̄ ex pr̄senti p̄sumatur in præteritū, ne alias abrumperetur effectus temporis præsens: vt patet in liberis. §. fi. ff. de libe. cau. & in l. circa ff. de proba. Per q̄t evidenter pater iniustitia sententiae Appij Claudi⁹ decemviri contra filiam Virginij per ch̄tem Appij ad hoc subornatam in seruitutem assertam latet: de quo in l. 2. §. initium secessionis fuisse dicitur. ff. de ori. in. & ample p Titū Liuium lib. 3. Ut tamē plene habeas, q̄n hæc argumentatio à pr̄senti ad præteritum procedat, diccas

## 558 LOCVS A TEMP. AD TEMPVS.

cas hoc mō: Aut loquimur in materia necessaria, aut in materia impossibili stante in eodem statu, aut in materia contingentia: Primo casu procedit argumentatio à praesenti ad præteritum. Verbi gratia, sum hodie minor, ergo ex necessitate naturali sequitur, quod retro fui minor, & cōcludit ista probatio de necessitate, l. minor 25. annis ex aspectu. ff. de mino. itē de necessitate sequitur, sum natus, ergo fui conceptus, d.l. i. in Aut. de rest. & ea quoque parit in 11. mense, coll. 4. Secundo casu argumentum à praesenti ad pteritū nō procedit: unde si hodie sum maior, non sequitur, ergo in præteritum fui maior, d.l. si te mi norem, & l. cū te, C. de proba. Tertio casu subdistingue, quia aut status præsens potest concurrere cum naturali vortate antecedentis status, & tunc ex ppterenti præsumitur in præteritum, ut in d.l. liberis, §. si. aut status præsens nō potest concurrere cum ueritate antecedentis status, & tunc secus: Exempli gratia, esse prudente vel literatus est quoddam contingens, & istud non potest concurrere cum veritate primi status hominis, quia nemo nascitur prudens, nemo oritur literatus: cum isti sint habitus acquisiti, non innati, l. Stichus. ff. de leg. 3. & ergo ex praesenti nō procedit argumentatio ad præteritum. Et hinc est, qd si Papa mandat alicui prouideri de beneficio, si cōfiterit ipsum esse doctorem legum, uel literatam personam, licet tempore datae præsentationis literarum apparet ipsam esse doctorem legum, uel literatum: tamē nō præsumitur eum retro suisse talēm tpe datā expeditio nis literarum. Et ergo sibi nō poterit prouideri de beneficio, nisi doceat se suisse talem tpe datā expeditionis literarum, quę in hoc est inspicienda, c. si eo tpe, de rest. li. 6. & Cle. literas, cum ibi nota. eo. tit. & idem in simili bus est dicendum. Quædam enim est qualitas t intrinseca, cū qua homo nascitur, scilicet qd aliquis sit caecus, paucifacetus, sobrinus, & bonus: & hāc quis presumitur habere nisi contrarium probetur, c. si. & ibi pulchrit̄ per Inno. de præsum. & per glo. sing. in Clém. vnica, de offic. deleg. & per gl. in c. vnico, de scrū. Quædam autē est qualitas extinseca, vt literatura, gradus, & similes: & talis qualitas non

LOCVS A TEMP. AD TEMPVS. 559  
nō præsumitur nisi proberur. Ita dicit gl. not. in c. si. for tē super verbo, scientia, de elect. lib. 6. & uolunt Bal. Sa li. & Doct. in d.l. ex persona, & est de mente eiusdem Bal. in d.l. si hi qui. Hinc etiam in simili dicimus, quod solenitatis intrinseca præsumitur. §. finali. Institut. de fideiul for. & l. sciendum, & ibi habetur plenē per Baldum & Doctores. de verborum oblig. sed solenitas extrinseca non præsumitur, dicta l. quæcunque. §. finali. Septimō argumentum ex hoc loco potest formari aliter, à tempore re t scilicet belli ad tempus testis: quæzquiparantur, nam sicut tempore belli cum ius non redditur in loco, non currit præscript. Ita nec tempore pestis. Ita singuliter decidit Barto. in l. naturaliter. ff. de usucapio. & Panorm. & Canon. in c. ex transmissa, de præscriptio. Itē sicut tempore belli nedum miles, sed quilibet alius in eodem discrimine existens potest testari quomodo vult, & quomodo potest, l. ff. de bonor. possess. ex testament. mil. Ita etiam tempore pestis ualebit testamentū conditum coram duobus uel tribus testibus: cū tunc difficult̄ simili sit testes habere. Ita singulariter sentit Bartolus in dicta l. 1. & apertius Bald. in l. fin. C. de restam. & aper tissime Alexander de Imo. in l. scrinarios, C. de restam. milit. & Hippo. de Marl. in l. si in rixa. ff. ad l. Corn. de sic, quæ omnia cōmenda memoria tanquam pulchra, utilia, singularia, & quotidiana: & uide quod dixi supra in loco à uerisimili.

## LOCVS A LOCO AD PERSONAS.

Princeps an possit condere legem sibi, & recipi publice utilem, si in consequentiam alijs non subditis noceatur.  
Ocurrit nūc locus à loco ad personas, à quo sumptū argumentum est probable, frequens, & vtile: & eo vittur Ioan. Andr. in regula cum non stat, in pulchra qd de reg. iur. li. 6. in Mercur. lib. 6. & Doct. sapè alibi. Et formatur hoc modo. Quod licet in loco meo, licet & per sonis mihi subditis. Unde sicut in t loco meo possum facere qd uolo, principaliter ut mihi profim, licet alijs p conse-

560 LOC. A LOCO AD PERSONAS.  
cōsequentiā noceat, l. Proculus. ff. de damn. inf. & l.  
l. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. cum sim. & possim  
in meo, quod non possum in alieno, etiam si penderet  
pra meū, l. quemadmodum. §. i. & ibi Bald. ff. ad leg.  
Aquil. & l. si seruus, iuncta glo. & ibi Pau. de Cast. C. qd  
cum eo qui in alie. pot. est, & pulchrē per Innoc. Pet. de  
Anch Panor. & alios in c. i. de immun. eccl. & per Bar.  
& omnes in l. i. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunc. Ita etiā  
in subditis meis possum promulgare legem, mihi & rei.  
publicæ utilem, licet alteri etiā clericō nel ecclēsia per  
indirectū noceatur in suis redditibus & prouentibus. Ita  
singulariter consuluit Bal. in pulchro & quotidiano ca  
su in cons. incip. factū super quo petitur consilium tale  
est: & est inter consilia Pe. de Anch. i. i. & idem repertio  
consulutis Calderinū in cōfilio suo 2. i. sub tit. de cōfili.  
& incipit, Episcopus habens, &c. Cui cons. plures se sub  
scripserūt, & ad idē tendit consiliū Sign. de Homod. 2. i.  
& faciunt no. per Bal. in c. clericī. de iud. & no. per eun  
dem in c. ecclēsia S. Mariæ, ante fi. & in Rub. de consti.  
Ad idem etiā tendit late scripta per Barbat. in cons.  
655. vol. & scripta per eundem Barbatam in cons. 46. 3.  
vol. circa fi. & in cap. quod clericis, in 13. col. & seq. de  
foro compe, vbi late firmat, quod lex principis seu mu  
nicipalis in rebus subditis, potest refrenare potestatem  
subditi, etiam per respectum ad pias causas, vbi uide &  
idem uult Roma. in cons. 166. inci. uiso diligēter, in pri  
mo dubio. Contrariorum tamen in dicto casu quotidiano  
& similibus uoluerūt plures alij praeclarī Doct. vt vide  
re poteris in consilijs 12. 13. Petr. de Ancha. & late per  
Cardina. in repet. c. perpendimus, præsertim in 9. & 10.  
q. de sent. excomm. & in locis per eos commemeratis.  
Sed quis iustius inducerit arma, ex hincidi subtiliter al  
legatis perpendere poteris: materia enim est subtilis &  
quotidiana, studio camerali relinquenda, & maturā re  
quirens discussionem. quare ad eos remitto. Et uide qd  
dixi supra in loco a persona ad locum.

## LOCVS

## LOCVS A RUBRO. 561

## LOCVS A RUBRO.

- Argumentum à Rubro est probabile & frequens.  
Rubrum quando dispositi nō possit allegari, & nō seq.  
Rubrica quandocunque incipit per iōt, vel per ne, tunc decidit.  
& habet vim textus.  
Idem si continet orationem perfectam, & precipiat vel pro  
hibeat certum quid fieri.  
Actio ex rubrica, sicut lege oritur.  
4 Executores & conservatores dati à Papa habent iurisdictionem  
nō delegatam. (tur.)  
Lex in dubio intelligenda ut conueniat rubrica sub qua ponit.  
Lex habens plures intellectus non potest precisiè allegari ad  
decisionem causarum.  
8 Sententia lata contra legem habentem plures intellectus, non  
est ipso iure nulla, nisi talis lex sit certo modo intellecta per  
confuetudinem.  
9 Intellectus in dubio debet capi qui est dubitabilis.  
10 Rubrica an fini authenticā.  
11 Textus an debet recti per rubrum, & contraria.  
12 Rubrica quando est contraria nigro, cui potius flandum.  
13 Legib. prohibiti nō loquēsib. an cum iuramento possit renunciari.

Nunc subiectemus locum à rubro, à quo sumptū ar  
gumentū est † probabile, frequens, & utile, text. in  
l. i. & ibi not. per Bartol. Bald. Angel. Sali. Paulum de  
Cast. Alex. Iaf. & Doct. ff. si cer. petra. & bonus tex. iūcta  
gl. in §. hec autem uerba, de penitē. dist. i. & est glo. in  
l. i. circa fin. C. ne fideiū. dotum dentur, & gloss. in  
Auth. nul. cred. agri. super uerbo omnes, & gl. in Auth.  
ad h̄c. C. de usur. & gl. in l. uni. super uerb. ex uicaria:  
C. de prof. qui in urbe Cōstantinopolitana, li. 12. & hoc  
arg. utitur gl. in l. ins emphyt. prædij. in fin. C. de fund.  
patr. lib. 11. & gl. in c. potuit. de locato. & gl. in Auth. mi  
noris debitor, in fi. C. qui da. tu. po. & gl. in l. uni. C. de  
mul. & in quo loco, li. 10. & gl. in Rub. de reg. iur. lib. 6.  
& gl. l. de quib. ff. de leg. Eo ēt utitur Io. And. i. Rub. de

Nn clo.

cle.coniug. & idē Io. And.in c.uni.eo. ti.li.6. & illic Do  
min.co etiam utitur Io.de Imo.in l.i.in prim.ff.de nou  
oper.nun. & Doct.sepe alibi: & de eo habetur per Bar  
to. & alias in l.1.de confir.rut. & per Cy.in l.2.C. to  
tit. & per Pan.in c.ex parte M. dominæ, de appellat. &  
per Ant.de But.Io. de Imo.Pan. & Canon.in proemio  
compil.Greg. & per Bal.in Rub.extra de summa trin. &  
per Spec.& Io.Andr.in tit. de dispu. & alleg. §.fin. i.fin.  
& pef.Io.de Imo.in Rubr.ff.de uerb. obl. & per Ang.de  
Aret.in Rubr.Instit. & per Ias.Instit.de actio. in Rub. &  
per gloss.in proemio sexti super uerb.to, titulis, q.singu  
dicit, quid rubricæ sunt de textu, adeò quid scriptor q.  
promulgit scribere librum, tenetur etiā scribere rubricas.  
Et idem eadē ratione dici potest insupercriptione legis  
uel canonis: & ita decidit gl.in l.propter infidias. C. qui  
accus.nō possunt: quam ad hoc ponderat Lud.Roma.in  
repet.Auth.similiter, in 33.speciali piæ causæ circa ulti  
mas uoluntates, C.ad legem Falcid. Cui addo alias gl.  
in l.1.C.de me. & metal.lib. 11. & illud Matt.22.Cuius  
est imago hæc, & inscriptio: cum his quæ ibi sequuntur,  
& hoc argumento à superscriptione utitur Io.Andr.in  
regula, quod alicui gratiōe. & in regula, cum quid usq  
de reg.iur.lib.6.in Mercur. & Panor.Felin. & alijs, in c.  
ex literis.de confit. & Cardi.in c.significauit, de testib.  
& idem Cardin.in repet.c.perpendimus, in 6.oppositio  
de sentē.ex cōmun.& Doct.frequentiter alib. Et istud ar  
gumentū à rubro potest formari quadrupliciter ad qua  
duplīcem effectum. Vno t modo potest allegari rubrū  
dispositiū sicut ipsum nigrum: quando oratio est perse  
cta & cōsonat nigro: unde quotidiē allegamus in rubro  
& nigro, ut nemo in sua cā ius sibi dicat: & nigro, ut ec  
clesiastica beneficia sine diminutione conferantur: & ni  
gro, ut nemo iniuitus agere uel accusare cogatur: & in  
rubro & nigro, quod quisq; in alium statuit, ipse eodem  
iure utatur, & in rubro & nigro, ut līte pendente nihil  
innouetur: & sic de infinitis alijs plene commemoratis  
per Henr. Boich in d.procēmio Gregoriano. Omaes  
enim rubricæ consonantes textui possunt allegari pro  
textu,

textu, secundum Bal.in Rub.C. an seruus ex suo facto,  
& est de mēte glo.in Rubr. si quis testam.liber esse iuss.  
fuer. Et t quādocunque rubrica incipit per ut, uel per  
ne, tunc decidit & habet uim textus. Quādo uero rubri  
ca incipit per an, tunc ponitur in modū questionis, Tex  
tus autem uel nigrum decidit secundum Bal. in d.Rubr:  
Can seruus ex suo facto. Inīo quod plus est, omnis ru  
brica continens orationem perfectam, & precipiens cer  
tum aliquid fieri, uel prohibens non fieri, et si non inci  
piat per ut, uel per ne, dicitur cōtinere ius commuue, &  
potest allegari uttex. Ita notab. senti. Host.in summa in  
d.Rub. ut eccl. benef. sine dimi.confe. & sequitur Feli.  
in Rub. ut līte non contesta. & exemplificant de rub.de  
sup.neg.præla. & de pluribus alijs, uideri potest per eos  
Ex quo etiam sequitur, quid ex t rubrica oritur actio  
sicut ex lege, gl.est notab.in l.1.C.de capita.ciuī censi  
eximenda, quam ad hoc notat Pirrus post Barbatiam,  
in l.un.C.de impo.lucra.descrip.libr. 10. quando autem  
oratio rubri non est perfecta, uel dissonat à nigro, tunc  
non potest allegari dispositiū, uel per se, quia tunc nō  
habet aliquid diffinire, sed solum nigri materiam dem  
flare, ut dicit Io.An.in d. §.fi.in fin. & Io.de Imo. in d.  
Rubff.de uerb. oblig. potest tamen allegari ad illos ef  
fectus, de quibus infra, secundum Anto.de But. & Pa  
nor.in d.procē. Gregor. Secundū sumi potest argumen  
tum à rubro ad eliciendum prælationem, l.2. & ibi Bal.  
ff. de statu homin. & ita arguit gl.in Rubrff.de eo per  
quem factum erit, & Doct.sepe alibi, de quo quia latē  
dixi supra in loco ab ordine rubricarum seu titulorum,  
hic non repeto. Tertiū potest sumi istud argūmentum à  
rubro pro elicienda qualitate potestatis eius, de cuius  
officio in rubrica uel titulo tractatur.. Ex quo enim ali  
qua materia ponitur sub aliquo rubro ex hoc iudicatur  
esse illius naturæ, cuius est rubrū. Ita uult gl.nota. in c.  
i. & in c.si super gratia, & ibi Domin.de off. de cīg.lib.  
6. & gl.in c.tibi qui, de retr.eod.lib. & glo.i Clem.uni.  
de offic.del. In quibus locis glossi per hoc concludit. q.  
executores. t & cōseruatores dati à Papa habent iuridic

cionem delegatam, ex quo de ipsis ponitur in f. de off. deleg. & in tit. de rescrip. & illas gl. multum commendat Pan. in dicto procēcio Gregoriano, in c. suspicōis, de off. deleg. & Ioan. de Imo. in d. Rubr. ff. de verb. ob'ig. & Aléx. de Imo. in consil. suo 202. 3. voluminis, incipiente, domini, & Super eo de quo queritur, &c. Quartò potest suū argumentum à rubro, pro elicienda veriori lectura; nam quando lex uel canon habet plures lecturas, illa vi detur, que magis adaptatur rubrica, & eius materie: de hoc est glo. notabilis, in c. bonæ, de confirmatione vti li vel inutili, & ibi Panor. circa f. eam multum commen dat, & bona gl. in c. cum monasterium, & ibi Io. And. Io. de Imo. Pan. & Doctor. notant de ele. & glo. in l. unica in verbo, tractare, & ibi Bal. notat, C. ne liceat tert. prou. & illam glossam co[m]mendat Socin. in consil. 5, circa me dium, inci. prestantissimè Docto. Lex enim † uel canon in dubio debet intelligi, vt conueniat rubrica uel titulo sub quo ponitur, l. Imperator, & ibi Barto. notat, ff. de in dieni additione: & idem uult Bar. in l. fin. in prin cip. ff. de condit. indeb. & Panorm. in cap. inter alia, circa finem de immun. eccl. & Paul. de Cast. in l. actione, C. de transact. Hinc dicit Bald. in d. l. unic. C. ne liceat tertio prouo. quod quando textus est dubius, rubrica probat qualiter tex. sit intelligendum, quod dicit ualde notabile pro rubricis statutorum. Hinc etiam singulariter dicit Ias. in l. de die, ff. qui satisfare cog. quod l. non puto, ff. de iure fisci, debet restringi ut intelligatur, quando si scus agit ex causa lucrativa, ut ibi latius per eum, & per Alex. in d. l. 1. ff. sol. matrimo. & per eundem in d. l. non puto, in apostil. ad Bar. & per Ang. in §. fin. Insti. quibus mod. testam. infir. & per Ias. in §. si quis agens, Insti. de act. Circa quod uolo te incidēter scire. quatuor alia pul chra, & quotidiana dicta. Primum est, q[uod] nīcunque † lex uel canon habet plures intellectus, tunc huiusmodi lex uel canon nō potest efficaciter, & præcisè allegari ad decisionem canicularum: Ita singulariter dicit Bar. in l. in ambiguo, ff. de reb. dubijs, & sequitur Alex. de Imo. in d. l. in 2. col. ff. sol. matrim. & Feli. in c. 1. circa fin. de const. Qd enim

enim multipliciter intelligit, illius veritas ignoratur: vt post Arist. dicit Bal. in l. data opera, C. qui accus. nō poss. & idem Bal. in l. nec quicquam, §. ubi decretum, in prin cip. de off. pro conf. Secundum est, quod ille qui facit contra legem præcepti diuini uel ecclesiæ, in cuius intellectu sunt variae opinione, sequendo vnam earū non pec cat, quamdiu nō est facta præcisa declaratio per ecclesiam: licet postea illa opinio, quam prius fecitus est, reprobetur. Ita singulariter dicit glo. relata ad textum recte intellecta, in c. cappellanus, de fer. & ibi Ioan. Andr. Ant. de But. Panor. & Doct. id notant, & vult Alex. de Imo. in consil. 1. vol. 2. Et pro isto est bona gl. in c. unico, super yerbo, de cetero, de postu. prælat. lib. 6. & ibi illā cō mendant Dominic. & Phil. Franc. & benè faciunt notata per Innoc. & Bald. in c. ne innitatis, de constit. Tertium est quod sententia † lata contra legem uel canonem habentem plures intellectus uel lecturas, errore etiam in sententia expresso, nō est ipso iure nulla, sed debet appellari ab ea, alioquin transit in rem iudicataim: tex. est singularis secundum unum intellectum, in l. cum prolati, & ibi hoc firmat Ioā. de Imo. ff. de re iudic. Hoc etiā firmant Anto. de Butriq. & Io. de Imo. in d. c. 1. de constit. & facit c. pastoralis, cum ibi not. per Panormit. Fel. & alios de fide instrument. Hoc tamen limitatur singulariter uerum, nisi talis lex sit certo modo intellecta, & interpretata per consuetudinem: ita notabiliter decidit Cy. post Iacob. in l. 2. C. quando prouoc. non est necess. quod nota. Quartum est, q[uod] quando in lege vel canonc sunt plures intellectus, debet † in dubio capi ille intellectus qui est dubitabilis, l. quod Labeo, ff. de Carbo. edito, & uult Pan. in c. cum iure peritus, de ele. & frequenter alibi: quod est uerum ēt si talis duplicatus intellectus uel amphibologia surgar ex diuerso modo punctuandi, etiā in constitutione penali: de isto est tex. iuncta sua singulare gl. in c. 1. in uerb. clericum, de tempo. ordin. lib. 6, quam reputat singularem Ludo. Roma. singul. 758. inci. dicit statutum: & in consil. suo 509. Et quia dixi, qua duplicitate posse argui ex rubricis, sequitur, quod rubri-

10 cæ sunt fauthenticæ: quod est uerum in rubricis legum, & decretalium, sexti, & Clementinarum, sed non procedit in rubricis decreti, quia illæ non sunt authenticæ, imò sèpè sunt falsæ, ut patet ex glo. Rubr. in c. chartæ 3. q. 9. & not. Spec. & Io. And. in d. tit. de disput. & alleg. §. fin. circa fin. & sic in eis non potest sumi argumentum a rubro: & ita volunt. Ant. de Burr. Henr. Boich, & Pano. in d. procœmio Grego. & Ioaui. de Imo. in d. Rubr. ff. de verbo. oblig. & Ang. in d. Rubr. proce. Instit. & Salice. & Doct. in d.l. i. ff. si cer. pet. Sed hic cadit pulchrum di-  
11 bium, quid si textus + uel nigrū sit generalior uel gene-  
ralius rubro, an debeat restringi per rubrum? Et dico q.  
non. glo. est de hoc ualde notab. in Authen. de incestis,  
& nepharia. nupt. in verb. illicitas, colla. 3. Vnde licet rubri-  
ca ibidem solùm dicat de nuptijs incestis, & nepharijs,  
tamen quia nigrum generaliter loquitur de nuptijs illi-  
citis, comprehendit omnes nuptias illicitas, etiam si non  
sint incestæ uel nephariae: & hoc expressè firmat Pano.  
in Rubrica de cler. peregr. & Io. de Imo. in d. Rubr. ff.  
de uerbo. oblig. & Alexan. de Imo. in d.l. i. ff. si certi pe-  
tat. vbi dicit hoc. sse vtile pro statutis habentibus rubri-  
cam specialem, & nigrum generale, de quo latius ibi per-  
eum: & est bona gl. in Rubr. & in l. i. cum ibi notat, per Sa-  
lic. C. etiam ob chirog. pecuniam pignus retineri posse.  
Quid at econtrâ, si in rubro plus habeatur, quam in tex-  
tu, vel nigrō, & sic rubru est generalius nigrō, prout qā-  
que coantingit, vt patet in Rubr. C. de relig. & sumptu.  
func. & C. de reb. cred. & iureiu. an tunc rubrum restrin-  
gatur per nigrum? & dico similiiter, q. non: sed potius  
ampliatur nigrum per rubrum, qn rubrum habet oratio-  
nem perfectam: gl. est notab. in d.l. i. & ibi eam commē-  
dat Bar. C. de capi. ciuitum censib. eximen. lib. i i. de quo  
vide latius per Ioan. de Imo. in d. Rubrica, ff. de verb. ob-  
lig. vbi dicit se hoc habuisse de facto: & ita etiam in pul-  
chro casu consului Pa. de Cast. in conf. suo 388. inci. pra-  
fens causis modicam dubitationem habere videt, in anti-  
quis: & idē uoluit Sal. & Alex. in d.l. i. ff. si cer. pet. & idē  
Alex. in conf. 14. uol. Alter tñ in hoc sentit Alciatus pa-  
rad o-

567  
doxorum lib. i i. cap. 18. Iason in dict. l. i. per sex fun-  
damenta, sed contra Iasonem, & cum Ioan. de Imo. Pau-  
lo. de Cas. Alexand. Salic. & alijs tenet Pet. Gerar. de petra  
fan eti, in singulari 7. ubi clare respondit fundamentis Ia-  
sonis, quem omnino uide. Quid autem si rubrica sit cō-  
traria f nigro, cui potius erit standum? & dico, quod ni-  
gro tanquam posteriori: posteriora enim prioribus de-  
rogant. l. pacta nouissima, C. de pactis, & ita specificè uo-  
lunt Alb. Salice. Alexan. & Ias. in d.l. i. ff. si certum pet.  
& Ias. in d. Rubr. de actionib. & Ang. in principio Institu-  
tionum in Rubr. & Pan. in d. procœmio Greg. & pater  
exemplum in l. i. C. de præb. salario lib. i o. Vnde cōclu-  
siuē, & resolutiū epilogando p̄missa, dicas hoc modo.  
Aut rubricæ non sunt authenticæ, ut sunt cærtæ rubri-  
ca Decreti, & tunc ab illis non licet arguere: aut sunt au-  
thenticæ, & tunc aut non habent orationem perfectam,  
non licet ab eis arguere dispositiū, sed benē ad alios ef-  
fectus de quib. sup. arg. in Aut. de testa. imperf. in princ.  
Aut habent orationem perfectam, & tunc aut rubrica cō-  
tradicit nigro, & tunc non licet arguere à rubro, ut in d.  
tit. de præb. sal. li. i o. imò statur nigrō, ut suprà dixi, aut  
ei non contradicit, & tunc aut omnino concordat cū ni-  
gro, & hoc cauſi ab vtroq; potest argui ēt dispositiū, ut  
C. ne fideiussor. dot. den. & in pluribus alijs similibus,  
de quibus suprà: aut in aliquo se excedunt, & ab eo in  
quo concurrunt licet arguere: in eo uero in quo exce-  
dunt, licet arguere ab excedente non ab excesso: rubrum  
enim suppletur per nigrum, & econtrâ, ut suprà dixi. Et  
ergo si rubrica statuti habeat, q. in causis laboratorum,  
societatum liceat procedere sumariæ, & de plano, & in  
nigrō solū fiat prosecutio de causis societatum, idem  
consebitur dispositum in causis laboratorum, propter ru-  
brū. Ita sing. dicit Sal. in d.l. i. ff. si cer. pet. & est de mea  
te Pan. in d. procœmio Gregor. & uolunt alij in locis su-  
prà commemoratis. Qui etiam dicunt, q. quando rubri-  
ca est negatiū concepta, & prohibita, non pot ei con-  
fensi partium etiā cum iuramento renūciari, per gl. no.  
in d.l. i. in fi. C. ne fideiussor. dot. den. quā sequitur Bar. i l.  
N n 4 generali,

568 LOC. A SVBIECTA MAT.  
generali, illo eod. tit. dicens per hoc, quod statuto dicen-  
ti, q̄ minor sine consensu propinquorum non potest cō-  
trahere, non potest renunciare etiam cum iuramento  
& ergo si minor contrahendo iuret non uenire in con-  
trarium, tale iuramentum non prodest aduersario, quod  
an sit uerum, si de latius per Doct. lacis prædictis, & per  
Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de infir. edi. in §. porrò,  
circa fin. & per Alex. de Im. in conf. suo 11. 3. uol. incip.  
uiso, & per Io. de Im. in rep. c. contingat, in antepen. in  
pen. & in ult. q. de iuram. ubi reperies, quod licet legi  
bus prohibitiue loquentibus non possit renunciari sine  
iuramento tamen legibus prohibitiue loquentibus bene  
potest renunciari cum iuramento, & hoc puto uerius.  
Quæ omnia commenda memorie tanquam pulchritu-  
lia, singularia & quotidiana.

LOCVS A SVBIECTA MATERIA.  
1 Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.  
2 Verba quādā impro prientur ratione subiectae materiae, & per  
totum locum.  
3 Verbarogativa quando stent preceptuē.  
4 Impropietas tolerantur quam lex, communis intellectus, nam  
ra contractus, iudicij, & consensus partium tolerat.  
5 Copulativa aliquando ponitur pro disjunctiva.  
6 Sementiae verba impro priantur, ut saluerit mens iudicantis.  
7 Venditor promittens defendere emptorem in re vendita, de  
qua defensione intelligatur.  
8 Verba statui aliquando impro priantur.  
10 Dictionis iterum, natura.  
11 Verba intelligenda secundum conditionem persona ad quam  
diriguntur, uel in quam dispositio conferuntur.  
12 Conatus pro contento, & contra.  
13 Verbum effigio, an importet dominij translationem.  
14 Generalitas relata ad locum, restringitur secundum subiectā  
materiam.  
15 Meum, tuum, suum quandoque trahuntur ad futurum.  
16 Confessioni contra consuentem quando non Stein.

Ver-

LOCVS A SVBIECTA MAT. 569  
17 Verbum oportet, quando non importet necessitatem.  
18 Verbum debet, pro potest, &c. contra.  
18 Dignitas nomine beneficij non uenit in materia stricta.  
19 Culpe appellatione quid intelligatur?  
21 Masculus in feudis etiam famineis preferitur foemina proxia-  
moris gradus.  
22 Filiorum appellatione in feudis comprehenduntur omnes de-  
scendentes.  
23 Lis de rebus facile corruptibilibus celeriter debet terminari  
uel reis uenidi.  
25 Dicitio, alius, quando non implicet similia.  
26 Iurans in compromisso panali facere laudo, potest contravenire  
soluendo panam.  
17 Officium aduocatorum & iudicium.  
28 Receditur à materia subiecta, ne actus careat effectu.

Vbsequitur nunc locus à subiecta materia, à quo sum  
S peum argumentū est forte, frequens & valde utile, &  
formatur hoc modo, Verba t̄ debent intelligi secundum  
materiam subiectam, text, est in cap. solitæ, & ibi Cano-  
niz̄e notant, de maiestate & obediens. & bonus textus  
in l. si. uno, in princ. & ibi Barto. & Sali. notant, ff. locati.  
Verbum enim, dono, ratione subiectæ materie ibi im-  
propriatur, & est pulcher tex. in l. danni infecti quidam  
in principio, & ibi Ange. notat, ff. de damno infecto, &  
& in l. fluminum, §. hęc stipulatio, cum sequenti illo eo.  
tit. & bonus text. in l. si stipulatus ff. de vſur. & tex. pul-  
cher ponens casum quotidianum in c. si. & ibi Alua. &  
Feud. not. si de feu. fuer. controuersi in vſib. feud. &  
tex. multū sing. in l. fin. C. de non nu. pec. vbi habeatur  
quod etiam iuramentum intelligitur secundum naturā  
materie super qua p̄fstat. Sermones enim teste Arist.  
expetendi sunt secundum materiam subiectam. &  
hinc eleganter dicit Horatius in arte poetica, Versibus  
exponi Tragicis res comica non vult, & paulo post, Tri-  
stia mœſū nultum uerba decent, iratum plena minarū,  
Ludentem lasciuia, seuerum seria dicta, &c. Et isto argu-  
mento à subiecta materia utitur Pa. de Ca. in l. si preca-  
rio, in pulchra q. ff. com. prædi. & DD. s̄pē alibi, ut inf.  
patebit.

2 patebit. Hinc est † q ratione subiectæ materiæ uerba impropriantur, et in materia in qua sit stricta interpretatio, d.l. si uno, & d.l. dñi infecti q dñ, & d.s. hæc stipulatio, & d.l. si stipulatus, cum ibi not. & l. conditio in preteritum & d.l. decem, ff. de uerb. obl. & l. 3. s. desinere. ff. vsufruendarius quemad. caue. cum utrobiq; no. per gl. & Doct. in l. insulam, & ibi Bar. & Pan. de Calt. not. ff. de præscrip. verbis, & habetur pulchrè & notabiliter per Ale. de Im. in confi. 5. uol. 4. incip. redemptoris, & puto de iure, &c. circa fi. & per Pet. de Anch. in confi. 2 8 1. incip. in Christi, &c. In auxilium veritatis, &c. circa finem. Hinc etiam videmus, quòd † uerba rogativa, in materia præcepti stat præceptiū, & non negatiū, ut est glo. in c. rogo, 11. q. 3. & tex. in c. vnicō, in s. porrō, & ibi hoc notat Dominicus de statu regula. lib. 6. Et uerba imperatiui modi non semper stant pceptiue, sed impropriantur quandoque ratione subiectæ materiæ, uel consuetudinis, ut est tex. fin. in Clem. exiui de paradiso. s. & quia prater ea, de uerborū signifi. & volunt Panor. Ioan. de Imo. & Canonizte in c. nam concupiscentiam, de cōst. ubi vide. Toleratur tamen improprietas, quam lex, cōmuniſ intellectus, natura rei, natura contractus, natura iudicij, vel consensus partium tolerat, ut pulchrè, & eleganter declarat Bald. in l. fin. in 14. q. C. de hære. inci. Hinc etiam est, quòd ratione subiectæ materiæ vna dictio ponitur pro alia, ut est gl. in l. eas causas. ff. de cond. & demonst. quam reputat not. Ioā. de Imo. in l. fi. de hære. insti. Hoc tamen nolo te ignorare, q vbi dictio potest stare nominaliter & aduerbialiter, potius intelligetur, ut sit aduerbialiter, si ex intellectu nominali resultaret intellectus falsus, vel iuri contrarius. Ita singulariter dicunt Dominic. & Philip. Francis in capit. ui. circa, per illum text. iuncta gloss. in uerbo, periculose, de elect. lib. 6. quod est notabile pro in tellectu statutorum & priuilegiorum. Hinc † etiam est, q copulativa ponitur pro disunetiua, & ecōtra. l. penul. cum ibi plenē not. C. de uerb. signific. & uult Pan. in c. 2. & in cap. inter cæteras, de rescri. & Docto. sæp̄ alibi. Hinc etiam est, quòd dictio quasi, interdū est nota ueri-

tatis,

LOC. A SVBIECTA MATERIA. 571  
tatis, in erendum nota improprietas, & interdum nota si nullitudinis; secundum materiam subiectam, vt dicit Sa lie. in l. quoniam multa facinora, circa fi. C. ad l. Iul. de q̄ publ. & pater Ioann. 1. quasi vnigeniti à patre, & idem in dictione, ranq. d.c. solita, cum gl. & c. ex parte, & ibi Pan. de sp̄ sal. vbi recurre. Hinc et est, q verba sententiae impropriatur, vt saluetur mens iudicantis, gl. est no. in l. puto, s. 1. ff. fami. hercifcun. quam reputat singularem Bal. in l. cum virum, C. de fideicō. & idem Bal. in c. fi. circa finem, de transla. episc. & idem Bal. in c. cum su per circa fin. de re iud. & Roma. singulare 19. & Iason in l. sed & si possessor, in s. item si iurauero, circa finem. ff. de iure iur. & Io. de Imo. in l. 1. s. si quis ita. ff. de ver. obl. Hoc tamen declara & limita, vt per Pan. & Feli. in c. auditis, in prin. de præscriptio. Hinc etiam est, quòd si venditor † promittat defendere emptorem in re vendita contra quemcūque, non intelligitur promissio, se de sensurum eundem à violentia extrajudiciali, vt est tex. valde notabilis in l. expulso, C. de actio. emp. & vult An ge. in d.l. dñi infecti quidam in mō magis singulariter voluit Bald. in dict. l. expulso, uidelicet quod etiam si venditor promittat defendere emptorem de iure & de facto, nel à iure & à facto, tamē nō tenebitur defendere à violentia extrajudiciali, vt ibi latius per eum, & idem vult Pan. in c. fina. de emptio. & veditio. de quo uide latissimē p Barto. & Doct. in l. stipulatio ista, in prin. ff. de verb. oblig. vbi plenē reperies. Aduerte tamen, quia præmissa procedunt in priuata persona, secus aut̄ dicendum est in principe, qui aliquē rcecepisset sub sua protectione vel defensione, nā intelligitur promissio: quòd efi defendet & proteget contra illos qui eū de facto turbarēt vel inquietarent, vt pulchrè decidit Pet. de Anch. in suo eleganti confilio. 87. incip. in Christi, &c. omisso primo dubio, & c. & post eum Ioan. de Anania in c. penult. in fine de accusa, & faciunt notata per Bar. in l. 1. C. de excusa. muner. lib. 10. Hinc etiam est, quòd † licet verba statuti debeant intelligi propriè & in proprio significato, l. 3. s. hæc uerba. ff. de nego. gest. cum s. tamen ratio ne per

ne personæ ad quam referuntur, & sic ratione subiectæ materiæ possunt impro prijissimè intelligi. Ita sing. vult Bart. in l. i. in princ. ff. ad legem Falcid. vbi concludit, q̄ si statutum dicat, quod filia sit contēta dote pro Falcidia debita in bonis patris terminus, Falcidia intelligitur pro legitima, licet hoc sit impro priare dictionem Falcidia, sed hoc operatur subiecta materia, secundum eum, & hoc dictum refert, sequitur & multū commendat Ias. Aut. vñ si parens, C. de inof. test. Hinc ét est, q̄ verba apta referri ad actū & ad aptitudinē referunt ad aptitudinē, & habitum solum rōne subiectæ materiæ, text. est not. in c. maiores, & ibi Pan. not. de Baptis. Hinc etiā est, quod interdum eadem clausula relata ad diuersos, potest operari diuersos effectus secundum subiectam materiam, tex. est no. in cap. ab excommunicato, & ibi Car. Io. de Imo. & Pan. eum ad hoc no. de refcri. & idē Pan. in cap. i. de mu. peti. & idem vult Cardi. in colim, per illum tex. quem dicit singularem, de refc. Hinc etiā est, quod idem actus † respectu diuersarum personarum potest parere actiones diuersi generis, vt est text. in l. si mandatum, C. de neg. gest. Hinc etiā est, quod si dicatur in instrumento, Concedo tibi talem rem in emphyteufi perpetuam, & quicquid iuris habeo in illa pro pensione annua, talis contractus censembitur censualis & non emphyteuticus, & illud verbum in emphyteufi, impro priabitur ratione subiectæ materiæ, & exponetur id est in concessionem censualem perpetuam, propter verbā illa sequentia, & quicquid iuris habeo in illa. Ita sing. dicit Io. de Imo. in c. ad audiētiam. de reb. eccl. non alie. & est tex. si benē ponderetur, in ca. constitutus, & ibi hoc vult Pan. de reli. dom. & dixi suprā in loco ab emphyteufi ad censum. & hiuc rectē dicit gl. in c. si papa, in f. de priuili. li. 6. q̄. vnum & idem verbum diuersificatur secundum adiuncta. Hinc ét est, quod licet

10. † dictio iterum, vel iterare, ex propria significatione designat geminationem, & numero binario sit contenta, tamen in materia editionis instrumentorum rōne subiectæ materiæ exponit id est, quoties opus fuerit, l. veluti,

S. hac.

§. haec vox. ff. de eden. & est gl. in c. sua nobis, & ibi hoc not. de appell. & idem dicit de verbo rogo, de quo dixi suprā, & de verbo volo: quod ratione subiectæ materiæ impro priabitur & exponitur pro velle debeo, vt Matt. 7. oīa quæcunq; vultis, vt faciat vobis hōies, & vos facite illis, & trāsumptiuē in principio decreti, vbi de hoc ē bona 11. gl. quod nota. Hinc ét est, q̄ verba † debent intelligi secundū conditionē personæ ad quam diriguntur, uel in quam dispositio confertur, ut est tex. no. & vulgaris in c. plenū, §. equitij, & ibi Bar. Bal. & Doct. not. ff. de usu & hab. & bonus tex. in c. solit. Et ergo si testator legavit uxori sua lectū, nō uenient in legato culcitrix deferico, quia non conueniunt personæ uiduæ, secundum Bald. in d. §. equitij & idem vult Bald. in l. i. in uers. itē queritur, C. de leg. quem refert & sequitur Fel. in c. sc. des. in 3. col. de refc. & idē Fel. in c. causam quā, eo. tit. quē omnino uide. Contrarium tamen in hoc quotidiano art. tenet Bar. in l. librorum, §. f. & ibi per glo. de leg. 3. & idem Bar. in l. f. §. 1. ff. de au. & arg. leg. sed primam op. credo ueriorem, & communitorem. Hinc etiā est, quod uerba contractuum, & ultimarum uoluntatū intelliguntur secundum personas contrahentium, & illorum ad quos diriguntur, secundum Bal. in d. l. expulsos, circa f. & est gl. in Lucius. §. tres heredes, & ibi Io. de Imo. ff. ad Treb. & pro hoc allego tres textus egregios, scilicet l. ex militari. ff. de testa mili. c. si pater, de teſta lib. 6. & c. cum de beneficio, de præben. eo lib. de quo articulo uide plenissimè p. Ias. in d. l. stipulatio ista, §. hi. 12. qui. Hinc etiā est qđ in iure † continē s. p. ponitur, p. cōtentō, & econtra l. solēt, & ibi not. ff. de of. procon. & est gl. in l. certo generi, & ibi Bal. & Pau. de Cast. not. ff. de seruit. rust. præd. ubi inter cetera dicit Bal. q̄ si mercator habēs camerā conductā i platea, leger alicui in testimoniō camerā ipsam, intelligitur legasse ea quę haberet in camera illa, & nō camerā ipsam & capitū cōtentū pro continē, qđ cōmenda memoriæ, quia est quotidiana num, & habes simile in §. si quis agens, & in §. si minus. Inst. d. a. & utrobiq; obiter not. l. s. post gl. i uerb. itētio ne. Hinc

¶ 3 ne. Hinc est, q̄ tuerbum assigno, q̄nque significat dō minij translationem, & qnandq; non, secundum quod ratio iuris & materia subiecta patitur: Ita not. dicit Bar. in l. si constante. ff. so. matr. & sequitur Bald. in l. ubi ad. huc, in fi. C. de iur. do. Hinc etiam est, q̄ generalitas relata ad locum, ut qui dicitur ubicung; locorum, restringit secundum subiectam materiam, c. ut animarum. §. i. de constit. lib. s. & notat glo. in l. i. ff. de eo quod certo loco, & glo. in l. si duo in princ. in uerb. ubiq; ff. de confi. pec. Item generalitas relata ad res uel bona, etiam restringit secundum subiectam materiam, ut in pulchro casu consuluit Pet. de Ancha. in cons. suo 163. incipiente in Christi, &c. uisis & diligenter inspectis, &c. quod commendam memorie: quia facit ad multa. Hinc etiam est  
 14. quod hæc t̄ pronomina, meum, tuum, suum, quorum proprijs natura est trahi ad nunc, hoc, est ad tempus praesens. l. si ita. ff. aur. & arg. lega. trahuntur contra proprijs significationem ad tunc & futurum, propter materiam subiectam. Ita not. dicit Io. An. in reg. qui sentit, & in reg. q̄ facit, in pulchra quest. de reg. iur. li. 6. in Mercu. Hinc etiam est, quod dictio perpetuum, quæ sèpè ponitur in testamentis, contractibus, & alijs dispositionibus, aliter & aliter accipitur secundum materiam subiectam: Ita sing. dicit Alber. de Rosat. in procemio. C. quem refert & sequitur Franciscus de Crema, in singulari suo. 115. Hinc etiam est quod interdum simpliciter dicitur fieri, quod reuera sit conditionaliter quando uidelicet conditio inest ex natura actus: ita singulariter dicit Bald. in l. Galus. in. §. quidam recte, super primo exemplo glo. ff. de lib. & posth. Inferens ex hoc, quod licet statuto caeat, quod positioni. debet simpliciter responderi, potest tamen responsio conditionari secundum naturam rei uel actus: quod dicit multū notabile, & optime faciunt not. per Domi. & alios in c. cupientes, in prin. super glo. in uerb. malignantium, de elect. lib. s. & no. per Pau. de Cast. & alios in l. i. §. i. quis simpliciter. ff. de uerb. obl.  
 16 Hinc etiam est, quod t̄ licet regulariter stetur confessio xi contra confidentem. l. vnica. C. de confes. cum simil.

Hoc

Hoc tam en locum non habet, quando ratio subiectæ materiæ suader confessioni non stari, propter præsum ptam collusionem, vel alias: tex. est no. in c. super eo, de eo qui cog. consang. uxo. sue. quem tex. ad hoc notat. Panormit. in c. i. s. qui fidem, de sponsalib. & Domin. in ca. ferrum, s. o. distinct. quod commenda memoria. Hinc etiam est quod uerbum oportet, quod ex proprio signi ficato importat necessitatem, ratione subiectæ materiæ impropriatur ut importet solum honestatem, & exponi tur pro decet. tex. est in l. i. in princ. iuncta glo. ff. de iust. & iur. & in procemio Institut. in prin. Sic etiam uerbum tenetur, quod regulariter necessitatem importat, d. Cle. exiui de paradiſo. §. & quia preterea, in fine, propter su bjectam materiam mutat naturam: vt est tex. singul. in c. inter alia, de sent. excom. Sic etiam uerbum debet, ratio ne subiectæ materiæ impropriatur, & in rerdū ponitur propoteſt. & econtra uerbū potest, pro debet: vt est tex. iuncta glo. in l. z. C. vbi in rem. actio. & in l. obseruare. §. post hæc. ff. de offi. pro conf. & interdum uerbum, debet, ratione subiectæ materiæ ponitur pro decet, etiā si præcedat dictio præcisa omnino: vt est tex. iuncta gl. in c. i. de despensa. impub. & ibi nota. per Pan. & p Iaf. in l. ad egregias. ff. de iure iur. & per Hippol. de Marl. in sua singulari repetitione l. vnica, C. de rapt. virg. Hinc etiam est, quod licet proprijs illud dicatur fieri concorditer, q̄ sit ab omnibus nemine discrepante: vt vult gl. notab. in d. c. cupientes, in §. adhæc, in verbo, concordem, & gl. in c. vbi periculum, §. i. in verb. singularis, eod. titu. & lib. tamen ratione subiectæ materiæ illud dicatur fieri concorditer, uel in plena concordia, quod sit per maiorem partem uniuersitatis vel collegij. Ita sing. dicit Pan. in c. cum olim, in fin. de re iudic. Hinc etiam est, quod verba ambigua sunt interpretanda largè vel strictè secundū materiæ in qua sit sermo de eis. Vnde si materia in qua proferunt est fauorabilis, sit larga interpretatio: si derò est odiosa & iudicialis, sit stricta interpretatio. Ita notab. dicit Domin. in c. cum illis. §. fin. de præben. lib. s. & idē vult Ioā. Cald. in consilio suo 122. vbi p. hoc dc cidit

18 cedit pulcrum q. Et hinc est, † quod in materia stricta appellatione beneficij non uenit dignitas, c. f. de præb. & tamē in materia fauorabili, appellatione beneficij uenit dignitas, c. i. & ibi gl. de reg. iur. libr. 6. Hinc etiam est, q. in materia odiosa pluralis locutio restringitur ad duo c. is cui, & ca. non potest, de præben. lib. 6. secus autē est in materia fauorabili, cap. si propter tua debita, & cap. si gratiōe, de rescrip. lib. 6. & cap. penult. de uerbō. signif. sit. cum sūfil. Hinc etiam est, quod uerbum subiunctiū ad euitandum absurditates & in odiosis exponitur in præteritum uel in futurum, secundum quod me- dius conuenit materiæ subiectæ: gl. est not. in d. c. ut ani- marū, §. i. in uerbo, commiserint. & uolunt Pan. Domi. & Feli. i c. ad hæc, de rescrip. per gl. ibid. & Roma. in cons. 333. ubi uide. Hinc etiam est, quod ratione subiectæ ma- teriæ estimatio aliud & aliud operatur: ut pulchrè & ele- ganter declarat Bar. in l. si ut certo, §. non uiden dum, ff. commo. Hinc etiam est, quod oblatio aliud operatur secundum materiam subiectā, ut pulchrè declarat Henr. Boich in c. constitutus. de in integ. resti. & Doct. Legist. in l. acceptam, C. de usur. Hinc etiam interdum quid di- titur fieri in domo propria quod fit in domo aliena, quā quis inhabitat, ratione subiectæ materiæ etiam in materia penal, nedum ad excusandum delictum, ut di- cit Sali. i l. Gracchus, in 2. col. C. ad leg. lul. de adul. ue- rum etiam ad punitionem, l. lex Cornelia, uersi. domi. 19 ff. de iniur. Hinc etiam est, quod licet fappellatione cul- pæ quando profertur à lege in dubio intelligatur de ni- tur not. Bal. in Aut. quod locum, in 2. q. C. de coll. & idē Bal. in d. acceptā, in 6. q. & sc̄nit gl. in l. in iudicione, & ibi Bar. ff. de bon. auft. i. id. poss. tamen ratione subie- ctæ materiæ interdum aliter accipitur, ut not. Alex. in l. si mora. ff. sol. matr. post Bar. Bal. & alios per eum rela- tos, ubi recurre. Hinc etiam est, q. si Iudex in causa sum- maria dicat se adhibuisse plenam causę cognitionem, il- la dictio, plenam, intelligitur secundū quod natura cau- sarum summariarum requirit. Ita sing. dicit Bar. in extra- vag. ad reprimendum, super uerb. summarie, circa si. & ide. n.

Hec Pe. de Anch. & Io. de Imo. in Cle. summarie, sign. Hinc et est, q. verbum debitum, ratione personæ loquē- sis & eius ad quem sermo dirigitur, verificatur in debi- to naturali, tantum, l. quibus. §. dominus. ff. de condī. & dem. licet alia appellatio debiti non veniat debitum naturale tācū nisi abusu. è. l. fideiussor obligari, §. fidēiussor accipi, in fin. ff. de fideiussor. cum si. Hinc etiam est, quod si in contraetu vel iudicio ponatur nomen vnius & effectus alterius, iudicandū est secundum naturam il- lius cuius effectus positus est, & appositum quod non concernit effectum habetur pro non apposito. Ita sing. dicit Bal. in pulchra, & quotidiana q. in Rubr. C. de iure emph. in bona lectura, in si. & allegat d. §. item si iura- uero, & d. l. §. uno, & Nic. de Mata. in l. i. ad si. C. de iure emph. & idē se. ut ibi Cya. in 4. q. pro qua decisione et facit d. l. insulam, & l. si rem, §. si cum unū bouem. ff. de prescr. verbis, & l. Lucius. ff. de donat. & l. vbi ita do- natur, ff. de do. cau. mo. qui sunt tex. ni fallor, ad hoc pe- culiares. Hinc et est, † quod verba sonantia in conditio- nem, inpropiātur ut importet solum modum ratione subiectæ materiæ: ut de hoc eit text. sing. iuncta glo. in l. Maūia. ff. de man. test. Hinc et est, q. si relinquitur ali- ciu v̄lus fructus domus causa habitādi, sola habitatio re- lista videtur, & non v̄lus fructus, ratione adiuncti: tex. est de hoc fin. in l. si habitatio, §. sed si si relictus, ff. de v̄lu & habita. & licet Lud. Roma. in suis singul. sing. 61. ponderet d. tex. ad aliud propositum, tamen nihil facit licet credit dictum suum verum ex vi verbi. Hinc et est q. quis dicitur presens vel absens uarijs modis, secun- dum materiam subiectā, ut est gl. no. in Anth. de fideiuss. in prin. col. i. quam ad hoc no. Pan. in c. de quarta, de prescr. & habetur per gl. Ang. & Doct. i. l. si. C. de prescr. longi temp. & per gl. in l. presens, ff. de procur. quo re- curre. Hinc etiam uidentur, † quod si simpliciter facta sit inuestitura feudi hoc teore, ut filij & filie succedāt hoc casu, tā nō succedēt filia masculis extātib⁹: cū hoc sit de natura feudi, ut filiae non admittant masculis extā- tub. & sic rōne subiectæ materiæ verba dicta iueltur.

578 LOCUS SUBIECTA MATER,  
capiunt aliam interpretationem, quam verba prima facie sonare videntur. ita not. dicit Bal. in c. ceterum, de iud. & est tex. no. i. c. i. §. filia vero, & ibi id notat & valde commendat Bal. de successo. fen. & pulcher tex. in §. qui nimis, & ibi et Bal. & Aluaro, id not. in tit. episcopū vel abbatem, in usib. feu. quos tex. etiam ad istud propositi notat & commendat Iaco. in lib. feud. in verbo, & foeminae, & Alex. de Imo. in conf. 29. prima pars, incip. quoniam abunde, in pen. col. & Alb. de Ros. post Dy. in pulchra & quotidiana q. in l. tres fratres. ff. de pactis: & quod fortius est, istud procedit etiam, quando feudum semel redicatum sicut in personam filiae, ut est tex. in c. i. in ti. de eo qui sibi uel haer. suis masculis uel foeminae, ubi ponitur regula generalis, quod non paret locus foeminae successione feudi, quamdiu masculus superest ex eo, q. primus de eo feudo inuestitur accepit, & ibi pulchre de hoc habetur per And. de Iser. Bal. Aluar. Præp. & alias Quod procedit, etiam si masculus sit in remotiori gradu quam foemina, habito respectu ad eum de eius successione queritur, etiam si foemina sit filia defuncti Ita sing. decidit Calder. in conf. suo 14. in tit. de feudis, & post eum Bald. in consilio 137. in secunda parte, & Franciscinus in suo singulari libello feudorum parte tertia, in titu. de successio. feudi, limitatione 16. licet Baldum corrupte alleget, & de Calderino mentionem non faciat, & probatur, apertissime in dicto capitulo primo de eo qui sibi uel haeredibus suis, &c. Et ita pridem consultis in ardua questione, & sic etiam iudicari uidi in magno cum filio Cesaris in simili questione non minus ardua in feudo Zelandico, quod redemptioni subiacebat, agnato remotoris gradus & forore defuncti inticem contendibus de prælatione, quod commenda memorie, quia est quotidianum & ualde singulare, & quilibet prima facie diceret contrarium. Hinc etiam est, q. si res concedatur alicui & haeredibus suis in feudum, intelligitur de liberis seu descendentiis haeredibus, & non de estraneis haeredibus: quia hoc est de natura feudi. Et ergo si uallus talis decedat sine liberis seu descendentiis, reliquis

agnis-

LOCUS SUBIECTA MATER 579  
agnatis, feudum revertitur ad dominum, & non deueluitur ad agnatos. Ita dicit gl. ualde not. in l. ex facto. §. si. & ibi Dy. Bar. Pau. de Cast. Ale. & Do. & ff. ad Trebel. & gl. Bar. & Do. in Letiam, in princ. ff. fol. matrim. & plemente per Barto. in l. Gallus, §. etiam si parente. ff. de libe. & posthum. & uult Bald. in d. l. fin. in 6. oppositione. C. de haere. instit. & idem Bal. in l. m. l. in 48. quæst. ff. de reu. diuis. & idem Bald. in l. iuris gentium, §. pactorum. ff. de pact pro quo est bonus tex. i. c. i. §. & si clientulus, in tit. de alinat. feudi, & in d. c. final. si de feudo, fuerit cotroueri. in usibus feudorum. Et ista est communis opinio secundu. Alexan. in d. l. ex facto. §. fin. & est ipsa ueritas, quicquid dicat Cyn. in l. liberti libertaç., C. de ope. libertor. quod memori teneas mente. Hinc etiam est t. q. appellatione filij ratione subiectæ materiæ i feudis uenient omnes descendentes masculi in recta linea masculina à primo aquirente feendum, quando feendum concessum & receptum est pro se & filiis suis, Ita sing. decidit Jacob. in libello feudi. in illis uerbis, prefentes & recipientes pro se & eorum filiis, per gl. notab. in d. c. i. §. & si clètulus, in uerbo, ad dominum, ibi, sed tu instabis, & ibi Bald. quod commenda memorie, quia est singulare, & q. liber prima facie diceret contrarium propter l. liberorū cum ibi not. per Bar. ff. de uerb. sig. ubi habetur, quod appellatione filiorum in contractibus non ueniunt nepotes, & debet fieri interpretatio contra eū qui potuit legem apertius dicere, l. ueteribus. ff. de pactis: sed hoc non obilitat, ut uidere poteris per Jacobinum ubi supra, de hoc ramen uide latius per Franc. in d. suo singulari libello feudi. par. 2. in uers. circa hanc materiam acquisitionis feudi, &c. & in pluribus col. seq. ubi plenissime de hoc reperies: & tetigi sup. i. loco à feudo ad emphyteua sim. Hinc etiam est, quod propter naturā rei citio peritur statuerit breuius tempus ad decidendum causam, adeò & in tantum, q. lis de rebus breuissimo tempore coruptibilibus expediri debet adeò celeriter, q. evitetur rerum corruptio Ita sing. dicit Bar. in l. i. ff. de glan. leg. & hoc dictu refert & sequitur Feli. i. c. i. circa fin. de iud.

Oo 2 & ff

## 580 LOCVS A SVBIECTA MATER.

& si ob aliquam causam ius existens super rebus aliquo modo interierit, vel mota deterioribus futuris, terminari non possit, debet huiusmodi res nendi & pretium ad utilitatem ius habentis depensi: ut est tex. sing. in l. fi. & ibi no. per Bar. & doct. ff. de requiren. reis. quod tene mēti, quia est quotidiarum. Hinc etiam est quod si forma mandati sit per uerba communia uerbi gratia, manendo tibi qd gr̄as negotia mea, uel quod contrahas promitalis poterit gerere actum tanquam procurator, uel tanquam nuncius, prout sibi uidebitur in his quae posse sunt utroque modo geri: secus autem si nō possunt geri utroq; modo, quia tunc uidetur ei mandatum, ut gerat prout negotij natura & materia subiecta desiderat. Ita singulariter decidunt Bal. & Sal. in l. multum interest.

C. si qd alteri uel sibi, vbi de hoc reperies plura pulchra, 24 & quotidiana exempla. Hinc et est, & qd usū sylva legato, in usfructus censetur legatus, quianisi licet legatio cadere silvam, & uendere, legatum esset inutile tex. est no. in l. diuus, ff. de usu, & habitā, patet ergo verbum vītū impropriari ratione subiecta materiæ, quod nota. Hinc et est, & licet lex uel statutum requirat plenam p̄batōnem, ramen si se: un dūm subiectam materiam plenē probatio à cōter accidentib⁹ fieri non possit, tunc valebit probatio talis qualis fieri pōr, à cōter accidenti bus in simili bus rebus, & pōt poni exemplum in adulterio & filiatione, quæ plenē probari non possunt, c. p̄te reā, de testib⁹ & l. Lucius Titius, iuncta gl. ff. de cond. & dem cum simi. Ita sing. dicit Hip. de Mars. in repet. Rub. C. de probat. & ante eum hoc voluit Pau. de Cast. in cō fil. suo 575. incip. super primo, in ultimo dubio in antiqu. & Alex. de Imo in coſl 5 l. incip. uiso & discussio, in l. uol. quod tene mēti, quia quotidie occurrit. Hinc et est,

25 qd licet dictio & aliud, ex suo proprio significatio implicet similia, ut est glo. no. in l. si fugitiui, & ibi Sq. & Doct. C. de seruis fugi. tamen hoc fallit, ubi ratio subiecta materiæ aliud inducit, ut in euangelio, & suspenſi sunt alij duo latrones cum eorde quo per gl. Ant. de But. Io. de Imo. Pan. Fel. & Doc. in c. sedes, de refcr. & p̄ glo.

## LOCVS A SVBIECTA MATER. 581

gl. in Auth. de manda. princip. coll. 3. & r. ve abibi. Hinc etiam est, quid aduerbiū euidentissimè, possumus... ita qua dispositione, duerūmodo intelligitur secundum subiectam materiam. Ita notabiliter dicit Bart. in d. l. si constante, quem omnino uide. Hinc etiam est, qd interdictū ciuitatis, ne uil. scat censura ecclesiastica, includit subiecta, & continentia redicita, que alias sub uerbo ciuitatis non comprehenduntur: ut est tex. sing. in c. si ciuitas, & ibi Pet. de Anch. & omnes notant, de sent. excō. lib. 6. Hinc etiam est, qd si feudum concedatur generi, uel illis de aliquo genere, uerbū genus ratione subiecta materie restringetur ad genus paternum tantum. Ita sing. dicit Franc. in libel. feud. parte 3. in uerbi. vigesimo sexto quarto, dicens idem esse si feudum posteris concedatur, ut ibi per eum, pro quo est bonus tex. in l. 1. in fi. cum ibi no. per gl. ff. de iure immun. & sentit. Andr. de Ifern. in d. c. 1. de succe. feu. & apertissimè hoc decidit Pr̄p. in d. c. 2. hoc quoque, quod nota, quia potest frequenter contingere in practica. Hinc etiam est, quod durans simpliciter & obseruare laudia seu arbitrium ferendum, non tenetur p̄cisiō stare laudo, sed enadit soluendo p̄cnam, quia instrumentum intelligitur secundum materialiam subiectam, & naturam actus, super quo interponitur, d. l. fi. C. de non nu. pe. Ita fin. dicit Inn. in c. per tuas de arb. qd tene mēti. Hinc et est, qd executione mandati superioris licet supersederetur, qn ex hoc oriretur scādalu: & sic ratione subiecta materiæ excusat qui ab obedientia, ubi alias non excusat, c. cum teneamus, de p̄bēn. & c. si qn, iunctis ibidem sing. no. per Car. & Io. de Imo. de refcri. quod commenda memorie, quia est singularē, & uidi s̄p̄ius practicari, & idem est qn res aliter se habet qd continetur in mādato sup̄rio. ris: tunc n. non obediens non incurrit censuram etiam ipso facto latā, cūm hoc non intēdat mād. ns, nā clausū la, si preces veritate nitantur, quæ in omni rescripto sub intelligitur, c. 2. de refcri. tenet censurā in supēnsō: Ita sing. dicit Pet. de Anc. in cons. 24. incip. per predicta subtiliter, & sequitur Feli. in d. c. 2. & in d. c. si qn, & in c. fi. ā

582 LOCVS A SVBIECTA MATER.  
9.col.de presum & Hip.de Marsi singul. 153. quod me  
mentes mente, quia est valde singulare. Hinc etiā  
re&tē dicit Bart. in l.non solum, §. si liberacionis uerba  
ff.de libera.lega. quod dictū Doc. & gl. deber intellige se  
cundū legēm quā allant. & idem sentit Salic. in l.si ex  
cautione, C.de non nu.p: c. & Io. And. in c. cū nuncius,  
circa fin. de testib & Prepo. in c. cum cessante, de appell.  
& Doc. sēpē alibi. Et hoc est quod quotidiē dicimus in  
practica, intelligentia dictorū ex c. si sis est assument & di  
cēdi, c.intelligentia, de verb.sig. Hinc etiam est q. iura in  
terdum respectum habuerunt ad personā excellētia,  
interdum ad persona uilitatem, interdum ad rei parui  
tatem, interdum ad senectutem, interdum ad minorē  
nitatem, & ad multa alia: ex quibus optima ratiōne ali  
ter & aliter statuerunt, ut ad longum pulchre & elegan  
ter uideret poteris apud Ludo. Rom. in aurea sua rep.  
si uero, §. de uiro. ff. solu. matr. & Felin. in d.ca. causam  
quę, ad quos breuitatis g̃a renūsſe sufficiat. Aduocat

27 † signat, qui uult senere agere, p̃uidē ac diligenter con  
siderare singulas circūstantias & qualitates cauē & per  
sonarum: & an cliētulus suus agat petitorio an posſicio  
rio: item an sit actor uel reus & pr̃c p̃ue considerer na  
turam actionis int̃ētadę per clientulū suum, uel int̃ēta  
ta contra eundem. & maximē respiciat ad conclusio  
nem, in quo consitit modus agēdi, & uirtus libelli seu  
petitionis: ut est gl. sing. in c. hoc quippe, 3.q.6. & uult  
Inno. in c. super literis, de rescrip. & Pan. in c. ex parte  
ff. de foro cōpertenenti, & Baldus in l. edita, C.de edēo,  
& Iason. in l. i. ff. codem, & Alexand. de Imol. in l. Are  
lius, §. Sticho, in apostillis ad Bartolom. ff. de libe. lega.  
& si sis Index, caueas ne in sententiando excedas cōclu  
sionem uel p̃etitionem: quia sentētia debet esse confor  
mis libello, capit. licet Heli, de simonia. & ultra id quod  
in iudicium deductū est, potestas iudicis excedere non  
pōt, l. ut fundus. ff. commu. diui. Imō fatuus est iudex, q.  
pronunciat super nō petitis, l. fi. C. de fideicō. lib. Quini  
mō tria debent esse conformia, libellus, probatio, & sen  
tētia: ut sing. dicit Bald. in l. i. in fi. C. si plures una sent.  
condem.

LOC. A SVBIECTA MATERIA. 583  
condē. fuer. Hęc paucis admonere uolui, quia sēpē ui  
di tam judices, quād adūocatos hac in re turpiter erra  
re. Illud tamen nolo te ignorare, q. ut t̃ uerba habeant  
efficiaciam, & actus sortiatur effectum, recedimus a su  
biecta materia, d.l.iurisgentium, §. q. ferē, & ibi hoc no  
lason limitans hoc modo, d.l. si uno, & alia iura dicētia  
uerba debere intelligi secundum materiam subiectam.  
Si tamen uerba aliquid operentur secundum naturam  
precedentis actus, licet nō omni respectu hoc sufficiat,  
& ad hoc tendunt singulariter no. per Io. de Im. Pa. de  
Cal. & Alexā. in l.miles, §. decem aut nox̃a dedere. ff. de  
re iud. qui sing. uolunt, q. iura dicētia, stipulationem  
intelligi secundum naturam actus precedentis, d.l. dam  
ni infecti quidam, & d.l. si stipulatur, sunt intelligenda  
quoad hoc, nē in plus exigatur, quam effectualiter pos  
set exigi secundum naturam precedentis actus, non aut  
omnialio respectu, ut patet in d.l. miles, §. decem aut  
nox̃a dedere, quia si stipulatio, de qua ibi, intelligere  
tur ex toto secundum naturam actus precedentis utrū  
que alternatiuorum non effet in obligatione, sed unum  
obligatione & aliud in solutione: cuius tñ contrariū ibi  
dicitur, & secundum pr̃missa intelligi ēt id, qđ sing.  
no. Ale. de Imo. in conf. 12. 5. nol. inci. dñi, &c. uiso com  
promissio, & c. in uer. nō obstat, & id qđ no. Bal. & Sal. in  
l. i. C. cōmo. ubi volunt, q. licet uerba debeant aliquid  
operari, l. si qñ. i. prin. ff. de leg. i. & uult not. Bal. i. Rubr.  
C. de contrah. emp. & uend. in 9. q. tñ non debent opera  
rinis secundum naturam actus, super quo interpolatur,  
vel de quo agitur, ut scilicet in plus exigatur, quam  
effectualiter posset exigi secundum naturā actus prae  
dictis. Quae omnia commenda memorie tanquam pul  
chra, utilia, singularia, & quotinana.

### LOCVS A RATIONE CASVS

conuersiua.

Pereat quis non debet, cuius contrarium in cas. conuerso nō ef  
fectu possulatur.

Sicutum probens alienationem in non subditum an inclu  
des clericos.

## 584 LOCVS AB AVCTORITATE.

3. Soluti. in qua monete fieri debeat, si valor augetur uel minatur.  
4. Argumentatio à rōne casus conuersuā quando non procedat.

**O**ffert se nūc locus à rōne casus cōuersuā, à quo sum p̄tū argumētū nedū est probabile, sed forte, frēquē & valde utiltex. est notab. in l. 1. ff. de solution. & in l. pen. C. eodem titu. & tex. iuncta glo. in l. si & rem & pretium, ff. de peti. here. Et formatur hoc modo: † non debet quis peterē, cuius contrarium in casu conuerso non est postulaturus, & potest exemplificari per casum d.l. vbi debatore diuersarum summarum ex diuersis causis soluente, & non declarante in quam causam soluit, creditor potest incontinenti declarare, in quam causam recipit; dummodò declareret se recipere in illam causam, quam ipse verisimiliter eligeret pro se, si esset debitor; alias non: quia non debet quis ab alio requirerē: quod ipsenollet per alium à se requirūt ibi. Item potest exemplificari per casum d.l. pen. vbi notab. habetur, qđ in datio ne in solutum melioratio estimationis seu ualoris superueniens, industria recipientis, uel ex euentu, nō prodicānti in solutum, sed recienti tantū, & idēo pertensationem in solutum, quæ habet vim uēditionis, rescindit propter deceptionem ultra dimidium iusti pretij, debet probare deceptionem secundum estimationē, quæ fuit tempore dationis in solutum, & non secundum tempus præsens instituti processus, secundum Bal. & Saly. ibidem, pro quo est textus sing. in l. si voluntate in fin. C. de refici. vendi. & ita saepius vidi practicari. Potest etiā exemplificari per casum d.l. si & rem & pretium, iuncta l. seq. & ito argumento à ratione casus conuersuā utitur Io. And. in reg. qui ad agendum, & in reg. qui prior, & in reg. non est sing. culpa, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & Docto. Isepè alibi, ut infra parebit, qđ facit ad multa. Et i primis per istud singulariter decidit. Io. And. in regu. ex eo, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. qđ paganus uel Iudeus baptizādo nō cōtrahit cognationē spiritualē, licet secus dicat esse in heretico baptizante, de quo uide ibi latius p̄ cum.

## LOCVS AB AVCTORITATE. 585

eu. Secundò istud facit pro emphyteūsis, & feudatariis qui sua industria, solitudine, & cultura, fundos uberiorēs fecerunt, & cariores, vt fendum, & emphyteūsis non possint eis auferri, nec etiam canon augeri, quia quod contingit prosperitate fortunæ, aut industria ipsorum feudatariorum uel emphyteutarum, debet cedere ad eorum commodum, quia in casu conuerso, puta aeteriorationis, dominus directus id postulaturus non esset, nec nescire canonem diminuere, iurib. præal. & null Bald. in d.l. pen. Tertiò isto argumento uitetur Alb. de Ros. in 2. par. statut. q. 2. in quilla quotidiana. Statuto † laicorū caueur, qđ nullus subditus possit alienare rem immobilem in non subditum quoquo modo, nisi prius soluat communio. solidos de qualibet libra iuste estimationis ipsius rei, quæ alienaretur, & nisi habitaclicentia ipsius domini loci. An tale statutum ualeat, & an includat clericos, & ecclesiasticas personas. Vbi vide latissimè per eum, & amplissimè per Sign. de Homod. in corsi. 2. t. in cip. statuto ciuitatis, & c. vbi tenet contra Io. And. in c. si. de immu. eccl. lib. 6. in Nou. quem pide, quia inaudita loquitur, & idem uidetur uelle Barba. in consil. 6. 5. 4. uolum. Opinio tamen Ioan. And. communiter approbatur ut uidere poteris per recentiores in d.c. si. & late p. Car. in rep. c. perpendicularis, præsertim in 9. & 10. q. de sent. ex commun. & per Philip. Francum in quadam sua eleganti disputatione petitorij, & possestorij in quarto dubio. Sed quis horū melius fenserit, & iustius induerit arma, tu apud te ipsum perpende. Quartò istud facit pro emporibus atlasiarum, telonioru. m., & gabelliarum: quia se multum incrementur, non debemus eis iniudicare: nam si esent in damno non uellemus, nec teneremur eis quicquam de canone remittere: Ita nota dicit Bal. in d.l. p. quæ ad hoc est no. de hoc tamen vide latius per Bar. il. cū plures, in prim. ff. loca. & per eundem Bar. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. & per Pau. de Cast. in l. insulam, ff. de præscri. verbis, & per Jo. de Im. in d. s. q. maximos, vbi ē hoc satis plenē reperies. Quantò istud facit ad hoc, qđ lex vel canon est pœnalis loquens de ultra montea o.

## 386 LOC. A RAT. CASVS CONV.

montano, & aliquid disponens propter longitudinem viae, curia existente citra montes, locum etiam habet in casu conuerso, puta in citramontano curia existente ultra montes: qñ eadem subest ratio, ita determinat Host. Panor. & Doct. in c. nihil, de elect. & Guil. & Garsias in c. auaritiae, eod. tit. lib. 6. & dixi supra in loco à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in tertio casu principali, ubi uide. Sexto istud facit ad hoc, qđ si per statutum florenus statutus sit ad 18. stuferos, deinde eius ualor seu estimatio crescat ad 18. cum dimidiatu, qđ debitor obligatus ad florenos debeat solvere 18. stuferos cum dimidiatu, per rationem casus conuersuam: quia si florenus decreuerisset, & non uoluisset nisi 15. non voluisset debitor soluere nisi 15. Ergo, & c. ita hanc qđ quotidianau decidit Bal. in l. si quis argenti, C. de don. dicens se sic consuuisse, sed idem Bal. in consilio suo 213. vol. incipien. punctus questionis talis est, dati fuerunt, &c. hanc questionem exactè examinas dicit, & concludit, qđ debitor non morosus satis facit soluēdo florenos iusti ponderis, & idem uult Salice. in l. cum quid, circa ff. si cer. pet. pér hunc locum à rōne casus conuersuam, limitat tñ Bal. in d. consi. nisi florenus suisset estimatus ad libras, quo casu sentit debere fieri solutio nem respectu estimationis seu ualoris, qui fuit tempore contractus, & idem uult Pet. de Anc. in Cle. si beneficiorum, de decubis facit mentionem de consi. Bal. & idem est de mente Bar. & aliorum in l. Pan. ff. de solut. quod commenda memorie, quia est utile, & quotidianum in practica. De hac tñ materia monetæ uide plenus per Bar. Pau. de Cast. Io. de Imo. & alios in d. l. Paul. & per eundem Bar. & alios nouissimos, in d. l. cum quid, & per Cy. in l. in minoru, C. in quib; cau. in integ. resti. nō est ne & per gl. & Pa. in c. olim causam, & in c. cum canonicis, de censib. & plenè per eundem Pan & alios Canonistas in c. quanto de iureiu. & per gl. & Doct. i. c. quis ignorat, 32. q. 4. & p. Pet. de Anch. Io. de Imo. Car. & Doct. in d. Cle. si beneficiorū. Septimò isto argumēto vt̄ Albe. de Gādi. in tractatu maleficiorū titulo ultimo, i. versit. po-

se

## LOC. A RAT. CASVS CONV. 587

ne contineri in statuto ciuitatis Castelli, &c. & uer. ieq. in illa quotidiana questione, stante statuto ciuitatis Castelli, quđ nullus compellatur restituere rem, quam publice, & sine fraude emat: nisi pretium integrè ei fuerit restitutum, contra regulam traditam in l. in ciuilem, C. defur. si Aretino fuerint subtracti boues, & ducti ad ciuitatem Castelli, & ibi uenditi, an Aretino dictum nocabit statutum ciuitatis Castelle? & quid econtrà, si statutum ciuitatis Castelli, sit contra reum, & pro accusatore forensi, an possit retorqueri cōtra reum? & in utraque questione concludit, qđ non ut ibi latius uidere poreris per eum. Ex qua decisione inter alia quatenus proposito seruit hoc te singulariter notare conuenit, tqđ tunc non procedit hæc argumentatio, quando extrinsecus quid obstat, vt quia deficit potestas in statuente, ut in exemplis dictarum quest. vel quid simile, alias autem validissima est hæc argumentatio, quod nota, & uide quod de ratione dixi supra in evidentialibus evidentiali sexto.

## LOCVS AB AVCTORITATE.

- 1 Experto in sua scientia credendum est.
- 2 Argumentum ab auctoritate interdum est probabile tantum, interdum etiam necessarium, & nu. 6. 9.
- 3 Argumentum ab auctoritate non ligat eos qui non subsunt aucto-ritati.
- 4 In negotijs decidendi non solum est necessaria scientia sed etiam potestas.
- 5 Exemplis an, & quando indicandum, uel non.
- 6 Doctoribus iuri canonici, & civilis magis est standū quādo Theologis in cōtroversiis originem trahentibus à iure divino.
- 7 Canonicis, & Theologis electris ad episcopatū, quis preferendus.
- 8 Decisions Rota, & Capellæ, & c. non habent vim legis.
- 9 Et quid in regulis cancellarie apostolice.
- 10 Doctori quantumcumque magno non tenemur credere, nisi pro-pbet opinionem suam.
- 11 Iudex indicando quando posse à communī opinione recedere.
- 12 Communis opinio habet vim consuetudinis.

15 Clissa

15. *Glossa ponens plures opiniones, & nullam expresse eligens, videtur cum ultima transfire.*
16. *Opinio quæ eligenda, quando non est reperire quæ sit communis.*
17. *Argumentum ab auctoritate tenui affirmatio, sed non negatio.*
18. *Doctorum quorumdam probantissimorum laus. Usque ad finem.*

**A**B auctoritate seu exemplo majorum, uel ut alij uolunt, à prædictijs seu proniciatis sumptum argumētum interdum est probabile tantum, interdum vero etiam necessarium, ut infra declarabo. Et formatur hoc modo. Expertus tamen in sua scientia credendum est, tex. est in L. antiqui, & ibi Odofr. & Docto. nōt. ff. si pars heredit. patet. & in L. septimo mensis ff. de statu. h. & in L. si pater. ff. de solut. & bonus tex. in c. cu. n haberet, & ibi Card. not. de eo, qui duxit in hunc monitionem quam polluit per adulterium, & tex. non in legans in c. omnes principes, cum ibi not. per Ioh. And. de maio. & ob. & tex. pulcher i. c. significasti el. 2. & ibi etiē Ioh. And. no. de homic. & eius meminit glossa in L. r. C. ne licet poterit. & Bal. in L. conuenticula, C. de episc. & cle. e. que uititur glossa in l. mulier bona, ff. de iure dotti, & Bald. in Athen. si quis ruinas in pulchra, & quotidiana q. C. de sacrosanct. eccl. & Doct. sapè alibi. Et procedit haec argumentatio ab auctoritate seu exemplo majorum, ne iura in exemplis Christianorum, sed etiam in exemplis paganiorum ut est tex. pulcher in c. quæsta, & ibi Archid. v. q. 2. &

2. in c. sacerdotib⁹ 11. q. 1. & ibi Domini. nōt. Et haec tamen argumentatio ab auctoritate seu exemplo majorum, uel similis à prædictijs seu proniciatis, interdum est probabilis tamen, interdum autem probabilis, & necessaria, interdum at nullius penitus monet, qd' declaro, nam quā allegatur auctoritas eius cui data est potesta, legis condende, tunc argumentum ab auctoritate est probabile, & necessarium. Vñ benè ualeat argumentatio, sū ut notat consequentia, Celsus Iurisconsul dicit, ergo ita est tex. est in L. r. & ibi Bar. Bal. Ang. Pa. de Ca Ale. Ias. & Doct. id no. ff. si cer. pe. ybi Vlpianus Iurisconsultus probat intentionem

tionem suam per auctoritatem Celsi Iurisconsulti, & est similis tex. in L. si soecet à genero, in prim. ff. sol mat. ubi Paulus Iurisconsultus suam opinionem confirmat auctoritate Nercuæ, Cat. mis, Pomponij, & Aristonij, & similis text. in L. f. unus. §. pactus ne peteret, in fin. ff. de pac. ubi Paulus Iurisconsultus suam decisionem confirmat auctoritate Scenol., cum simul. & hoc uul. Bar. in L. legata. ff. de supellec. leg. & Bald. in d. l. conuenticula, & multo sortius ualeat hæc argumentatio, si arguatur ab auctoritate Papæ uel Imperatoris in his, quæ iurisdictionem cuiuslibet coruus respiciunt, l. deprecatio, ff. ad L. Rhodium de iactu, l. bene à Zerone, C. de quadr. præscr. c. solitæ, de maio, & obed. c. nouit. de iud. & c. cau. fam quæ, & c. per uenerabilem qui fil. sunt leg. cum utroq. not. per glo. & Doct. alibi fecus, ut est gl. notab. in L. 2. q. ibi Sal. & Doct. notant, C. de crimine sacrile. & non tant per Canon. in c. ecclæsia S. Mariæ, de cōf. & iu. Cl. pastoralis, de re iud. & ratio istius ultimi est, tamen argumentum ab auctoritate non ligat eos qui non subsunt auctoritati, secundum Bal. notab. in Rur. rica, C. de fide instr. circa fin. & in calu conuerso lex etiam per quam dura subditis est seruanda, l. prospexit, ff. qui & à quib. & c. in memoriam, 19. distin. Quando autem allegatur auctoritas eius, qui non habet, nec habuit potestatem condidi legem puta allegatur auctoritas gl. uel aliquius simplicis Doctoris, quantumcunq; et fanatici & periti, tunc hoc argumentum ab auctoritate solum est probabile, lequa ut dixi, unicuique; experto in sua scientia credendu est d. c. significasti, 2. c. fraternitatis, de frig. & malef. L. r. & ibi Bart. ff. de vent. insp. & l. temel. c. g. C. de re militib. 12. cum sim. non autem est necessarium, quia interpretatio gl. uel DD. non est necessaria, sed probabilis tantum, quatenus rōne iustitur. L. r. C. de prof. qui in urbe Confl. lib. 12. & uult gl. in c. 1. & ibi Pan. de postu. p. & gl. in L. si de interpretatione, ff. de legi. & DD. in L. r. C. e. u. Vnde hoc casu argumentum tollitur p. tex. uel p. rationem necessarij concludentē contra glo. uel docto. r. ut est tex. no. in L. Labeo; iuer. sed & si. ff. de sup. leg. &

**390 LOC. AB AVCTORITATE**

ibi Alb.no.nec mirum,quia quo quisque magis ratione uitur, eo maioris auctoritatis eius uerba habentur. Et i  
4. negotiis defin:eadis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas, ut eleganter inquit tex. in c.1.20.  
5. dist. Et hinc est, q. licet t̄ exemplis supremi principis be  
ne sit iudicandum, & eius similitudinem faciat praejudicium inter  
omnes, & omnibus causis similib. causa per eum deci  
sa, ut est tex.sing.de iure ciuili iuncta gl. in l.f. C.de le  
gib.& tex.sing.de iure canonico in c.in causis, & ibi Fel.  
& Doct. de re iu.tamen exemplis inferiorum iudicium  
non est iudicandum, nec eorum sententiae faciunt pre  
iudicium, ut est text. in l.nemo, C.de sent.& inter. om.  
iud.cum sim. Ab auctoritate autem improbali & incer  
ta nullam sumitur argumentum, secundum Bal. q.bene,  
in d.l.conuenticula, ut si ab auctoritate theologi conclu  
datur in materia merè legali, uel ab auctoritate Medici  
in materia merè theologica. Cui conionat illud vulgare  
adagium. Ne sutor ultra crepidam, & illud ne coecus de  
coloribus, cum sim. Et licet h̄c possent sufficere pro in  
uenibus, pro pleniori tamen notitia huius quotidiani  
articuli uolo eos scrire, q. t̄ quædam sunt scripturæ seu  
auctoritates approbatæ per summum Pontificem vel Im  
peratorem, & tales probant & cōcludunt necessariò in  
hiis que iurisdictionem cuiusque eorum respiciunt: ut  
supra dixi: & sic argumentum ab auctoritate talium scri  
pturarum nedum est probabile, sed & necessarium, &  
adèo forte, quod propter æquitatem non scriptum non  
receditur à rigore scripto, sed habet hoc casu locum id  
quod dicit tex. in §. oportet, in Aut. de iud.col.6. scilicet  
Iudicem non uideri clementiorem lege, de quo plenè p  
Cy. & Leg. in l.placuit, C.de iud. & per Odof. & alios in  
d.l. i. C.de leg. & per Pan. & alios in c. fi. de transact. &  
per Bar. in rep. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Habet  
etiam hoc casu locum in d.l.prospexit, & d. c. in memo  
riam, scilicet q. lex etiam per quam dura seruanda est:  
Scripturæ autem approbatæ, & pariformiter apocryphæ  
ponuntur in decreto 15. 19. & 20. dist. vbi vide. & hinc  
est, quod nedum probabile, sed necessarium est argu  
mentum

**LOC. AB AVCTORITATE. 391**

mentum ab auctoritate scripturæ diuinæ, & canonice,  
ut est gl.sing.apud Legist.in §. considerauimus, in verb.  
eloquiorum,in Aut. ut ind. sine quo. suffr. quam ad hoc  
notat Bal. in. Aut. ad hæc. in 2.col.C.de usur. sed quia ri  
diculum est allegare glo. ubi tex.habetur, idcirco ego ad  
hoc allego bonum tex. in c. ego solis 9. dist. & tex. pul  
chrum in c. qualiter & quando, 2. de accus. q. ibi Panor.  
& Feli.hoc no.Hinc etiam est, quod ualidum,probabile,  
& necessarium est argumentum ab auctoritate alicuius  
sancti muniti auctoritate noui uel ueteris testamenti,  
qua dictum alicuius sancti munitum auctoritate noui,  
vel ueteris testamenti in decisione causarum præfertur  
decisioni papali: securis si non esset munitu auctoritate le  
gis diuinæ, quia tunc constitutio Papæ præfertur dictio cu  
milib sancti, quia Papæ & non sanctis fuit data aucto  
ritas & potestas legis condendæ. Ita fin. dicit gl. in c. de li  
bellis & ibi hoc sequuntur Archi. & Dom. 20. dist. Illā  
glo. etiam multum notat. & singularem reputat Pan. in  
d.c.qualiter & quando, 2. & post eum Io.de Anania &  
Feli.ibidem. & Ludo.Roma.in singulari suo 682. de quo  
vide latius per Panor. in c.tua, de decim. & in c. ne innita  
ris de constit. & per eudem Panor. in sua elegantí di  
spunctione incipiente, Episcopus & quidam Rector, &  
per Feli. in d.c.qualiter & quando 2. In quibus autem sit  
seruanda lex ueteris testamenti, uide tex. & gl. in §. his  
itaque, & ibi pulchre per Domin. 6. dist. & per gl. in c.  
fin. & ibi pulchre per Ioan. de Imo. de consuet. & pul  
chre per Henricum Boich, in cap. 1. in 2. prin. membro  
dist. de constit.ad quos recurre. Quando autem Docto  
res seu interpres diuinæ scripturæ sunt uarii, cui tunc  
magis est stādum, habes gl.uulgatam in c. ut ueterum, 9.  
distin. que dicit, quod Augustino est standum in disputa  
tionibus, Gregorio in moralibus, & Hieronymo in tra  
nslationibus: de Ambroſio autem nihil dicit, sed cōter  
dicitur quod Ambroſio statut in sacramentis. Ita dicit  
Io. de Imo. in rep. l. si uero, §. de uiro. ff. folu. matr. ubi d.  
glo. reputat sing. Sed circa istud cadit pulchrum & subti  
le dubium, uidelicet quibus magis t̄ sit credendum, an  
sacræ

sacré theologie magistris, an vero Doctoribus iuris canonici, quando est controvērsia inter Theologos, & Canonistas de materia originem trahente à iure diuino, ut est materia usuratum, matrimonij, decimarum, & similiis, & licet prima facie videatur magis credendum in tali bus materijs magistris sacré Theologorum tanquam magis peritis in iure diuino, à quo originem trahit prohibitio usurarum, c. quia in omnibus, & c. super eo, de usur. & in situatio matrimonij c. vn. cum ibi not. de uoto lib. 6. & solutione decimarum, Deut. 13. Exodi 22. & nume. 18. contrarium tamen decidit singulariter Pet. de Anch. in disputat. incip. antiquis. & modernis temporibus iuri catholici, & c. motus hac ratione, quia scientia canonica principaliter tendit ad interpretandum ius diuinum in casibus dubijs pertinentibus ad moralem philosophiam ut patet in proœ. Decree. Scientia uero theologica pertinet ad interpretationem iuris diuinoi, quoad opera domini nostri Iesu Christi. Hinc uidemus, quod in libris iuris canonici sunt decisiones summorum pontificum super dubijs iuris naturalis & diuini, nam in compilatione decretalium habemus de decimis, de baptismo, de uoto, de matrimonio, de simonia, de furtis, de usuris, de iuramento, & de similibus materijs, de quibus sunt tractatus & tituli speciales, quorum proprium est elucidare dubia, quæ originem trahant à iure naturali & diuino: & sic residet in hoc, q̄ interpretatio iuris diuinii quatenus spectat ad moralitatem & dirigit actus nostros in Deum, pertinet ad Doctores iuris canonici, qui ex canoniciis & decretis iuritorum patrum debent ius diuinum adiuncre & supplerere, iuxta ea quæ not. per Can. in d.c. fi. de cōsuet. & in c. quæ in ecclesiarium de conf. & per Leg. in l. fi. C. si contra ius uel utilitatem publicam. Quatenus autem ius diuinum tendit ad spiritualitatem & cognitionem ueræ fidei, in hereticos, iudeos, & alias infideles, spectat ad Theologos, secundum eum loco predicto: p̄ qd̄ subiecte, q̄ sepe uidit magistris in sacra pagina recipientes super dubijs, quæ occurruunt super decimis, testamencis, matrimonij, usuris & similibus, errare: & ideo

pericu-

periculosem est eis aliquid in his affirmare uel negare, secundum eum, & hanc decisionem ad literam sequitur Alex. de Im. in cons. 1. 2. uol. & in cons. 107. eo. uol. ioc. redemptoris, &c. pro investigatione prædictorū, &c. & idem vult Ias. in d.l. 1. ff. si cer. pet. & faciunt not. per Ant. de But. & Pau. in d. c. tua. de deci. Vidi etiā ego, dum eram scholaris, quendam magistrum nostrum uchenienter errare, cum veller sustinere, excōicatum post appellatiōne legitimam non tutè nec securè celebrare diuinæ, nec tutè absoluere sibi confessos: sed validitatem, & efficaciam huiusmodi actuum, & similiū, qui geruntur ex officio pubblico, pendere ex futuro eventu: cui restitum fuit in faciem, quia reprehensibilis erat, per recolend. & memorie do. Arnoldum de Becha præceptorem meū, per tex. in c. solet, in f. iuncta glo. de sent. excom. li. 6. & cīcīt, eo. tit. & lib. & per tex. in cap. ad præsentiam, in c. dilecti, & in c. pastoralis, §. verum, cum utrobiq; not. de app. ut videri potest in quodā libello suo de super confesso, de qua materia habetur plenissimè per Pan. in cons. suo 331. vol. & per eundem Pan. in disput. inci. Gandulphus, in tertio dubio, & per Io. And. in regula cum sunt partium iura obscura, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & per Philippum in d.c. pastoralis, §. uerum, qui etiam in hac materia, & similibus tradit singularem doctrinam in c. constitutas, in 2. col. eodem ti. de app. quem omnino vide, & ita etiam practicari vidi in oppido Delphensi comitatus Hollandiae contra episcopum Traiectensem, q̄ post appellationem ex rationabilib. causis interposita, posuit in dicto oppido interdum, qui succubuit in urbe p̄ tres sententias conformes: quod tene menti. Hinc etiam est quod si sint duo electi ad episcopatum, quorū vnus est Theologus, & alter Canonista, data paritate in ceteris, & hæresi nō pullulante in illo episcopatu, uel vicino, præferendus est Canonista. Ita notab. dicunt Host. Iuā. And. Pan. & Docto. in c. 1. de consan. & affin. qui textus ēm Hosti. & Io. And. ibidem exp̄r̄s probat, q̄ eccl̄ia Dei non posset regi per puram, & solam theologiam, nisi aliqui theologi contrarium asserere non vereantur,

P &amp; ma-

## 594 LOCUS AB AVCTORITATE.

& malè, ut ibi per eos. Et quod Canonista ceteris partibus præferatur theologo in promotione ad dignitatem ecclesiasticam, tenet etiam Feli. in c. clerici, de iud. de hoc tamen articulo, an ad theologum, an ad Canonicam spectet cognitio de materijs originem trahentibus à iure divino, uide D. Felinum in d. cap. ne innitatis, de consti. circa fin. Et tantum de scripturis approbatissimmo Pontifice vel Imperatore. Nunc uidendum est, qd de non approbatissimmo summum pontificem vel Imperatorem, nec etiam reprobatis. Et iste sunt duplicitis generis, quædam enim sunt scripturæ enunciati, narrati, uel recitatiuæ gestorum, vt sunt libri historiales, chronicæ, & similes: & talibus si à nostris majoribus creditum videmus, nos et am credere debemus, sicut alijs scripturis antiquis: de quo plenè per Panor. Feli. alios Cano. in cap. cum causam, de proba & per Barto. & Docto. in d. l. si cert. peta. & faciunt not. per Ioan. in cap. 1. de renunciat. lib. 6. & nota. per eundem in regula non est sine culpa, de reg. iur. libro 6. in Merc. & not. per Fely. in cap. 2. de rescript. & est bona gl. in cap. cum olim, de censibus, & bona glo. in l. prima, & ibi Ioan. de Plat. not C. de surd. limit. libro 11. & gloss. in Rubric. de regu. iur. libr. 6. Quædam autem sunt scripturæ, quæ procedunt disponendo, & determinando non autem enunciando solum, & in his aduertendum, & considerandum est, quid servant studia seu uniuersitates, in quibus sunt plurimi periti, quædam enim scripturæ tanquam authenticæ reputantur in studijs, ut de rerum, vñs feudorum, dicta Hypocratis, Aristoteli, & similia. & istis est standum, & sic argumentum ab auctoritate talium scripturarum est probabile, & necessarium, secundum Barto. & Doctor. in d. l. prima, ff. si cert. perat. & Ange. in S. cumq; in proemio Inscr. & Pan. Fel. & alios in d. c. 2. de rescript. & Bald. Aluaro. Ias. & alios in præl. feu. & plenè per Franc. in libr. feud. part. 1. qu est. 1. Pro quo etiam facit d. l. septimo mense, ubi Paulus Jurisconsultus pro confirmatione sua opinonis allegat auctoritatem doctissimi viri Hypocratis, cit.

## LOCUS AB AVCTORITATE. 595.

Item d. l. si pater, ubi Julianus Jurisconsultus pro sua opinione astrictuenda allegat auctoritatem Aristotelis, qd ego intelligo uerum quando illæ auctoritates sunt approbatæ per legem uel canonem, uel saltem non habent legem in contrarium. Si enim lex sit in contrariu, tunc non est standum talibus auctoritatibus uel scripturis, quia maior est auctoritas legis, ut patet in l. intantu, §. fin. cum l. seq. ff. de rer. diuisio, & quod fortius est, id. etiam patet in auctoritate Pau. ad Roma. 7. & ad Gal. 4. si filius, ergo hæres, quia illa auctoritas Pauli non procedit, si filius se non immiscuit hereditati paternæ. Vnde intentio creditorum non est fundata contra filium, nisi probent filium hereditati patris se immiscuisse, l. i. cum ibi nos. per glo. & DD. C. si ut ab hær. se abst. & l. necessariis, & ibi gl. & Bar. ff. de acq. h. et. & notat Panor. in c. quod nobis, qui fil. sint leg. quod not. Quædam autem sunt scripturæ, quæ ab uniuersitatibus, & studijs generalibus non approbantur, nisi iuuent ratione, vi sunt dicta glossarum, Bar. Bal. Lyrani, & aliorum Doctorum: & iste dicuntur magistrales probationes, non autem necessaria. Et ergo eis non est standum, nisi quatenus ratione iuuentur. Vnde si ratio necessariò concludens, uel textus sit in contrarium, non est illis standum: & sic argumentum ab auctoritate talium scripturarum est dimicato probabile, ut supra dixi: Ex t̄ quo sequitur, qd argumentum ab auctoritate decisionum Rotæ, Capelle uel Delp hinatus, solum est probabile: quia tales decisiones non habent vim legis. Ita sing. dicit Domini. in ca. duobus, & sequitur ibi Phil. Franc. de rescrip. libro 6. & idem Domin. in c. neque, 9. dist. & sequitur Felin. in d. c. 11. 1. de rescr. & Ias. in d. l. 1. ff. si cer. pe. De regulis t̄ at Cæciliarie apostolicæ, an sint cōstitutiones generales, & ligent existentes extra curiam, sunt opiniones: nā Pet. de Ancha. in consilio suo 297. in ip. efficacibus, & Card. in consilio suo 99. incip. redem. &c. dico quod acceptatio, &c. tenent, quod non. Sed Felin. in d. c. 1. tenet contrariu, & sic sub indice lis est. Pater ergo, quod propter rōnes magis pregnates licetum est recedere ab opinione glossæ, vel al-

## 596 LOCVS AB AVCTORITATE.

terius Doctoris quantumcunque famati, & etiam à decisionibus Rotæ, Capelle Toltof. & deci. Delphinatus, per d.l. Labeo, §. sed & s. Hinc dicit Arch. in c. nolite tibi mere, 11. q. 3. quod cuicunque, licet magno. † Doctori non tenemur credere, nisi prober opinionem suam per authenticam scripturam per illum tex. & per text. singularem Augustini in d. cap. ego solis. Hinc etiam dicit Card. in confi. 7. 7. incipien. frater vnice, &c. quod nulli voluit vñquam in opinionibus cedere, nisi vñ gente ratione & hoc dictū refert, & sequitur Felinus in d.c. 1. i fine de consti. quod nota, & uide quod dixi supra in loco à lege cessante, & in loco à cessatione rationis. Dicit tñ Iac. Butri. valde singulariter in l. 1. C. qui pro sua iuridic. q. in indicando non est recedendum ab opinione glossæ, quā do habet unum faniatum Doctorem post se. Sed hoc dicum impugnat Pan. in c. capellanus, de feriis, hac ratio-

est no. in l. 2. C. de usuc. pro empt. & ibi hoc no. Bald.  
4 Hinc et̄ est, q̄ t̄ æquipollens potest deduci in stipulatio-  
nē, vt tres solidi pro 36. denarij, l. si sub vna, & ibi gl. &  
& l. que extrinsecus, & ibi Bar. Alex. & Doct. ff. de verb.  
ob. & idē Alex. il l. §. si. circa fi. illo eo. tit. Regula eque  
pollentij et̄ locū habet in alio contractu præalleg. l. fin.  
C. de

C. de dona. que sub modo, cum si. Hinc etiam est, q̄ æqui-  
pollens sufficit in sententia, tex. est cū glos. in d. c. in his:  
& vult Bal. in addi. ad Spec. in tit. de arb. in vers. quid si  
vnu. vbi dicit, q̄ si unus iudicū dicar, condemnō in uno  
solido, & alter dicat, condemnō in 12. denarijs, ualeat sen-  
tentia, & sunt concordes, per d. l. que extrinsecus. Hinc  
etiam rectē dicit gl. in l. præses, C. de sent. & interlo. om.  
jud. q̄ licet sententia diffinitiuam debet continere abso-  
lutionem, uel condemnationē, ut ibi dicit tex. debet ta-  
men suppleri uel æquipollens: & idem vult gl. in d. c. in  
his: & Ang. in conf. 277. incip. tutor, vbi sing. dicit, q̄ si  
Index declareret reum debere decem, perinde est ac si  
eum condemnaret in decem: & benē faciunt not. p. Do-  
cto. in c. ut quis duas, de elect. libr. 6. ubi dicunt, q̄ si in  
ter duos litigatur super electione coram superiori, & il-  
le superior adiudicet uni illorum ecclesiam, q̄ uidetur  
illū confirmare. Hinc etiam est, q̄ t̄ creditor qui redde-  
re nō potest chirographum propter impossibilitatem,  
quia intercidit: liberatur dando debitori apocham, seu  
(ut vocant) quirantiam uel recepisce. tex. est not. in l.  
huiusmodi. §. si ita legatū cui esset. ff. de leg. 1. & in l. pe-  
cunia. C. de solut. maximē si creditor iurauerit, se chiro-  
graphum perdidisse. Et est ratio, quia nō refert quid ex  
æquipollentibus fiat, iurib. suprā in prin. alleg. Hinc et̄ est  
q̄ testes sunt concordes & cōtestes, si unus deponat de  
tribus solidis, & alter de 36. denarijs, quod est uerum,  
nisi testes producerentur super formalitate uerborum,  
uel uocis: tūc enim non suffice ret, q̄ testes deponerent  
p̄ æquipollens. Ita sing. dicit Bal. in c. bonū 1. de ele. &  
volunt Ant. de But. & Pan. in c. nihil, de uerb. fig. & idē  
Ant. in c. cum ecclesia, de causa poss. & prop. & sequitur  
Ale. in d. l. 1. §. si. & in d. l. que extrinsecus, & in l. 3. §.  
ideoq; in apost. ad Bar. ff. de testi. & idē Alexan. in conf.  
112. 3. uolu. circa fi. incip. uiso superiorē themate qđ cō-  
menda memorizē, quia est quotidiani, & habui de facto  
i quādā ardua quæstione matrimoniali. Caneat ergo no-  
uellus aduocatus, ne articulādo formalia uerba in illis p̄  
fistat, sed addat, uel his in effectu similia uel æquipolle-  
sant, Rr 4 vla, 45

tia, ut faciunt boni, & experti aduocati. Hinc etiam est, q̄ qui non potest per potestatem retinēri ut affessor, ppter statutum prohibens, non poterit etiam retinēri, vt consiliarius: t̄ quia de æquipollentibus idem est iudicium, & in statutis comprehenditur, & subauditur equi pollens Ita non null Bar. in l. nemini, C. de aduoca, diuer fo. iud. sufficit enim aliquid exprimi per equipollentia eiusdem rationis, etiam in materia restringibili, cūm ad æquipollens extendatur dispositio etiam restringibilis, ut est gl. not. in c. si postquam, §. 1. & §. si. de ele&t. libr. 6. Hinc etiam est, q̄ dispositio c. licet non, de ele&t. lib. 6. q̄ est pœnalis, cōpræhendit, & uicarios perpetuos, in quib. est ratio æquipollens: ut est tex. in Clem. unica, cum notab. gl. de off. vica. & commemorat Card. in consilio 30. post prin. & Anto. de Butr. in rep. c. si. de consue. & Lanfran. in rep. l. si vero, §. de uiro, ff. solu. matri. in 5. conlusione interpretationis extensiæ, licet erret in allegatio ne rubricæ seu tituli: in h̄o quod t̄ fortius est, illud quod est æquipollens non intelligitur exclusum per statutū, etiam si in eo sit dictio taxativa, tantum, uel similis. Ita singulariter dicit Pau. de Cast. in consilio 300. incip. in Christi nomine, ad primum quæstuum, in antiquis: & se quitur Ias. in l. uni. in princ. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, & idem Iason in d.l. si mater. Istud etiam facit ad decissionem illius questionis quotidiana: Quidā filios suos heredes instituit, & vxori suæ Seiæ mille legauit fruenda toto tempore uite suæ, donec in uiduitate permanserit sine uiro, & post mortem uxoris uoluit illa mille dari Titio: modo contingat, q̄ dicta Seia quondam uxor transit ad secunda uota, & sic perdit legatum queritur, an ea uiuente, Titius debeat habere dicta mille, an uero debeat expectare quousq; d. Seia moriat, ita q̄ interim illa mille remaneat apud filios institutos, & deciditur, quod Titius p̄t, in continentia petere dicta mille, n̄ expectata morte dictæ Seiæ: q̄a testator, q̄ reliq̄ mille Titio post mortem Seiæ uxoris: credit, q̄ Seia uxor deberet durare in uiduitate, & ideo quamdiu Seia haberet, noluit Titium consequi illa mille: qñcūque er-

go Seia definit habere, sive per mortem, sive per transi-  
tum ad secunda vota, Titus debet admitti: quia testa-  
tor habuit respectum ad effectum, & qñ habemus effec-  
tum, non curamus de modo: nec refert t̄ quid ex æqui-  
pollentibus fiat, iuribus p̄æalle. Ita pulchre disputat, &  
determinat Bar. post Raynerium de Forlinio in rep. At  
then. hoc locum, C. si secun. nupt. mulier, & Ioan. And.  
in addit. ad Specu. in Rubrica de secun. nupt. & Soc. in cō-  
filio 259. & Alex. de Imo. in d.l. mulier, in prin. per illū  
textum, & Pau. de Cast. in l. si quis hæres, ff. de acqu. leg.  
re. & Alex. de Imo. in d.l. Gallus, §. & quid si tantum, &  
idem Alex. in consi. 104. uol. 1. incip. viii parte testamen-  
ti. Posset tamen contraria opinio disputando sustineri,  
argumen. l. uxori, ff. de usufruct. lega. & quia cum testa-  
tor in conditione posuerit, si in uiduitate permanserit,  
satis id cogitasse uidetur, eam potuisse nubere, unde cū  
non vocauerit Titium nisi post uxorius suæ mortem, fa-  
tis manifestè appetat in casu nuptiarum uoluisse eum  
interim excludi: in iudicando tamen non esset à com-  
muni opinione facile recedendum, cogita tamen, quia  
articulus iste non est sine dubio. Istud etiam facit pro il-  
lo, cuius equus currit ad brauiū cum lippum sefforem eie-  
cisset, q̄ scilicet ipse debeat habere brauium: cum non re-  
ferat quid ex æquipollentibus fiat, nec sit curandū de  
modo, dummodo habeamus effectum, d.l. si mater, cum  
alijs iuribus suprà alle. & ita determinat Ioan. Fabr. in  
Breuiario, in d.l. si mater. Sed in hoc ponderanda essent  
verba edicti, & secundum hoc danda esset sententia: ut  
in simili dicitur, in c. porrò, de prin. & in l. aut qui alter,  
§. si. cum ibi not. per Bar. ff. quod vi aut clām: & ita ex-  
pressè uult Bar. in l. 1. §. item acquirimus, circa finem, ff.  
de acq. poss. & Alber. de Rosat. in l. qui fundum, ff. quem  
admodum seruit. amit. Istud etiam facit ad illam vulga-  
rem, & pulchram quæstionem, stipulatus sum à te 10. cū  
Titius morietur, queritur, an posuī illa 10. petere si Ti-  
tius fuerit occisus? & dicitur quod sic: quia occisus dici-  
tur mortuus: & qui occidit, ita iudicio Dei moritur, sicut  
qui morte naturali decedit, ut est gl. not. Insti. de cap. di-  
mi.

Mi. super uerb. cōmutatio, quā ad hoc notat Bal. in ext. de pace Conf. in uerb. uocatione diuina: est ēt gl. q̄ uel proinde, in priu. & ibi eam ad hoc notat Bal. ad l. Aquil. & ita determinat Pet. de Anch. in Cle. i. de pœni. & rem. quem refert & sequitur Alex. de Imo. in d.l. 10 Gallus. §. & quid si tantum. Ex quo habes, q̄ † appella tione mortis venit ēt mors uiolēta, nec ēt a p e l l a t i o n e mortis uenit mors ciuilis, qn̄ est omnino eiusdem effe ctus cum naturali: de quo per Cy. in l. Deo nobis, C. de epis. & Cle. & per Panor. & Cano. in c. cūm sis. de con uer. coniug. & per gl. & DD. in c. suscep̄tū, de rescr. li. 6. & faciunt notata sing. per Bar. Bal. & Doct. in l. cum pa ter, §. h̄ereditatem, i. ff. de leg. 2. & notata per Soci. in conf. 92. incip. dominus labia, &c. circa primum, &c. ubi singulariter per eos deciditur, quod substitutus alicui si moriatur sine liberis, admittitur, instituto ingrediente religionem mendicantium: licet secus esset instituto in grediente religionem capacem bonorum. iuxta ea quæ notantur in cap. in p r æ s e n t i a , de proba. & in Aut. n̄ si ro gati, C. ad Treb. cuius non est alia ratio, nisi quia mors naturalis in primo casu est eiusdem effectus, cuius est mors naturalis, & non in secundō casu, ut latissimè per hoc loco p r æ dicto, qn̄od est perpetuò memorie commendandum, quia est in p r a c t i c a quotidianum, & seruit ad multa. Id tamen quod suprā dixi limitatur singulariter, nisi ille qui stipulatus est sibi dari decē cūm Titius morietur, p r æ b e r i t causam mortis, ut quia eū occidit, uel occidi procurauit: tunc enim ei non debentur decē, immo puniendus est gravissime, ut est tex. not. in l. si ab hostibus. §. i. ff. sol. mat. & uult Pet. de Anch. in d. Cle. i. in f. quod nota. Item per istum arguendi modum po test inferri, q̄ sicut † constitutio loquēs per uerba p r æ ceptua ligat contra uenientem ad mortale peccatum, c. quod precipit. i4. q. i. & c. 2. de maio. & obce. cū modisicatione tamen posita per Archi. post sanctū Thomā in c. utinam, 86. ditt. & per Pan. & Fel. in c. quoniā cōtra de proba. & in c. cū concupiscentiā, de const. Ita etiam constitutio loquens p uerba æquipollētia pceptis, ut p ver-

uerbum inhibemus, uel simile, legat contravenientes ad mortale peccatum. Ita no. uult Archid. 5 & dist. in summa. in finalibus uerbis . & idem uolunt Ant. de Butr. Card. Io. de Imo. & Pan. in d. c. nam concupiscentiam, & idem dicendum est in uerbis imperatiū modi, nisi consuetudo, uel subiecta materia aliud suadeat, secundū Pan. & alios in d. c. nam concupiscentiam, & est tex. me lior de iure in d. Cle. exiū de paradiso, in §. & quia p r æ terea, ubi etiam habes plura uerba æquipollentia p r æ ceptis. Hinc etiam refert Bal. in c. unico, de duo, frater. a cap. inuest. Ioan. 26. dixisse, cum verba sunt dubia re currentum esse ad æquipollentia, dicens inter alia, care re & non habere, esse æquipollentia, & inducit hoc ad pulchram & quotidiana q. sed de hoc vide plenius p gl. singularem in Cle. in plerisq; in uerbo, & populo, de elect. & illic per Pau. de Leaza. Genzelinum, Ant. de But. Car. & Io. de Imo. ubi plenè reperties. Per hanc re 12 gulam æquipollentiam etiam infertur, q̄ † negatio p r æ posita signo vniuersali, æquipollere facit suo contradic torio. Negatio verò postposita signo uniuersali facit æquipollere suo contrario: & negatio p r æ posita & post posita signo vniuersali facit æquipollere suo subalterno: de quo dixi satis plenè suprā in loco à toto ad partem, & ergo hic non repero. Posset & ad multa alia induci hec argumentatio ab æquipollentibus, quæ breuitatis gratia omitto, & studio in republica non occupato in daganda relinquo. Sed (ne decipiaris in hoc quotidiano articulo) volo te scire, q̄ cōtra regulam antē tactam, nō refert quid ex æquipollentibus fiat, sunt tria fortia con traria. Vnum est illud, casus f omisus habetur pro omis so, & relinquitur dispositioni iuriis communis, l. commo dissimile, ff. de libe. & posth. l. si cum dotem, in prin. ff. sol. mat. & d. c. suscep̄tum. Secundum est illud, conditiones debent impleri in forma specifica, & non sufficit eas impleri æquipollenter, l. M auius, & l. qui h̄eredit. §. ff. de cond. & dem. Et tertium est illud, licet casus factus sit similis vero, tamen nunquā fit extensio dispositionis lo quentis in casu vero ad casum factū, nisi hoc exprimat,

1.3. § Hec verba, ff. de neg. gest. & l. si. C. de his qui ve-  
xata. imp. vnde si fiat mentio de xata, intelligitur de na-  
turali; & non de illa, quæ beneficio principis suppletur  
d. l. fin. & si fiat mentio de morte, intelligitur in dubio  
de naturali, & non de ciuili, l. ex ea parte, §. insulam, ff.  
de uerb. obli. & not. per gl. in c. placuit, 16. q. i. & in d.  
c. suscepsum. Ad quæ contraria tollenda per maiores  
nostros varie & diuersæ se réperiuntur traditæ doctrinæ.  
¶ 4 Vna est t̄q; aut insurgit ex æquipollentibus idem effec-  
tus, & tunc non refert quid ex æquipollentibus fiat, in  
ribus. in princ. allegat. aut non insurgit idem effectus, &  
tunc refert quid ex æquipollentibus fiat, & sic procedit  
contraria. Ita dicit Cy. post Dy. in d. l. si mater, & est ori-  
ginaliter de mente glo. in d. l. Gallus, & quid si tantū cū  
respondet ad d. l. cōmodissime. Alia doctrina traditur p  
Io. Fab. in Brevia. in d. l. si mater, videlicet q; aut est tra-  
dita certa forma; aut non, & si non, aut insurgit diuersi-  
tas in ratione uel interesse. Et his duobus casibus, scili-  
cet quādo est tradita certa forma, uel nō est tradita cer-  
ta forma, sed insurgit diuersitas in ratione uel interesse,  
refert quid ex æquipollentibus fiat. Extra autē dictos  
casus stat regula ante tacta, nō refert quid ex æquipol-  
lentibus fiat. Alia & tertia doctrina traditur p Bal. in d.  
l. si mater, videlicet q; in ambitiosis & restringendis, ca-  
sus omisſus habetur pro omisſo, nec attenditur ibi simi-  
litudo, d. c. suscepsum, sed in favorabilib. & extendēdis di-  
singuntur, aut rōne casus omisſi deficit sōlēnitatis & h̄i p  
omisſo, d. l. cōmodissimè, aut nō deficit solēnitatis, & tunc  
si est eadē xequitas & omnimoda similitudo, casus omis-  
sus habetur pro expreſſo, d. l. si ter, aut non est omnimo-  
da similitudo, & tunc habetur pro omisſo, d. l. si. C. de his  
qui ueni. xta. imp. siue omittatur à canone, siue à con-  
suetudine, vel statuto ét iurato, siue à paciente, siue ab  
imperatr̄te, siue ab appellante, siue à Iudicē dante, siue à  
procuratorem dante, & ybicumq; pōderatur modus ma-  
gis quam finis, ut ibi latius per eum post Io. And. in d. c.  
suscepsum, in Nou. Alia & quarta doctrina traditur per  
Pe. quē refert & sequitur Bal. in d. l. Gallus. §. & quid si  
tantum,

tantū, quā uide per te. Alia & quinta notabilis doctrina  
traditur per Sal. in l. si. C. de posthu. h̄ere. inst. quā ét ui-  
de per te, quia nīmis longum est singulare enarrare:  
Alia & sexta doctrina cōter approbata traditur p Bar.  
in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, uersi. his p̄missis, quē  
insequendo aliquib. additis in hoc quotidianissimo art.  
¶ 5 p̄missio facta in unum casum extēdatur ad aliū, &  
utru refert, qui ex æquipollētib. fiat, distinguo hoc nō  
Aut. p̄missio facta est in unū casum per modum dispo-  
sitionis, aut per modum conditionis. Primo casu aut ex  
virtute expreſſi, casus omisſus p̄t intelligi; & tunc ad illū  
porrigitur, tex. est i. §. aliud, Ins. de socie. & in l. si. &  
fuerint, ff. p̄ socio. Aut ex virtute expreſſi casus omisſus n̄  
p̄t intelligi, & tunc aut p̄t cōstare de uoluntate disponen-  
ti, q; uelit dispositionē porrigi ad casū omisſum, & tunc  
ad illum porrigitur. tex. est not. in l. Titius, §. i. ff. de lib.  
& post. & tex. in d. l. si. secundum unam lecturam, C. de  
posthu. h̄er. inst. & ibi uide Bar. Bal. Pau. de Caſt. Alex.  
Iaf. & Doct. quibus adde tex. cum sua singul̄r̄ gl. & no-  
tata per Bar. Bald. Pau. de Caſt. Alex. Iaf. & Doct. in l. ta-  
le pactum. §. fin. ff. de pact. Aut. de mente uel uoluntate  
disponentis non poteſt constare, & tunc aut casus fuit  
penitus omisſus, uel fuerunt expreſſi duo casus qui ob-  
uenerunt coniunctim. Primo casu aut casus omisſus est  
similis expreſſo & habet eundem effectū, & tunc ad illū  
extenditur. tex. est in d. l. si. ff. mandati, aut non est simi-  
lis, & non extenditur, nisi casualiter ex legis p̄rouifione  
& interpretata mente disponentis aliud sit inducūm,  
ut poteſt uideri in substitutione uulgari, q; a e in te com-  
prahendit tacitam pupillarem & econtra. l. i. hoc ure.  
ff. de uulg cum sim. Secundo casu qn̄ fuerint t̄ expreſſi  
duo casus qui obuenerunt coniunctim, & tunc aut loqui  
mur in materia in'qua debet fieri interpretatio plena,  
ut in testamentis, & ad illum porrigitur, & sic in hoc ca-  
su su. Simplicibus comprēhendit mixtum, tex. est nota.  
in l. si ita scripti, in prin. ff. de lib. & posth. & in l. Cle-  
mens patronus. ff. de h̄er. inst. & uide aliud exemplum  
idianū p̄ Bal. in l. si. in pri. n. C. de leg. in patre legan-  
te filio.

te filio libros legales si efficiatur doctor legum, uel philosophicos, si promoueatur in artibus, nam eo promoto in legibus, & in artibus, consequetur utroq; secundum eum, quod nota. Aut loquimur in materia non favorabili, in qua non debet fieri interpretatio, & tunc casus omissus ad illum non extenditur, & sic sub simplicibus hoc casu non comprehenditur mixtum, tex. est not. in Luim passam, §. præscriptione, iūstal. mariti, §. hoc quām quennium, ff. ad l. Iul. de adul. Hinc est, quod h̄s poterit dispensare cū spurio, & item cū incestuo, nō utputa cū nato ex cōsanguinea maritata. Ita decidit Bar. in d.l.vim passā, §. præscriptione, & habetur de hoc per Bar. & alios in l. 2. ff. de uerb. obl. & per Pan. & Canon. in c. at si clerici, §. de adulter. de iudicijs. Causa tamen exitandæ contrarietatis, uel absurditatis, sub simplicibus comprehenditur mixtum etiam in materia restringibili, d.l.2. & ibi no. per gl. Bar. & Doct. & ita communiter tenetur, licet quidam dicant, dictam facultatem dispensandi late interpretandam, de quo uide latē per Ale. de Imo. in d.l.2. & per eundē in Rub. C. de iud. & per Ioā. And. in addi. ad Spec. in Rub. qui filij sunt leg. & p Corneum in cons. 73. in 2. uol. & per Ang. in cons. 257. & 294. incip. h̄ec cōfessio. & per Ale. in cōf. suo 96.2 uol. incip. uiso processu, ubi uide. H̄ec uera, quando queritur, an dispositio cōcepta in uno casu uero, trahatur ad alium casum uerum, sed si queratur, an dispositio concepta in casu uero trahatur ad casum fictum, omissis diuersis opinionibus Doctorū, traditis in diuersis locis, sic distinguo. Aut loquimur in dispositione iuris communis, aut in dispositione statutaria, aut in dispositione hominis. Primo casu subdistinguо, aut agitur de fauore cōcer- nente publicam utilitatem, si testamēti conseruandi, uel similem, & tunc fit extēsio, ut est gl. quam iti pōlerant Ang. & Io. de Imo. in l. si à primo, ff. de lib. & posthu. & probatur in d.l. Gallus, §. & quid si tantum. Aut non agitur de fauore, & tunc non fit extēsio, & sic procedit

dit regula, d.l.3. §. h̄c uerba. Secundo casu quād loquimur in dispositione statutaria, tūc etiam distinguo. Aut statutum disponit idem, quod ius commune in materia favorabili, & tunc statutum disponens in casu uero, hēc etiam locum in casu ficto, tex. est not. in c. ad audientiā, de cleric. non resid. & ibi hoc notant Ant. de Butr. Ioā. de Imo. & Pan. & benē faciunt notata per gl. singulare, in c. 1. de constit. lib. 6. Aut statutum disponit præter, uel contra ius commune, uel disponit idem, quod ius commune in materia non favorabili, & tunc regulariter statutum non extendit ad casum fictum, nisi aliud apparet de mente disponentis, secundum Ioān. de Imo. loco prædicto. Tertio casu quando loquimur in dispositione hominis, tunc etiam distinguo, Aut loquimur in rescriptis, & tunc dispositio in casu uero non trahitur ad casum fictum, etiam si sit eadem, uel maior ratio, ut est casus in d.c. si sceptum. Aut querimus in alia dispositione hominis, & tunc si ex casu ficto resultat expreſſe idem effectus, qui ex uero quoad id de quo queritur, & tunc fit extēsio ad casum fictum, tex. est in d.l. Gallus, §. & quid si tantum, & §. leq. & in d. l. Deo nobis, aut non resultat idem effectus, & tunc secus, d.l. ex ea parte, §. insulam, cum similibus suprā allega. Secundo casu principali quando prouisio sit in unum casum per modum conditionis, tunc distinguo, Aut casus omisſus est dissimilis expressio, & ad illum nō porrigitur, & sic loquitur d.l. fi. cum dotem, in princ. & d.l. commodissimè, & l. fi. ita quis, in fi. ff. de leg. 2. & præall. l. fi. C. de his qui ueni. et. impe. Aut casus omisſus est similis expressio, & tunc subdivinguo, † aut est conditio necessaria ad ipsū actum, aut est conditio necessaria ad effectum actus, aut est cōditio uoluntaria. Primo casu quando est conditio necessaria ad actum, de qua habes exemplū in d.l. Gallus, §. & quid si tantum, ubi ad hoc, ut substitutio uulgaris habeat locum, necesse est, q. institutus non sit heres & tūc dispositio facta in uno casu porrigitur ad aliū, & nō refert q. d. ex equipollētib. fiat, nec est necesse, quād conditio impletatur in forma specifica, sed si exprimitur vnuſ

## 640 LOCVS AB ÄQVIPOLLEN.

unus casus per quem non potest esse heres, porrigitur, ut dixi ad alium similem: d. §. & quid si tantum, & ibi habetur per Bar. & Doct. Secundo casu, quando loquimur de conditione necessaria ad effectum actus, exemplum, si relinquitur filio familiæ, ad hoc ut ipse effectus liter habeat, requiritur quod efficiatur sui iuris: & tunc id est, quod in praecedenti casu, quia si exprimitur unus casus per quem si efficiatur sui iuris, testator nult eum cōsequi legatum, porrigitur ad alium sibi similem: ut est casus in d.l. si mater, & ibi Pau. de Cast. Ias. & Doct. & in d.l. si mulier, in prin. & in d.l. fina. C. de do. quæ sub mo. qui sunt text. ad hoc nota. Tertio casu quādo loquimur de conditione uoluntaria, tunc debet impleri in forma specifica, nec porrigitur ad casum non expressum: ut est casus in d.l. Mænius, & in d.l. qui hæredi. §. si. & declarat optimè Soc. conf. 259. & ratio diuersitatis est, quia in primis duobus casibus testator cogitauit de effectu, sed in hoc ultimo casu cogitauit de forma seu modo tantum, ex quo apposuit conditionem voluntariam, ut pulchritate & subtilitate declarant Bar. Pau. de Cà. & Doct. in d. §. & quid si tantum: de quo articulo videre poteris latius si libet per Io. de Imo. Ale. & nouissimos in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, & per eundem Io. de Imo. in l. i. §. lex Falcid. ff. ad leg. Falc. & per Henr. Boich in c.cū tibi, in 2. dist. de testa, & per Doct. alibi. Est enim hæc materia subtilis & quotidiana, & DD. diuersimodè sentiunt, quæ mature deliberandū censeo, cum casus aliquis occurserit dependens à uoluntate tacita disponentis, qui ab una parte dicitur tacite compræhensus in expresso, & ab alia parte dicitur omisitus: ex quibus omnibus si per modum epilogi recolligantur, habentur plures notabilles limitationes ad dictam regulam, nō refert quid ex æstimationib[us] faciat. Primo ut non procedat, quando ratione casus omisiti deficit solennitas, d.l. commido dissimile. Secundo ut nō procedat in ambitiosis & restringendis, d.c. suscepimus. Tertiò ut nō procedat, quando inlurgit diuersitas in ratione uel diuersus effectus, & rō est evidens, quia tunc nō sunt propriæ equipollentia, ut ex su-

## LOCVS AB ÄQVIPOLLEN. 641

praeditis patet. Quartò ut non procedat qn̄ fuerint expressi duo casus in materia non fauorabili qui obuenient coniunctim, d. §. præscriptione. Quinto ut nō procedat qn̄ aliqua sunt equipollentia solum secundum fictionem, & non secundum ueritatem: nam tunc lex disponens in casu uero si est exorbitans uel odiosa, nō trahitur ad casum fictum: siue sit dispositio iuris, siue statutaria, siue hominis: securis aut si sit fauorabilis, ut supra dixi. Sexto, ut non procedat, qn̄ dispositio in se est dubia, & tractatur de odio, l. i.. §. & si quis, ff. de nentre in possemiten. quam ad hoc ponderat Sal. in d.l. fi. C. de postu. her. inst. Septimo ut nō procedat, qn̄ dispositio est qualificata, & propter qualitatē inducitur variatio seu alteratio substantiæ rei. Ita sentiunt Bal. & Angel. in d. §. & quid si tantum: & faciunt notata per Bart. in l. denūciat. §. quid tamen, ff. ad l. Iul. de adul. & quæ dixi supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse. Octauo ut non procedat, qn̄ est tradita certa forma, ut qn̄ apposita est conditio uoluntaria, quæ impleri debet in forma specifica, ut dixi: & hoc est qd alij dicunt, de conditione extrinseca: & generaliter non procedit ubiq[ue] magis ponderatur modus; q. finis: quæ omnia cōmenda memoriarum tanquā pulchra, utilia, singularia, & quotidiana, & vide quod dixi supra in loco ab expresso ad tacitū

LOCVS A COMMVNITER  
accidentibus.

- 1 Factum præsumitur, quod communiter fieri sicut cum nū. seq.
- 2 Argumentum à communiter accidentibus velissimum in proportionibus.
- 3 Deterioratio rei non præsumitur in pretio vel substantia, nisi probetur.
- 4 Matrimonium probatur per instrumenta dotalia.
- 5 Filius in dubio præsumitur natus posse contractu matrimonii.
- 6 Probatio debet necessariòcludere, limitatur.
- 7 Permutatio beneficij pinguis cum tensi an sit fraudulenta, & simoniaca.

Sf Meretrix

- 3 Meretrix presumptiuè qualiter probetur.  
 9 Locus, tempus, persona, &c. inducunt presumptionē mali, qd il lam faciunt cefare.  
 10 Argumentum à communiter accidentibus quādo procedat.

**T**raetabitur nunc locus à communiter accidentibus, i quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & utile. tex. est no. in c. i. & ibi hoc norāt Car. Io. Cal. Io. de Imo. Pan. & Doct. de cler. non resid. & tex. in l. id. coq., & ibi tangit per gl. ff. de legib. & tex. pulcher in l. quādam S. nummularios ff. de eden. & est gl. not. in l. neq; natales, C. de proba. & ibi Cyn. Bal. Sal. & Doct. not. & tangit gl. in l. cum dotem, & ibi etiam Bal. C. de iure dot. & gl. in l. eum qui, in prin. ff. de publ. & glo. in l. i. C. de arb. Et formatur hoc modo, t̄ quod communiter fieri solet, pr̄sumitur factum esse. Vel sic, potius cōmuniter & frequenter accidit, ita pr̄sumitur ueritas se habere, d.c. i. & l. eum qui probabilem, C. de epi. & cler. & l. cui Deus, & ibi Ang. ff. de ædicto, cum simil. Er argumentum t̄ sumptum ab hoc loco à communiter accidentibus est utilissimum in materia probationum, & etiā in materia permisiua, secundum Bald. in l. conuenticula, C. de episc. & cleric. imò loeus à communiter accidentibus concludit in materia probationum, ut dicit Bal. in c. fi. de causa pos. & proprie. & idem Bal. in c. i. S. uafalus, in tit. si de feudo fuer. cōtro. & Bal. in l. data opera, C. qui acc. non poss. & est iste locus ualde no. ubiqunq; proceditur ex pr̄sumptionibus, secundum Bal. in rep. l. cum mulier, in 24 col. ff. fol. matr. & in cons. 70. i. par. incip. apparent quādam instrumenta. Hinc dicit Odofred. in l. r. C. de transact. quod omnes tutores sunt baratores à communiter accidentibus. Hinc etiam dicunt Cy. & Bal. in lege cum oportet, C. de bo. quæ libe. q̄ oēs Altenses sunt usurarij, à communiter accidentibus. Hinc etiam sing. dicit Bal. in l. 2. circa fi. in uers. sed pone quidam dicebat. C. de rescin. uendi. quid uera estimatio rei seu iustum preciū probatur pr̄sumptiū, si testes dicant, quid per annum ante tempus contractus res

res ualebat decem, quia ex hoc pr̄sumitur tantum uāluisse tempore contractus quādo inspicitur, l. si uolunta te, in fi. illo-eod. tit. nam t̄ non pr̄sumitur deterioratio rei in precio uel in substatia, nisi probetur. nam in breui tempore per locum à communiter accidentibus nō contingit mutatio notabilis quantitatis in rebus immobili bus seu stabilibus, ut vocant; nisi aliud probaretur, secundum cū ibidem, quod reputat notabile. Hinc etiā dicit Soc. in cons. 42. quod fatui communiter reputat se sapientes, à communiter accidentibus, tollens per hoc depositiones quorundam testium, in pulchra q. de qua ibi per eum. Hinc etiam dicit Bal. in Auth. habita. C. ne fil. pro pa. ualere hanc consequentiam, talis stetit i studio longo tempore, ergo fecit magnas expensas, per locum à communiter accidentibus, quod dicit facere pro fratribus scholarium, qui remanserunt domi: quasi uelit dicere, quid talis impensa sibi debeat deduci de portione filiali: de quo articulo uide plenius per Bal. & Pau. de Cast. in l. filiæ cuius, C. fam. ercis. & per Bar. in l. i. S. nec castrense ff. de col. bon. & p. Bal. Pau. de Cast. & Doct. in l. omnimodo. S. impatari, C. de inoff. testa. & pulchritudine per Nico. de Vbald. in tract. success. ab intest. in uersic. sexto quero. quid recurre. Hinc etiā dicit Bal. in l. cum in te, C. de don. ante nupt. quod pr̄sumptio ilius singularis legis fundatur in loco à cōmuniter accidentibus, nam cōmuniter accidit, q̄ sponsa nō ducitur ad domum sponsi, nisi prius contrahatur matrimonii: si ergo domo spōsi facta sit donatio, pr̄sumitur facta post cōtractum matrimonium, ut ibi. Hinc etiā dicit Bal. i l. ne que i. C. de nupt. quid per t̄ instrumenta dotalia probatur matrimonium, arguēdo à cōmuniter accidentibus de quo latius ibi per eum, & per Ludo. Ronjan. in singul. 488. incip. nunquid per instrumentum dotis, & per Canon. in c. illud, de pr̄sum. Hinc etiam dicit sing. Bal. in l. 3. S. cognoscit. ff. de of. pr̄fe. uigi. q̄ in dubio incendium ortum in aliqua domo pr̄sumitur culpa inhabitantium processisse: per illum tex. nam licet locus à cōmuniter accidentibus non sit necessarius, est tamen pro-

babilis, & sequendus, secundum eum. Hinc etiam dicit sing. Bal. in addit. ad Spec. in tit. de locato, in uer. si au-  
tem non appareat, quod si de originalis forma cōcessio-  
nis emphyteusim non appareat concessio facta per ec-  
clesiam, præsumitur in dubio facta in tertiam generatio-  
nem, quia ita consuevit: unde à communiter accidenti-  
bus ita præsumere debemus, secundum eum: & allegat  
1. pen. C. de fidei usq. sed debuit allega. l. f. Hoc argumē-  
to à communiter accidentibus uitetur ēt. Hipp. de Mars.  
in l. 1. §. diuinus. ff. ad leg. Cor. de Sic. ad probandum, q  
percutiens aliquem in capite cum capulo ensis, præ-  
sumitur habuisse animum occidendi, licet non percuterit  
cum ensē uel ferro: cum vulnus illatum in capite à com-  
muniter accidentibus sit lethale, de quo ibi latius per  
eum, quem omnino uidet. Hinc etiam dicit sing. Salic. in  
l. non hoc, C. unde cognati, & sequuntur ibi Alex. &  
Ias. q. si mortu⁹ sit aliquis qui reliquit multas posses-  
siones, & agnatus apprehendit duntaxat: alias res mo-  
biles ad defunctū, dum uiuebat, pertinentes: per hoc  
non præsumitur adiuiss̄ hereditatem, quia cōmuniter  
qui adeunt hereditatem, apprehendunt primō res im-  
mobiles magis preciosas: de quo ibi latius per eos, & p  
Bal. in tit. an agnatus uel filius agnati, in vīb. feud. ubi  
idē sentit. sed istud non procederet in locis, in quib⁹  
de conuentione apprehendentes bona mobilia, tenen-  
tur soluere ex alienū, ut Louanijs, Bruxelle, & alibi, sed  
cessante consuetudine, & ubi essemus in terminis iuris  
communis, dictum Salic. est ualde notabile: quia uidi in  
casu occurrente magnam fieri difficultatem. Hinc etiā  
dicit Salic. in d. l. neque natales, q. in dubio filius præsumi-  
tur natus post matrimonium cōtractum inter patrem &  
matrem, & tunc ante: licet quandoq; contingat, quod  
ante natūcatur, & postea leg. timetur, c. tāta, qui filii sunt  
le. & l. cum quis, C. de natu. li. cum si. nam magis frequē-  
ter, & regulariter contingit, quod uxores non fuerint  
prius amatis uiri: unde probato tempore matrimonii pa-  
tris & matris, p̄ est mandatum est filium postea natum,  
5 nisi probetur contraria, & sic † minor ètas filii præsu-  
ptuē

piuē probatur ex dinumeratione annorum inchoand⁹  
à tempore matrimonii inter patrem & matrem contra-  
eti, scđm Sal. loco prædicto. Et ergo afferens contrariū,  
debet hoc probare, ex quo habet presumptionem juris  
contra se, ut dixi supra in loco à uerisimili. ubicunque  
enim probatur unum, uidetur probari reliquum, quod  
cum primo frequenter contingit, licet non semper, ut  
mult gl. in d. l. neque natales, quam ad hoc reputant sin-  
gularem Salic. Alex. de Imol. & Ias. in d. l. non hoc, & in  
hoc est utilis iste locus à communiter accidentibus, quia  
transfert onus probandi in aduersarium, ut uult glo. in  
d. l. neque natales, quam ad hoc ponderat Lud. Rom. in  
suis singularib. singulari 401. inci. quis debet probare.  
Et per istud limitatur regula, quae habet, q † probatio  
debet necessariō concludere, & quod nō probat hoc es-  
se, quod ab hoc cōtingit abesse, c. in præsentia, de prob.  
& d. l. neque natales, d. l. nō hoc, quia illud est uerū, nisi  
probatio concludat à cōmuniter accidentibus. nā illa suffi-  
cit, quia lex præsumit pro eo quod frequenter accidit.  
nor. dicit Felin. in d. c. in præsentia, in uer. quartō limita  
& Ioan. Fabri, in Breuitorio, in d. l. neque natales, & est  
de mente Salic. Alex. & Ias. in d. l. non hoc: quos omnino  
uide quia ponunt multas singulares limitationes ad  
regulam ante tactam. Item per hunc arguendi modum  
à cōmuniter accidentibus Odoffi. in l. generaliter, C.  
de non nu. pec. mira dexteritate concordat quædam iu-  
ra, quæ uidentur omnino contraria. Et procedit hic ar-  
guendi modus à cōmuniter accidentibus etiam in ma-  
lo præsumendo, ut optimè probatur in d. c. 1. & in d. l.  
cum qui probabilem, & uult exp̄sē Pan. in c. 2. in fin.  
de elect. & Io. Cald. in d. c. 1. ubi per illum tex. dicit, q  
argumentum à cōmuniter accidentibus ualeat ad ferē  
dū sententiā, et cū agitur de criminis civiliter: & hoc  
dictum refert & sequitur Panor. in consilio suo. 113.  
2. uolum. incip. tria sunt principaliter in causa mortis, &c.  
& Iason. in d. l. non hoc, licet aliud numerū affi-  
gnat. Et hinc est, quod † permutatio præsumitur frau-  
duenta, & simoniaca, si beneficium pingue fuerit per-  
mutatum

## 646 LOC. A COMMVN. ACCID.

mutatum cum tenui, de quo articulo quotidiano vide plene per Io. And. in c. 2. de renuncia. lib. 6. in Nouella & per alios ibidem, & per Ant. de But. Pet. de Aucha, Io. de Imo. Panor. & alios in d. c. 1. & per eundem Panor. & alios in c. quia uerisimile, de præsum. Hinc etiam dicunt Iacob. Batrig. & Bald. in d. l. neque natales, qd; ali quam t; esse meretricem probatur per hoc, qd; scholares passim de die, & de nocte uadunt ad eam, licet non probetur tactus, uel alii actus Venerei, à communiter accidentibus, quādo enim scholaris loquitur cum muliere, præsentia inspecta, difficile est præsumere bonum, sūm Bal. in d. l. neq; natales, & in d. l. data opera, & habetur per Bal. & Io. de Imo. in l. 6. ff. de hære. instit. & faciunt not. per Bar. in l. 3. in pris. ff. de sur. & notata per eundem Bar. in l. 2. §. si. & in l. quod ait lex, in princ. & in l. capite quinto, ff. ad leg. Iul. de adult. & no. per Pan. & Can. in c. tertio loco, circa fin. de proba. Hoc tamen locum non habet in sacerdote, uel uiro religioso, qui si amplectitur mulierem, præsumitur ea usū benedicendi hoc sacere, non causa libidinis. Ita dicit gl. sing. i. c. abfir. 11. q. 3. Sed tu dic, in hoc considerandas & ponderandas circumstantias loci, & temporis, & qualitatis personarum: quia locus, t; tempus, persona, & causa, inducunt præsumptionem mali, & illam etiam faciunt ceſſare, aut facta, ff. de poen. & habetur in c. in omnib; & in c. clericis, § 1. dist. & in c. sciendū, § 9. distin. Alioqui decipi posse, quod & aperte uult Pan. in d. c. 1. in fin. de cler. nō resid. & Fel. in c. auditis, de præscrip. & ergo distinguere in hoc casu tempora, & loca, & inspicias cōiecturas, & concordabis scripturas, c. si peccauerit, 2. q. 1. & l. apud antiquos, C. de sur. Hinc tēt̄ est, quod in dubio reo dicente se tortum & metu tormentorum cōfessum, Iudice autem notario dicente, eum sponte confessum, alio non probato, præsumendum est eum tortum & metu tormentorum confessum per locum à cōiter accidentib. Ita sing. dicit Bal. in consi. 479. 5. par. incip. in Christi, & c. tres sunt casus, & c. secundum numeros meos, & Pet. de Ancla. in consi. 24. inc. infra inquisitione, & meminit Ale. in consi

## LOC. AB ORDINATIONE. 647

consi. 5. 1. apud. inc. redemptoris, &c. in cā inquisitionis, in pri. & Hip. de Marsi. in suis singularibus singulari pri. mo. Hinc tēt̄ dicit Bal. in l. ædem, C. locati, quod loca domum suam scholari inueni, non poterit eum expelle re ob hoc, quod meretrices in eam induixerit, quasi in re locata male uersatus esset: quia hoc p̄sumere debuit, per locum à cōiter accidentib. secus, si locasset domum sacerdoti, secundum eum: quod nota. Illud autem est indubitatum, quod t; argumentum à communiter accidentibus, quod fundatur in uerisimili, & probabili, sūm demū procedit, quando formatur ab eo, qd; frequenter, & ut plurimum contingit adesse & raro absesse: Alioqui autem non procedit, sed habet locum regula inter taſta: non probat hoc esse, quod ab hoc contingit absesse, scilicet frequenter & facile, ut dicit gl. fin. in d. l. neq; natales, in uerbo, cum nihil, & ibi hoc bene declarat Cy. Bal. Sal. & Doſt. & Alex. Iaf. & Doc. in d. l. nō hoc: immo committitur tunc fallacia consequentis, ut dicunt dialectici. Non enim ualeat consequentia, iste est emptus, ergo adulter uel, pater istius est ingenuus, ergo ipse est ingenuus, quia oppositum consequentis stat cum veritate antecedentis. Et hoc est quod nos quotidiani dicimus, non probat hoc esse, quod ab hoc continget absesse, d. l. neq; natales, & d. l. non hoc, & l. matrem, C. de prob. que omnia commenda memoria tanquam pulchra, utilia, singularia, & quotidiana, & uide quod dicit supra in loco à iubiepta materia circa finem.

## LOCVS AB ORDINATIONE.

1. Dispositum. & ordinatum ad unum finem, non debet eius contrarium operari, cum nū seq. limitatur, nu. 2:
  3. Inducta ad diminutionem non operantur augmentum: limita
  4. Adiectio non semper auget dispositionem: ( tur.
  5. Ordinatum uel dispositum an baseatur pro facto remissive.
- Oferit se nūc locus ab ordinatione: feu ( vt alij volunt) a destinatis à quo sumtū argumētum est p̄babile, freq̄ies, & utile: & format hoc mō. t; Dispositum uel ordinatum ad unū finē, nō dēt eius contrariū operari, l. leg. ita

inutiliter, ff. de adimen. leg. l. 2. ante fin. C. de iureiu. propter cal. dan. l. qui hominem, §. fina. ff. de solutio. cfi is, §. 1 ff. de condi. indeb. l. siue hereditaria negotia, in fine ff. de negoc. gest. c. maiores, §. sed adhuc, de bapt. & Cle exiui, de paradiſo, §. deinde, de verb. fig. cum ibi no. cum fi. quod ferunt ad multa. Et particulariter ducento utilitatem ex hac argumentatione prouenientem ad practicam, ex multis pauca colligendo, ex isto inferi primo, qd eadem solutio non operatur liberationem, & repetitio nem, d.l. qui hominem, §. fi. & d.l. cum is, §. 1. Secundò ex isto infertur, quod excipiens non videtur confiteri intentionem agentis: quia ordinatum ad exclusionem agit, non fundat intentionem agentis, secundum Bal. n. l. conuenticula, C. de episc. & cler. de quo articulo quotidiano vide latius per gl. & Doct. in regu. exceptionem obijcens, de reg. iur. libr. 6. & plenissime per gl. Pan. Fc. & Doct. in c. cum venerabilis, de excep. & per Barto. & Legist. in l. non vtique, ff. de ex cep. & in l. decem', ff. de verb. obli. ad quos remissione sufficiat. Tertiò ex isto infertur, quod inducta ad priuationem, non inducunt disputationem, l. ex facto etiam, ff. de hær. in sti. & l. Tertia, §. fn. ff. de manum. testa. Vnde si pater exhaeredet filii absenti si ad patriam non redierit, non videtur eum instituisse si ad patriam redierit: quia ex dispositionibus priuationis non resultat habitus, d.l. ex facto etiam: & ex dispositionibus negatiis non resultat affirmatio, d. l. Tertia, §. fi. & ita no. decidit Bal. in l. 2. C. de condi. inser. & sequitur Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta, in 1. q. princ. ante fin de consti. Et ratio istius est evidens, ea non potest sumi argumentum à contrario sensu in disputationibus conditionalibus, quando de institutione, vel substitutione agitur, l. Lucius, vltima, & ibi est glo. sing. quam Doctores communiter approbat, ff. de hær. in f. & vult expreſſe Bald. in d.l. ex facto etiam, & dixi suprà in loco à contrario sensu, vbi uide. Quartò ex isto infertur, qd conuentio quae principaliter ordinatur ad resoluendum, nō potest operari productionem actionis: te. est not. in lab. emptione, in f. ff. de pact. & similiter præsum

etum ordinatum ad excipiendum, non ualeat ad agendum. Ita not. vult Bar. & sequuntur Doct. reprobata gl. in l. traditionib. ff. de pac. Hoc tamen limitatur dupliciter. Primò ut procedat, nisi actum sit expressè vel tacite quod agi posset: nam tunc cessat ratio prædicta text. est nota. in l. exempto, is qui vina, & in §. precedenti, & utrobique Bar. ff. de act. empt. Secundò limitatur, ut procedat, nisi uerba resolutio sint taliter cocepta, quod intelligatur celebrata noua uenditio: quia tunc bene agi posset, l. iurisgentiū, §. adeò, & l. si vnuſ, §. pactus ne petteret, ff. de pact. & ita decidunt Guil. & Ang. in d.l. ab emptione. Quintò ex isto infertur, qd inducta ad diminutionem non operantur augmentum, d.l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. & ratio est, quia actus agentium nō operantur ultra eorum intentionem, & l. nō omnis, in prin. ff. si cer. perta. Hoc tñ ego limito singulariter uerum, qd inducta ad diminutionem possent operari effectum diminutionis non operando augmentum: sed qd inducta ad diminutionem non possent operari diminutionem, nisi prius opererentur augmentum, tunc inducta qd diminutionē operant̄ augmentū tanq; necessarii antecedēs: pro hoc allego tres text. not. quorū primus est in l. Proculus, in prin. & ibi hoc volunt Bal. & Ang. ff. de vſuſt. & sequitur Fran. de Crema in sing. 28. Secundus est in l. fi. ff. de vſu. ea. re. que vſu cons. Et tertius est in l. denique, §. interdum, ff. de pec. leg. qui tex. plus probant, videlicet, qd adiectio auger dispositionem etiā contra proprium significatum uerborum: quod nota, quia est singulare, & quotidianū. Hoc tñ nolo te ignorare, qd adiectio non semper auger dispositionem, sed interdum diminuit: tex. est sing. in l. penul. & ibi Bal. no. ff. de feru. rust. præ, de quo exclamat Lud. Ro. sing. 71. & Franc. de Crema in sing. 61. & Ias. in §. equę, Inst. de acti. & vide alium easum singularē, & quotidianū p. notarios, & praticos coiter ignoratū, in quo adiectio diminuit disponē suprà in loco à commodato ad precariū. Et unū alium calum per Bar. in l. generali, §. uxori, ff. de vſuſt. leg. quod recurre. Sexto ex isto infertur, qd inducta ad augmentū nō operantur

## 650 LOCVS AB ORDINATIONE.

rantur diminutionem, l. si mancipiū, in prin. ff. de fun. in stru. Et hinc sing. dicunt Guil. Albe. de Ros. & Ang. inl. nulla, ff. de leg. quòd si testator legauerit uxori domum cum adiectione tali, quòd si dominus ualeat minus quam ducetas libras, debeat ei suppleri, ita quòd uxor habeat ualorem ducentarum librarum: si contingat, quod dominus ualeat plus, illud non debet ei auferri: quia dicta uerba fuerunt prolatæ a testatore ad ampliandum, & in fauorem vxoris. Ergo non debet interpretari in oppositum. argu. d.l. null., & præall. l. si emancipium. Illud autem non est oblitio tradendū, quod licet ordinata ad vnu finem seu effectum non debeant uel possint operari cōtrarium, iurib. præal. tamen ordinata ad unum finem bene operantur effectum diuersum, occurrentem tamen: tex. est no. in l. in numerationibus, & ibi glo. Bar. Pau. de Ca. & DD. no. ff. de solut. & habetur eleganter per Alb. de Ros. in 1. par. statu. q. 147. An t. at ordinatum seu de statutum habeatur pro facto, uide per Albe. de Ros. in 2. par. statu. q. 204. incip. item quero duas pulchras quæstiones: & per Bar. Bal. Alex. & Doct. in l. cetera, §. sed & si parauerit, ff. de leg. l. ubi per hoc reperies decisas quædam quæstiones quotidianas, quæ omnia cōmenda memorie tāquā pulchra, vtilia, singilaria, & quotidiana.

## LOCVS AB VISITATO SEV A

solutis.

3. Argumentum ab usitato, seu à solitis probabile, & utilissimum eius forma 2.
3. Confuetum fieri dicitur necessarium, & solita apponi licet non apponantur, habentur pro appositiis, & n. seq.
4. Confuetudo opima legum interpres.
5. Notarius semper intelligitur rogatus, ut apponat clausulas cōsuetas.
6. Clausule insolite apposite in instrumento inducunt presumptionem latenter fraudis.
7. Res fiscales vendi vel locari non possunt, nisi plus offerenti.
8. Electus ad aliquod officium in dubio intelligiuerit electus cum salario confuero.
9. Confuetudo excusat notarium à pena falsi.

Clausus

## LOC. AB VSITATO SEV, &c. 651

Clausus debet comparere hora, qua actus potest expediri.

1. Dicțio taxativa extranea excludit, & pertinentia ad contraria etum includit.
2. Masculinum in contractibus non concipit femininum.
3. Argumentum à solitis quando non procedat.
4. Eventum cursu e temporis non tollitur.
5. Consuetudo non debet extendi a persona ad personam.
6. Consuetudo patris familiæ testantis, conrabitur, uel aliter difponentis est prius inspicienda, quam consuetudo regionis.

Vnde subiectum locum ab visitato seu à solitis uel consuetis fieri, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & utilissimum ut patet in iuribus infra allegadis. Et primò de hoc est tex. nota. in l. si quis donaturus, & ibi glo. ff. de usufruct. Secundò in l. quod si nolit, §. quia aliud, & ibi Bal. ff. de ædil. edict. Tertiò in l. certi conditio, §. si nummos, & ibi Bar. Ang. Alex. Ias. & Doct. ff. si cer. pet. Quartò in l. liberis, & ibi notatur per Alb. de Rosate, Ias. & Docto. C. de collat. Quinto in c. cum M. Ferrariensis, & ibi Ant. de But. Io. de Im. Panor. Fel. & Doct. Can. no. de const. Sexto in l. si. ff. qd. cum eo. Septimò in l. certe, in f. ff. de preca. Octauo in c. cum Martha, & ibi notatur per gl. de cele. misf. Nonò in c. per uenerabilem, in §. quod autem, & ibi Prepo. no. qui filii sunt legit. Decimò in c. prudentiam, in princ. & ibi Card. not. de offi. delegat. Undecimò in l. excepto, Cod. locati, & in l. iurisgentium, §. pactorū, & ibi gl. ff. de pact. & in l. si fine, ibi, & quotidie prætores, ff. de minor, in l. item si unus, §. si. ibi, sed est usitatum, ff. de arbit. & in l. ei qui, in f. ff. de petit. hered. item bonus tex. in §. si. Inst. de satisfactio. & ibi Bal. dicit, quod argumentum ab actu quotidiano est validum in iure, & idem dicit Bal. in l. 3. cognoscit, ff. de offi. pref. vig. & si plures alias uidere libeat concordantias, uide Ale. & Ias. in d. §. si nummos, & Alber. & Ias. in d. l. ut liberis, & Albe. in d. l. si quis donaturus, & Bar. & Alex. in apost. ad Bar. in l. si prius, §. re Æt. placuit, ff. de aqua plu. arc. & eundem Alex. in apost. ad Bar. in l. uniuersorum, ff. de pig. act. Et argumentum ex hoc

- 2 hoc loco formatur hoc modo. † Attendendum est quod fieri solet. Vel sic, quod quotidie fit vel solitum est fieri, legitimè fit seu legitimum est, d. §. si nummos, ubi Iuris consultus sic arguit, & sàpè alibi, vt patet in iurib. suprà alle. Et istud facit ad multa & inter alia in primis ad hoc quod præsumendum est pro his quæ diu agitata sunt in ecclesia Dei, paciente & tolerante superiore, c. constitutus, & ibi Pan. not. de relig. dom. & ca. ecclesiasticarù, 11. dicit. Vnde eleganter dicit Vlpianus Iuris consultus in l. ante pen. ff. de constit. princ. non recedendum ab eo iure, quod diu & quæ visum est, nisi evidēs subſit virilitas. Hinc etiā eleganter dicit Bal. in l. quicunque, in 4. notab. vers.
- 3 scias autem, C. de seruis fugi. quod id † qđ consuetum est fieri, non dicitur arbitrariū, sed necessarium, pro quo ego adduco bonum tex. in c. ex parte, de censib. Hinc ēt est, qđ illud quod consuevit apponi ī cōtractu, licet non sit appositorum in instrumento contractus, habetur pro apposito, d. §. quia affidua, & d. c. cū M. Ferrar. & d. l. si prius, §. rectè placuit, & ibi Bar. & Alex. in apost. ad Bar. Imò generalius dicit Inno. in c. olim tibi, in prīm. de verb. sign. quem refert & sequitur Panor. in c. certificari de sepult. & frequenter alibi, quod omnis dispositio, siue legalis, siue ultimam uoluntatū, siue cōtractū, recipit interpretationē & suppletionem à consuetudine, & ab
- 4 eo quod fieri solet. Consuetudo † enim est. prima legum & aliarum dispositionū interpres, l. si de interpretatione, ff. de legib. & idem reperio velle Pet. de Anch. & Io. de Ananía in c. quam graui, de crimine falsi. Hinc etiam est, quod ex vñ, uel consuetudine uiuentis prelūmenda, est ultima uoluntas eiusdem moriētis, l. Titia. §. qui Marco. ff. de an. leg. & l. Sempronio. § ff. de usufr. leg. Hinc etiā dicit not. Bal. in c. 1. post prin. qui sen. dare pos. quod illud qđ sit de consilio sapientum, praesumitur factum bona fide, & sine calamitia, l. Polla. cum ibi not. per gl. in verb. pupilli. C. de his quib. vt indig. quia ita consuetum est fieri, secundum eum quod dicit notabile, subdés quod consuetudo habet vim decreti, item vim iustitiae, item dat mandatum, item dat iurisdictionē

etiam

etiam arbitris, & ibi pleniū per eum. Hinc etiam uide-mus, quod omnes clausulæ quæ solent apponi in diplo-matibus apostolicis aut bullis, ut vocant, si sint omisæ, subintelliguntur in eis, & habentur pro expressis, c. acce-pimus, & ibi hoc notat Ant. de But. de æta. & qual. & est rex. optimus & melior de iure in d. c. cū M. Ferrar. & si clausula solita ponit in certo loco, transponatur, habe-tur pro apposita in loco & solito, rex. est not. in c. causam quæ, & ibi Cano. ad hoc notant illum tex. de rescr. Hinc etiam est qđ notarius sen per intelligitur rogatus, ut ap-ponat clausulas, in similibus cōtractibus apponi conſue-tas, etiam si à contrahentibus hoc nō fuerit dictum. rex. est not. in l. ff. in fi. C. de fideiuss. & ibi Bal. dicit illum text. esse meliorem de iure, & idem uult Bald. in lege huiusmodi, in princ. ff. de lega 1. & idem uult Bald. in l. si quis sub conditione, in fi. ff. de cond. insti. & idē Bald. in l. ita demum, §. 1. ff. de arbi. & idem Bal. in Rub. ante fin. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. Alexan. de Imo. in confi. 27. 2. uol. incip. i causa, & lite. & idem Alex. in cōf. 107. eiusdem uol. incip. pro inuestigatione, &c. & idem Alex. in d. l. huiusmodi, & Bal. in l. i. circa fi. ff. sol. matr. vbi per hoc dicit, quod notarius in instrumento dotis potest apponere obligationem hypothecariam ēt si non sit dictum à partibus, ex quo solet apponi in illis instru-mentis. Hinc etiā sing. dicit Io. Andr. in addit. ad Spec. i. tit. de instru. edit. in §. instrumentum, in uer. quid si à co-trahentibus, qđ notarius simpliciter rogatus in cōtractu donationis, uel uenditionis, aut simili, potest adjicere clauulam precarij uel constituti, pura quod donans uol. uendens constituit se precario, uel simpliciter possidere pro donatario uel emptore, quia ita fieri consuevit, & efficacius per hoc uenit ad mentem contrahentium: & hoc procedit secundum eum ēt si non fuit adiectum, qđ instrumentum conficeretur ad sensum sapientis, quia hoc adiecto ēt incōsuerat possent suppleri, dummodo nō sint substancialia, uel essentialia. nam illa à principio sic in sunt cōtractibus, qđ sine illis uitiantur, secundum eum. Per dictam autem clausulam, ad sensum supple-tis, non

**654 LOCVS AB VSITATO SEV,&c.**  
tis, non est dubium quin cōsueta posint suppleri, iuxta  
no, per gl. & DD. in l. si mandato Titij. §. si ff. mandati,  
ubi est bona gl. in uerb. accepta quib. tractas de virtute  
dicta clausula ad sensum sapientis, de qua etiam habe-  
tur per gl. Bar. & Doct. in l. illa institutio. ff. de haer. inst.  
& per gl. & DD. in l. ex ea parte, in prin. ff. de uerb. obl.  
& per lo. de Im. in c. 1. i. si de confi. & per Spec. in tit.  
de emp. & uend. in §. 1. in uers. sed quid si in instrumen-  
to, & per eundem Spec. in d. tit. de instr. editi. §. instru-  
mentum, uers. quid si à contrahentibus, & per Bald. in  
l. cum quod. ff. si cer. pe. & per Sali. in l. captoriaris, C.  
de testa. milit. & per Pét. de Anch. Io. de Imo. & Barba-  
tiam in c. cum tibi, de test. Hinc etiam inferri potest ar-  
guendo à solitis † quod clausula in solita posita in ali-  
quo instrumento inducunt presumptionem latentis fra-  
dis, ut est gl. singularis in d. l. si quis sub conditione, quā  
ibi commendat Bar. Bal. Ang. & Doct. & Fel. in c. 2. de  
rescr. & idem Fel. in c. causam quæ, 2. de test. & Doct.  
sæpè alibi. Hinc etiam est, quod mandatum regis uel  
principis intelligitur secundum consuetudinem loci, li-  
missi opinatores, C. de exact. tribu. lib. 1. 0. Vnde si rex  
mandet exactori tributorum, quod exigat, & coercet  
omnes debitores fiscales soluere, ea coartatione quæ si-  
bi uidebitur magis expedire, tenebitur tñ exactor serua-  
re cōsuetudinē loci: & ergo si ex cōfuerudine debitores  
fiscales nō possint incarcерari, nō poterit procedere per  
capturam quia cōmissio séper intelligitur salua cōsuetu-  
dine. Ita singulariter dicit And. de Bar. in d. l. missi opa-  
natores, quem refert & sequitur ibi lo. de Plat. uers. sic  
etiam, & Bal. in l. 1. C. si propter pub. pensi. ubi hoc re-  
putat nota. dignum, & lo. de Anania in d. c. quam gra-  
ui, & Doctor. sæpè alibi: Hinc etiam est, q̄ officiales de-  
putati ad uendendum gabellas aliquius cōmuniſ, nō  
posſunt cū emporib. iniire pacta contra solitum morē,  
& pacta aliter inita per eos sunt nulla, quoniā intelligit  
eis cōcessa potestas, ut uēdāt more solito, & nō aliter.  
ita sing. dicit Doct. i. 1. C. de pascuis pub. uel prima. lib.  
1. & uult Ant. Corse. in sing. 5. 2. Illud autem certum  
est,

**LOCVS AB VSITATO SEV,&c. 655**  
est, † quod res fiscales uendi, uel locari non possunt, nisi  
plus offerenti, præcedente subhastatione l. 1. & l. si tem-  
pora, C. de fide instrum. & iure hastæ fiscæ lib. 1. o. iuncta  
l. loca, C. de locatio. prædi. ciui. uel fisc. lib. 1. 1. & primus  
coductor si offert tantum quantum nouus, debet præ-  
ferri. congruit, illo eo. titu. & ueniens intra tempus in  
subhastatione prefixum, debet admitti, licet res iam al-  
teri fuerit uendita, d. l. si tempora, qui sunt tex. si. gula-  
res, quod tene menti, quia uidi sepius de facto. Hinc ét  
est, quod officia intelliguntur concedi secundum cōsue-  
tudinem, l. magistratus & ibi hoc notat Bart. ff. ad munī-  
cipales, adeo † quod electus ad aliquod officium, in du-  
bio intelligitur effectus cum salario consueto, secundū  
Iacob. de Rauenna, & Salic. in d. l. excepto. sicut in simi-  
li dicit glost. fin. in d. l. excepto, quod ubi i. locatione nō  
est facta mentio de certa mercede, illa secundum con-  
suetudinem præteritam est soluenda, quod alibi non re-  
peritur secundum Sali. & Ange. ibidem. Circa quod  
uolo te incidenter scire, quod li uariè sit obseruatum in  
salario dando seu præstante electo ad officium, & in li-  
teris habeatur clauila. cū salario consueto, illo casu elec-  
tus ad officium habebit salarium, quod nouissimo an-  
no præstatum fuit, siue illud sit manus siue minus, q̄ salar-  
ium præteriti temporis. Ita singul. dicit Bald. in l. binos  
circa h. C. de aduoca. diuerso. iudic. per l. Mela. §. 1. ff. de  
alim. & cibar. legat. & ibi hoc dictum Bal. refert & se qui-  
tur Ale. de Imo. in apotillis ad B. i. r. pro quo dicto ét  
bené facit l. si mater, iuncta glo. cum ibi no. per Bal. C. ne  
de stat. defuncto. & faciunt nota. per Bal. in l. si filia, in fi-  
l. C. de inoffi. test. & notata per eundem Bal. in §. notan-  
dum, qui feu. dare pōl. in uib. feu. Hinc etiam est, quod  
contractus simpliciter celebrati, intelliguntur celebrati  
secundum quod consueverunt fieri in illo loco. d. l. q̄ si  
nolit. §. quia assidua. & d. l. si prius. §. recte placuit. & d. l.  
excepto, cum sua singulari glo. & ibi Ang. Salic. Doct. &  
idem. Anz. in l. licet. C. locati, & ita notab. decidit Bar. in  
l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. rcis, & Pan. in d. c. cū  
M. Fe. tar. & Sali. in d. §. q. a assidua. Hinc etiā dicit Bal. a  
l. 1. in 2.

## 656 LOCVS AB VSITATO SEV, &amp;c.

1. i. in 2. q. C. pro socio, quid si quid consuetum est fieri intelligitur hoc tacite actum in contractu, quia per consuetudinem tacite pactum induci uideatur, d. l. licet. Hinc etiam dicit idem Bal. in L. in eadis, circa fin. C. si cer. pta. quod illud presumitur factum, quod fieri consuetum in loco, & allegat d. l. q. si nolit. s. quia astidua. Hinc etiam est, q. si protocollo & instrumentum extensum, discrepent inter se, statut protocollo, tanquam principali per locum à solitis, quod est ualidum in iure, secundum Bar. in 2. i. si librarius ff. de reg. iur. Hinc etiam est, q. t. consuetudo excusat notarium à poena falsi, ita fin. dicit Bal. in c. i. de feu. cogn. & post eum Lud. Roma. in singulari 383, & nolunt Cano. in c. q. fin. de his que sunt à prælato. & Ang. de Aret. in libel. maleficiorū. in uerb. falsario, in uersi, & est aduertendum. Hinc etiam est, q. ad repetendum usurras sufficit probatio p. presumptioes, ut puta q. mutuans fuit usurarius, & solitus fomerari ad tantum pro libra, & q. repeterens modò usurras habuit ab eo mutuo, & tenuit fortem per annum, & sic usuræ ascédebat ad tantam quantitatem, & quod ipse usurarius restituit pignora, quæ uerisimiliter non restituisset, nisi usuræ fuissent sibi prius solute, sicut lors quam fateatur se recepisse, per locum à solitis. Ita sing. dicit Io. An. in c. quanquam, de usur. lib. 6. in Nouella, dicens ita in iudicij feruari. Et istam decisionem sequitur Paul. de Cas. in l. 1. C. de proba. Est tamen uerum, quod Iac. de Are. Pe. Cyn. & Bal. in d. l. i. tenent contrarium, & similiter Arch. in d. c. quā quam: Dom. autem & Phil. Franc. in d. c. quanquam, post multa allegata pro & contra concordant opiniones: ut si nihil ex parte usurarij allegetur ad tollendū huiusmodi presumptiones, habeat locū opinio Io. An. & sequacium, aliás autem procedat opinio Archid. & aliorū; ad quos breuitatis gratia remissile sufficiat. Hinc etiam est, quod si papa scribat pro aliquo beneficio lo etiam motu proprio, non presumitur tamen uelle aliter quam sit consuetum. Et ergo si clericus secularis impetravit beneficium non solitu. n conferri clericis secularibus, sed regularibus duntaxat: non ualer talis impetratio, etiam fin.

## LOCVS AB VSITATO SEV, &amp;c. 657

si in diplomate uel bulla, ut uocat, sit clausula motu proprio. Ita sing. dicunt Bal. & Florianus de sancto Petro in fiduci commissa, s. si seruo, per illum tex ff. de legat. 3. & est bonus tex. in c. cum de beneficio, de præben. libr. 6. & in c. possessiones, iuncta gl. de reb. eccl. non alien. Hinc etiam est, quod si episcopus citet aliquem non expresso loco ad quem, intelligitur, ut citatus compareat in loco consueto. Ita no. dicunt Pet. de Anch. Phil. Franc. & Docto. in c. cum episcopus, de offic. ordin. lib. 6. & benè facit iol. pen. ff. de iust. & iur. Hinc etiam est, t. quod citatus debet comparere ea hora qua congruè pōt expediti actus ad quem citatur: Et ergo si ille actus solet fieri de mane, ut contingit in electionibus propter missam sancti Spiritus qua solet præmitti, tunc debet comparere de mane ante prandium, si autem actus potest congruè expediti de mane, & etiam tempore vespertino, & ita solim est fieri: tunc citatus potest differre usque ad vesperas, quia tota dies sibi cedit, c. consuluit, de offi. deleg. & Inst. de uerb. oblig. s. i. cum sim. Ita notab. dicit Panor. in c. cum nobis olim, circa fin. de elect. & Inno. & Doct. in d. c. consuluit. Hinc etiam est, quod citatus non comparrens excusat à contumacia, quādo citatio non erat expedita secundum consuetum morem citandi. Ita sing. dicit Ang. in I. f. C. de can. largi. ti. lib. 10. quem referit, & sequitur Feli. in d. c. 2. & in d. c. causam, quæ, & idem Felin. in c. quoniam cōtra falsam, in 7. col. de probat. & Io. de Anania in d. cap. quam graui, & Hypolitus de Marsilijs in singulari suo 118. Hinc etiam est, quod procurator simpliciter constitutus ad uendendum uel donandum, potest in instrumento apponere omnia pacta etiā penalia, quæ sunt solita apponi in similibus instrumentis, licet super hoc non habeat speciale mandatum. Ita sing. dicit Ang. in l. benē à Zenone, per illum tex. in verbo, pactis conuentionalibus, C. de quadri. præser. & idē uult ipse Ang. in l. 2. ff. de iuris omnium iudic. & Docto. frequenter alibi. Hinc etiam est, quod legati seu ambasatores, ut uocant, simpliciter dati, ad pacem componēdam, licet non habeant expressum mandatum ad ap-

T. ponendam,

## §58 LOCVS AB VSITATO SEV, &amp;c.

ponendum pœnam, poterunt nil ominus apponere pœnam, & obligare dominum constituentem pro obseruancia eius quod gerunt. Ita sing. dicit Panor. in c. 2. de preca. per d.l. benè à Zenone, cum alijs iuribus per eum alleg. & reputat multū notabile. Ego tamen suadeo, qd de hoc habeatur speciale mandatum. Hinc etiam est, qd procurator simpliciter constitutus ad fideiembendum, potest renunciare beneficio ordinis seu excussionis: & talis renunciatio præiudicabit constituenti procuratorem si de consuetudine fideiflores similes renunciationes facere consueverunt. Ita singu. dicit Bar. in l. ff. de his quæ in frau. credi. & hoc dictum refert, & sequitur Pan. in c. 1. in 9. colum. ut lite non contestata, & Docto. sspè alibi. Hinc etiam est, qd habens mandatum ad capiendum mutuum, potest etiam dominum suum obligare ad cambium, & recambium, quando consuetudo loci habet, quod mutuetur cum cambio, & recambio: etiamsi in mandato habeatur dictio taxatina, quia illa t̄ extra-nea excludit, sed pertinentia ad ipsum contractum includit, Cle. exiui de paradiso, §. cū autem, de uerb. sign. & ita singulariter decidit Roma. in consi. 114. incip. vi-sis suprà consultis, &c. Hinc etiam est, qd si de originali forma concessio in emphyteusim non appareat concessio facta per ecclesiam præsumitur facta in tertiam generatiouem, quia ita fieri cōsucuit. Ita fin. dicit Bal. in addi. ad Spe. in tit. de locato, in uers. si autem non appearat, & allegat l. pen. C. de fideiflo. sed debuit allegare, l. fi. & idem reperio uelle Alex. de Imo. in d.l. si prius, §. recte placuit, apostillis ad Bar. & Ang. in §. emphyteusim, in Aut. de non ali. aut perm. u. reb. eccl. col. 2. Hinc etiam est, quod concessio in emphyteusim facta simpliciter pro se, & filiis, itelligitur etiam de filiabus, qd ita est consuetum fieri, licet t̄ in contractibus masculinum nō cōcipiat femininū, u. no. Arch. in c. si quis suadente dia-bolo, 17. q. 4. Ita sing. decidit Ioan. de Imo. in c. potuit, circa fin. de locato, & sequitur Alex. de Imo. in d. §. recte placuit, in apostillis ad Bar. & Doct. sspè alibi. Hinc etiam est, quod si papa consuevit in inuestituris, quas olim fecit

## LOCVS AB VSITATO SEV, &amp;c. 659

fecit principibus super terris, & oppidis ecclesiae, conce-dere iurisdictionem publicationis bonorum, & ultimi supplicij, ista duo uenient in simplici concessione facta per papā, etiamsi in inuestitura non exprimatur. Ita ual-de sing. decidit Ludo. Roman. in consilio suo 59. incipiē te, ad discutiendum, in 2. colum. ego tamen suadeo, qd hæc exprimantur. Hinc etiam est, quod pro specie debita potest solui pecunia, quando ita solui erat consuetū, rex. est notabilis in l. domini prædiorum, & ibi Bart. & lo. de Platea notant, C. de agri. & censib. libr. 11. Hinc etiam est, qd conduceat operarios simpliciter, tenetur eis præstare alimenta, expensas, & ferramenta, si ita erat consuetum. Ita notab. dicit Bal. in l. liberti libertęque, in 3. col. C. de ope. liber. & Docto. sspè alibi. Hinc etiam est, qd si duo reperiuntur lethaliter vulnerati, & nesci-tur quis eorum fecerit ad defensionem, in dubio præsu-mitur, qd ille incepit, qui est magis rixosus, & quod alter fecit ad defensionem, quia cuiusque consuetudo atten-denda est, d.l. uel uniuersorum, & l. qui semissis, ff. de vslur. cum sim. Et ita singulariter reperio decidere Alb. de Rosa. post Vbertum de Bobio, in l. ut uim, ff. de iustitia, & iure, & uult Cald. in Cle. unica, in 32. quæst. de ho-micidio, & Cœpola in consil. suo 29. in 4. colum. de quo articulo tamen uide latius per Alber. de Ros. in l. 1. §. si arietes, ff. si quadr. paup. fecis. dica. Hinc etiam est quod si per statutum pœnæ duplicitur post tertium sonum campanæ, & quodam tempore campana nō fuerit pul-sata, sicut contingit in die ueneris sancta, debemus consi-derare horam, qua consuevit campana pulsari: quia sta-tutum ad id tempus se refert, quo fieri solet, rex. est nota. in l. liberorum, §. & si tales, & ibi hoc sing. no. Bald. ff. de infa. & idem uult Alb. de Ros. in 2. parte statutorum q. 7. Hinc etiam est, quod in electione officialiū mos antiquis seruari deberet, alias electio seu creatio est, nulla, rex. est not. in actuarios, & ibi Bart. no. C. de num. actu. & c. lib. 12. & illum rex. etiam ad hoc no. Ant. Corset. in sing. 57. quod tene mēti. Hinc etiam est, qd nedum à do-lo, sed ēt à culpa excusatur ille, qui fecit quod consuetū

**660 LOCVS AB VSITATO SEV,&c.**  
est fieri:tex.est not.in l.si pignore,S.si.& ibi glo.Bar.&  
Doct.ff.de pign.a&ctio.& tex.optimus iuncta glo.in l.pi-  
gnus,& ibi Bar.Bal.Ang.Pau.de Cast.Sal.& Doct.not.  
C.co.tit.illum text.etiam ad hoc notat Francis.de Are,  
consi.38.incip.conflitissime domine. Et ergo depones  
pecuniam apud campostare fide approbatam, apud quæ  
est communis concursus deponentium, excusatatur, licet  
ille postea efficiatur fugitiuus, seu(ut uulgò loquimur)  
bancoruptor. Ita dicunt Bar.Ang.& Sal.in d.l. pignus.  
Hinc etiam est, quod si maior pars rusticorum iuit ad  
certum molendinum cum suis equis, excusatatur is, cui co-  
modauit equum, ut duceret suum frumentum ad molen-  
dinum, si iuit ad molendinum ad quod communiter oes-  
ibant, licet per incursum hostium equus sibi fuerit abla-  
tus, cum non fuerit in culpa faciendo quod cōmuniter  
omnes faciebant,d.l.pignus,& ibi hoc uolunt Bal.Ang.  
Pau.de Cast.Sal.& DL.ex isto etiam infertur ad deci-  
sionem illius questionis quotidianæ, Titius commoda-  
nit uel locauit Seio equum, Seius reuersus non repe-  
riens stabulum apertum posuit equum in pascuis, ubi Ti-  
tius solitus erat dimittere, uenit lupus de nocte, & co-  
medit, uel fur,& subripuit: quæritur, an dictus Seius  
commodatarius, uel conductor teneatur? & dicendum  
est quod non: \* quando communis cōsuetudo loci, &  
Titij commodantis uel locantis erat, dimittere equū in  
pascuis. Ita sing.uolunt Cy.Bal.& Pau.de Cast.in l.3.C.  
epis.and.& tangit per gl.Odoct.Bar.Bal.Ang.Pau.de  
Cast.& Doct.in l.si negotia,ff.de neg. gelt. & per Spec.  
& lo. And.in ti.de locato, in S.porrò,in uerf,quid si lo-  
canti tibi boues. Hinc etiam est, quod sicut habens man-  
datum ad aliquid faciendum, potest ea facere, quæ dñs  
solitus est facere etiam in prejudicium domini, ut est  
text.notab.in d.l.uel uniuersorum,& ibi gl.Bar. & Do-  
cto.& bonus tex.in l.dominus Sticho,S.testamento,&  
ibi bona glo,ff.de pec.leg. Ita etiam potest omittere in  
prejudicium domini, quando dominus non consuevit  
ea facere, puta non fenerari pecuniam quando dñs nō  
erat solitus fenerari:ut est tex.peculiaris in d.l. qui se-  
misses,

**AD D.**  
\* Non.  
Istud li-  
mitat Bal-  
dus in d.  
l.3.misra  
issenoue  
cause de  
buißet ad  
hiberima  
ior custo-  
dia P.  
Præt.

**LOC. AB VSITATO SEV,&c. 661**  
misses,in fi.quem textum ad hoc reputat singularē Lu-  
do.Roma.in suis singu. singulari i. Hinc etiam est, q  
conductor equi percutiens equum cum fistulis,uel li-  
gnis aded,q ex hoc deterioretur,tenetur: quia calcari-  
bus pungi debet,nō fistulis uel lignis cœdi:tex.est not.  
in l.i.& ibi Bar.not.C.de cursu publ.libr 12.& ratiō est  
quia attendi debet quod fieri consuevit,furib.præall. &  
ita etiam reperio singulariter uelle Ant. Corfet.in sing.  
suo 60. Hinc etiam est,quod solutio decimæ beneficio-  
rum concessæ alicui fieri debet secundum taxationē  
cīmæ consuetam, factam in illis partibus,in quibus est fa-  
cta concessio:tex.est sing.in Cle.si beneficiorum,de de-  
cimis:& ibi vide glo.singularem super verbo taxationē,  
& super verbo consuetam: quod tene menti. Posset &  
ad multa alia induci hæc argumentatio, sed præmissa pro-  
iunuenibus abundè sufficiunt. Quæ tamen dupliciter ue-  
niunt limitanda. † Primo ut procedant in consuetis cō-  
muniter,& plurimum, non autem in his quæ rarò uel  
omnino extraordinariè solent fieri. Ita sing.uult Alex.  
in d.l.uel uniuersorum,in apostillis ad Barto,& colligi-  
tur ex notatis per Bar.in l.Seio,S.medico, ff. de annuis  
lega.per illum tex. qui ad hoc est ualde notabilis, & me-  
ti commendandus:& pro hoc etiam est textus optimus  
iul.fistulas,S.frumenta,ff.de eontrah.emprio. inducen-  
do,& declarando ut pulchre habetur per Ias.in l. 4. Si  
quæstum,ff.si quis cautio,quicquid ibi dicunt alij:& de  
hoc uide magistraliter per Alex.in consi.suo 28.uolum.  
i.incep.redemptoris,&c.visis & accuratè pôderatis,&c.  
est etiam bonis tex.in ca.quod translationē,& ibi Pan.  
Barbatias ad hoc notant illum tex. de off. leg.& bonus  
tex.in l.apud Julianum,S.si,ff.de leg.i. ubi probat illud  
esse impossible,quod ex sola voluntate principis depé-  
det, quando non consuevit illud concedere,secus si con-  
suevit illud concedere,de quo uide plenè per Fely.in c.  
sedes,de rescript.& per Soci.in l. quidam relegatus, ff.  
de reb.dub.ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat.  
† Scđ illud limitatur uerum,† nisi omessa forma obserua-  
ris solita in contractu ex more regionis contractus repe-  
titur.

riatur celebratus sub alia forma, nā tunc stabitur literis contractus, nec fiet suppletio à consuetudine, tex. ē sing. secundum unum intellectum, quenā tāgit ibi Ang. in d. l. licet, & sequitur Iason in d.l. ut liberis, & sentit Sali. in d. §. quia assida. & ratio istius est, quia quando contra etus est celebratus sub alia forma, & de hoc appetet per instrumentū publicum, tunc sumus certi, ergo nō est redendum à certo propter conjecturam surgentem ex cōsuetudine, quia in incertis, non in certis locus est coniecturis, l. continuus, x. cum ita, in fin. ff. de uerb. fin. ff. de qua materia utili & quotidiana si plenius uis instrui, ui de Alb. de Rosate & Iaso. in d.l. ut liberis, & in d. §. si nō mos, & Ale. Im. in apost. ad Bar. in d.l. uel uniuersorum & in d. §. recte placuit, & Feli. in d.c. cum M. Ferrareni sīs, & Barbatiam in d.c. quod trāslationum. & aliquid per Sali. in l. i. in 4. oppositione. C. quomo. & quan. id. Illud autem certum est, quod ab insolitis non ualer argumentum, maximē ubi ius contrā disponit: undē non ualer hec allegatio imperitorum aduocatorū. Nūnqā hoc factum fuit, ergo fieri non debet: cum siendu cursu temporis nō tollatur, c. cum ex officij, & ibi hoc notat Bal. de præscr. & facit l. sed licet, ff. de offi. præsid. & 25 c. cū causam, de elect. Illud ēt indubitate est, tq; cōsuetudo nou debet extēdi de persona ad psonam, l. si unus, §. ante omnia, ff. de pact. & not. per lo. Andr. & Can. in c. fin. de offic. Archid. Nec de re ad rem, q. i. §. Julianus, el 2. ff. de itin. actuq; priua, quod seruit ad decisionem plurium quæstionum, de quibus per Bar. in d.l. i. §. si quis hoc interdicto. & per Iacob. in lib. feudo. in uerbo, in feudum, parum ante finem, & per Felin. in cap. auditis 16 de præscript. Illud etiam dubitatione caret † quod prius inspicienda est consuetudo patrisfamilias testantis, contrahentis, uel aliter disponentis, quām consuetudo regionis: Ita notabiliter probat in l. si seruus plurium, §. si ibi, ante omnia ipsius patrisfamilias cōsuetudo, deinde regionis in qua uersatus est, exquirenda est. ff. de legat. i. & in l. hæredes, §. si quis post, in fi. ibi, ex consuetudine patrisfamilias, ff. de testa. Cessante autē consuetudine

LOC. AB VSITATO SEV, &c. 663

tudine patrisfamilias testantis, contrahentis, uel aliter disponentis, fieri debet interpretatio secundum consuetudinem loci uel regionis, in quo uel qua actus celebratus est, d. §. quia assida, & alijs iuriib. suprā alleg. iuncta l. semper stipulationib. ff. de reg. iur. quæ iura sic debent intelligi secundum Ange. in l. 2. ante fin. C. de iure emphyt. & idē uult Lud. Ro. singu. 678. licet sit corruptus. Illud etiam non est omissendum, quod licet Fabius lib. 1. Orato. Inst. c. i 2. dicat, quod non debemus id uocare consuetudinem, quod plures faciunt: quia hoc periculū san daret præceptum non orationi modō, sed (quod maius est) uitæ: sed consuetudinē rmonis uocabimus consensum eruditorum, & consuetudinem uiuendi consensum bonorum, secundum eum, quem etiam citat & sequitur Budæus in l. princeps, in fi. ff. de legib. tamen hoc non puto indistinctè esse uerum, sed solum in terminis in quibus loquuntur: in indiferentibus aut, & ubi non agitur de uenustate sermonis, nec de peccato, ut in exemplis sup. positis, hoc nou puto procedere: sed habere locum supradicta, & ea quæ tractantur per Doct. in materia consuetudinis, in l. de quibus, ff. de legi. & in l. 2. C. quæ sit lon. consu. & in c. fin. de consue. & quæ dixi suprā in loco ab opinione uulgi: quæ omnia commēda memoriae tanq; pulchra, utilia, singularia, & quotidiana, & uide quod dixi suprā in loco à communiter accidentibus, & quod dicam infra loco proximo.

## LOC. A STYLO CVRIÆ SEV MORE iudiciorum.

Stylus curie, & mos iudiciorum, qui olim obtinuit, est seruandus, & per totum locum.

Libellus fundatus super consuetudine procedit.

Index non debet admittere bellum contra stylum, vel consuetudinem.

Stylus quid.

Stylus & consuetudo sunt diversa.

Vbsequitur nunc nō in congrue locus à stylo curiæ, seu more iudiciorū, à quo sumptum argumentū est validum in iure. Seruandus t̄ enim est stylus curiæ, & mos iudiciorum qui haec tenus obtinuit. I. f. C. de iniur. l. 2. C. quem. test. ap. & l. 3. §. f. cum ibi no. ff. de testib. & c. venerabilis, de confir. utili uel inut. vbi allegatur stylus curiæ Romane, & c. ex literis, de confir. & ibi Pan. expreſſe notaſt, stylum curiæ facere ius, & poſſe allegari ad deciſionem cauſarū: de quo ē meminit gl. in Cle. r. 1. §. ſecūs, de concess. præben. & glo. in Cle. appellanti, in uerb. expreſſas, de appelle. & Io. And. in c. unico, de rer. permu. li. 6. in Nouella: & Pluſ. Franc. ibidem, in 8. q. & Doſt. ſepe alibi, & hinc quotidie uideamus queſtiones decidi per stylo curiæ. Et gratia euidentioris doctriṇe aliquot poſſam exempla: & in primis iſto argumenato à stylo curiæ uititur Io. An. in regula delictum, de reg. iur. lib. 6. in Mer. cu. in illa q. An percutiēſ plures clericos uno iſtu fit pluribus excommunicationibus innodatus, an una, & per hunc locum à stylo curiæ cōcludit, quod vniqa duntaxat & ibi latius per eum. Iſto argumenuto etiam uicitur Cal. in conf. 8. ſub ti. de rescrip. in pulchra & quotidiana q. cōcludens per hoc, non censerit dispensatum cum inhabili in ætate ad obtainendum beneficium, licet etas in narratiōne sit expreſſa, & datum mandatum de prouidendo, niſi papa expreſſe dicat, ſe diſpenſare ſuper ætate, propter stylum curiæ, qui habet, quod in defectu ætatis ſem per adiiciuntur hec uerba, ſuper quo tecum de uberioriſ dono gratiæ diſpensamus, qui stylus obſeruandus eſt, ſe cōdūm eum: quem uide. Iſto arg. à stylo curiæ etiam vitetur Lapis in alleg. sua 33. incip. An fratre minor, ubi per hoc concludit, ſtari Cardinali dicenti ſibi aliiquid à Papa commiſſum viuæ uocis oraculo. quia ſic habet stylus curiæ qui obſeruandus eſt, ſecundum eum. quem refert & ſequitur Io. de Ana. in c. excommunicamus, in §. quia uero, in f. de hær. & Fel. in c. cauſam quæ. 2. de testib. & in c. 2. de refert. quod nota, quia videmus quotidie emanare literas a curiæ Romana, quibus pœnitentiarius Papæ afferit ſibi a ſummo pōtifice uim uocis oraculo cōmisſu-

vt cum tali uel tali diſpenset uel talem à uoto, ſi ita eſt quæ narratur, absoluat: Quibus literis ſtatur propter stylū curiæ, & quem papa ſcit, & tolerat: & ex eo plena inducitur probatio, ſecundum Io. de Grassis in opuſculo ſuo in arboře iudiciorum. Iſto argu. à stylo ſeu consuetudine concedentis priuilegium, uel reſcriptum utitur etiā Franc. de Are. in conf. ſuo 8. quæ uide per teipſum. Hinc eſt, q. quando dubitatur de falſitate instrumenti, non ſolum fit comparatio literarum in ſcriptura, ſed etiam in ſtylo. Ita ſing. dicit Bal. in l. unica, in f. C. de emenda. Inst. C. quem refert & ſequitur Io. de Ana. in c. quam graui, ubi pro hoc eſt bonus tex. de crim. falsi, & Fel. in d. c. cauſam quæ, & in d. ca. 2. referens memorabile dictū Plutarchi de Pirrho rege Epirotarum, quem uide. Hinc eſt, quod quando reſcriptum, uel priuilegium directum alicui ad exequendum, deuiat à cōmuñi ſtylo curiæ, à qua emanauit: commiſſarius potest ſine repræhensione ſuperſedere, & expectare ſecundam iuſſione. Ita ſin. dicit Pan. in d. c. 2. per illum text. & ibi eum refert & ſequitur Fel. idq; etiam uult Pan. in c. ex parte, 2. in f. de offi. de leg. pro quo dicto eſt tex. optimus in cap. pe. de capellis monach. & in capitulo ad noſtram, & in c. porrecti, de confir. util. uel inut. & in c. quod ſuper his, de fid. inst. & in c. ſi quā, d e refert. & in d. c. quam graui. cū pluribus ſimil. Hinc etiam eſt, q. ſitatus non cōpārens excuſatur à contumacia, quando citatio non erat expedita ſecundū consuetum ſtylo curiæ. Ita ſing. dicit Ang. in l. f. C. de cano. largi. ti. li. 10. quem refert & ſequitur Io. de Ana. in d. c. quam graui, & Fel. in d. c. 2. & in d. c. cām quæ, & in c. quoniam contra falſam, de proba. & Hyp. de Marſ. in ſing. 118. & in rep. legis, de uno quoq; ff. de re iud. Hinc eſt, q. ubi ſtylus curiæ eſt dāuerius, quia partes litigātes ſunt diuerorum territoriū, in p̄p̄ratorijs iudiciorum, ſeruandus eſt ſtylus loci, in iudicij autem ſeruandus eſt ſtylus ſeu cōſuetudo loci cōtractus, delicti, uel diſpoſitiōis, de quo uel qua eſt q̄ſtio. Ita ſing. decidit Bar. quē alij ſequunt̄ i. l. cunctos populos

populos, ver. & primò quæro, C. de sum. trin. & de quo articulo singulari, & quotidiano vide plenè per Pan. & Can. in c. quod clericis, de foro compet. & per Pet. de Anch. in rep. regulę ea quæ fuit a Iudice, i. 26. q. de reg. iur. lib. 6. & plenissimè per Ias. in d.l. cunctos populos, in vtriaque lectura, & per Cy. in l. 1. in fi. C. quæ sit long. consue. ad quos breuitatis gratia remissive sufficiat. Hinc

**2** etiam est, t. q. procedit libellus fundatus super consuetudine. Ita dicit Inno. in c. dilectus. de offic. ord. Quem refert & sequitur Ang. in d.l. fi. C. de iniur. Vñ quotidie videmus libellos fundatos sup consuetudine admitti, ut in ducatu Brabantiae, matrimonio soluto per mortem alterius ex coniugibus, superstites contendit ad mobilia, & credidores contra superstitem agunt insolidum ad solutionem crediti, proles autem, vel in defectum prolixi proximi agnati, vel cognati adhuc contendunt quod superstes nō possit alienare immobilia, & si fuerint alienata, ad annulationem: cum per consuetudinem plurium locorum, & territoriorum Brabantiae superstites in illis bonis immobilibus efficiatur duntaxat usufructarius. In Flandria aut Hollandia, & Zelandia videmus aliter obseruari de consuetudine: nam, in his comitatibus vide mus quotidie per superstitem contendit ad medietatem omnium bonorum tam immobilium quam mobiliū quando in contractu antenuptiali non est aliter dispositum, quia sic habet illuc consuetudo generalis: & item in infinitis aliis casib. Et ideo Ang. in d.l. fi. C. de iniur. volens instruere aduocatum contra cuius clientulum est ius cœ, dicit q. ipse semper debet sic arguere, licet ita sit de iure, tamen stylus curiae vel consuetudo aliter se habet, & ideo non est ab eo recedendum. Hinc etiam est,

**3** quod Iudex non t. debet admittere libellum contra stylum, vel consuetudinem, sicut nec contra ius. gl. est no. in l. de quibus. & ibi Bal. & Ang. ff. de legi. & in l. diuturna, illo eo. tit. & ibi est Ang. & ibidem Ang. i. l. 1. ff. de offi. aless. & ibi est hoc uult Ias. & Fel. in d.c. 2. Imo plus sing. dicit Fel. in d.c. cām quæ, in fi. videlicet quod finalata contra cōcēm stylū, est nulla. & allegat gl. in d. l. de quib. &

A n g.

And. in d.l. 1. Sed neq; gl. neque Ang. hoc dicit: quinimo quod ualeat sententia contra consuetudinem, tenet Cy. post Iac. in l. 2. in fi. C. qñ prou. nō est necess. & Bal. in extrauag. de pace Constan. Notabis tñ illud dictum Fel. pp. ipius auctoritatem, fuit enim sumimus Canonista, & longo tempore auditor Rotæ, & quicquid sit, debemus esse cauti, vt nō recedamus à stylo curiae, vel cōsuetudine, aut more regionis quia (ut elegat dicit Bal. in rep. l. Aemilius, uer. leges in scholis, ff. de min.) locus ab experientia debet nobis esse pro via veteri, & tuta: nihil enim aliud est stylus, q. consuetudo, seu practica cōfirmata, secundum Bal. in l. fi. C. quæ sit lon. consue. qui etiam ibidem subdit, q. in curia Romana dñ, ita est de styllo curiae, i.e. obseruantia p̄scripta ipius curiae: quæ obseruantia habetur pro forma & ab re non est, recedē duci s̄m eum: & idem vult Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo successionis ab intestato in prima parte principali, ubi sep̄e facit mentionem de styllo curiae Romane & dicit ab eo non recedendū, & per p̄missa dixi pri- dem in q. facti, qđ rescriptum derogans, c. statutum. de rescr. lib. 6. quoad vnam dietam, & cōcilio generali quo ad duas dietas, necnon quibuscumque aliis constitutionib. apostolicis, & c. iurisdictionem cōmissario in eo no minato nō tribuebat. Ex quo tam actor, quam reus erat eiusdem diocesis, & cā extra dioecesim erat commissa, nec in hoc derogatum fuit d.c. statutū, neque facta fuit mentio de casib. in quibus pōt fieri commissio extra diecesim, de quib. in d.c. statutum, §. cū uero, & maxime deperhorrescentia, de quo casu ex styllo curiae Romane semper consuevit fieri mentio, ut nullies ipse vidi, tum etiam pp. decretum irritās, positum in fi. d. c. statutū. Nec me mouet dicta clausula generalis, non obstantib. quibuscumque aliis constitutionib. apostolicis, &c. in d. rescripto posita, quia ex quo i d. rescripto specialiter derogatur d.c. statutum quod ad vnam dietā, & concilio generali quò ad duas dietas, absque eo, & derogatum fuc rit d.c. statutum, in §. cū uero, dicta limitata derogatio nō pōt operari ultra virtutem verborum eiusdem deroga tionis,

## 668 LOCVS A PRIMO AD VLT.

gationis, quia limitata cā limitatum produci effectum,  
1. in agris. ff. de æqui. rer. dom. & §. quod autem, & ibi  
Bal. & Ang. per illum tex. Insti. de legit. agn. tute. & h̄  
plenissime per Feli. & Barbatiam in c. cum ordinem, de  
rescri. & generalitas sequēs restringitur per precedētia,  
ut dixi latè suprà in loco à generalitate, & in loco à su-  
biecta materia, & dicam infra in loco à nomine dignita-  
tis, officij, uel appellatiōe. Vide etiā ad propositū sing.  
decisiōe. Rotæ 372. in nouis, incip. si in forma communī,  
ubi reperies, quòd stylus curiæ restringitur ex causa, ut  
in casu quotidiano illic posito in subdelegatis, quib. non  
cōmititur nisi nudum ministerium. Hoc etiā uolo te  
scire † quòd aliud est stylus, & aliud consuetudo, ut pul-  
chrè declarat Alex. de Imo. in cons. 36. 2. uol. incip. nō  
thēmā circa finem, pōst alios per eum relatōs, & vide  
quod dixi suprà loco proximo.

## LOCVS A PRIMO AD VLTIMVM.

- 1 Argumentum à primo ad ultimum ualeat quando media, qua  
drant. & se consequuntur.
- 2 Constitutum habet vim consensus.
- 3 Regula, si uinco vincētem te, &c. & quatenus locum habeat.
- 4 Regula, cum non stat per eum, de reg. iur. lib. 6. quando nō pro-  
cedat.

**O**ccurrit nūc locus a primo ad ultimū, à quo sumptū  
argumentū nedum † est probabile, sed & etiā fre-  
quent, urile, & necessarium, quando media quadrant &  
se consequuntur, eoque vtuntur Doc. in uariis locis, ut  
infra patebit. Et in primis eo utitur Bald. in l. 2. C. de cō-  
sti. ob causam, & idem Bald. in l. 1. circa fi. C. fideicom.  
eo etiā utitur Sali. in l. unica, C. de raptu virginum, eo  
etiā utitur Alb. de Ros. in 1. parte statutorum q. 13 6.  
Isto argu. etiā vñs uidetur Socrates, dicens omnia es  
se honorū virorum, nō secus quā m̄ dcorum, ut in Ada-  
gio primo. Deorum enim, ir. quit, sunt omnia, boni ui-  
ti deorum sunt amici, & am' corum inter se communia  
funt

## LOCVS A PRIMO AD VLTIM. 669

sunt omnia, bonorum igitur virorum sunt omnia. Hoc  
argumento etiā utitur Host. in sua aurea summa sub-  
tit. de excess. præla. circa fi. ubi inter alia postquam enu-  
merauit mala, quę pronenīst ex ludo taxillorum, dicit,  
q̄ de ludo veniunt ad verba, & de uerbis ad uerbera, &  
de uerberibus ad uulnera, & de uulneribus, ad homicidi-  
dia, & sic, à primo ad ultimum de ludo uenit ad homi-  
cidium. ergo talis ludus noxius, est vitandus, quod nota  
quia uidi multos perditos, & ex diuitiis pauperes esse  
eos per talē ludum, & tādem miserabiliter vitā finiis  
se, ex etiā commēmorat Imperator in constitutione,  
clearum usus, C. de relig. & in 1. cōst. Digest. circa fi. isto  
arg. et utitur Sc̄auola in l. de accessionibus. ff. de diuer-  
temp. præscr. ubi habet regulam illam vulgatam, Si vi-  
co vincentem te, ergo vincō te. Hoc arg. et utitur Alb.  
de Ros. in 2. par. statu. q. 1 1. ubi per hoc concludit, stan-  
te statuto, q̄ mater non succedat filio cum collateralib.  
cuiuscunque sexus per lineam masculinam usque ad ter-  
tium gradum, nec præferatur eisdem, & filius decebat  
relatis matre, fratre, vterino tantum, & amita, q̄ amita  
excludat matrem & etiā fratrem vterinum, per dictā  
regulam, Si uinco uincentem te, &c. ut ibi latius per eū.  
Isto arg. etiā utitur Soc. in cons. 1. vol. 1. circa fi. ubi dicit,  
q̄ in casu statuti, de quo ibi filia exclusa per statutū à suc-  
cessione patris p̄ agnatos q̄ excluderētur uigore eiuidē  
statuti à fratre uterino, multò magis dēt excludi ab ipso  
fratre uterino, licet statutū loquatur de fratre carnali, p̄  
regulā ante tactam, si uinco uincentem te, &c. de quo vi-  
de ibi latius p̄ eum. Hoc arg. etiā vñs uidetur Paulus  
Iurisconsultus in l. qui occidit. §. in hac ff. ad legem Aquī  
liam. ubi habes regulam illam vulgatam. Qui occasionem  
damni dat, damnum dedisse uidetur, de qua vide plenē  
per gloss. Henricum Boich. & Doctores in c. de cætero,  
de homicidio, & per glo. in uerb. dederunt & Docto. in  
cap. sicut nobis, oe testib. Isto argumento etiā utitur  
Iason in §. omnium. Institut. de action. ad proban-  
dum quòd exp̄scriptione tang. temporis, de cuius inji-  
tio

tio non est memoria, acquiritur dominiū directum, licet secundum communem conclusionem per præscriptio- nem regulariter non acquiratur nisi vtile dominium, in ducendo ad hoc. hoc iure, § . ductus aquæ, ff. de aqua quot. hoc modo longinquitas tanti temporis, de cuius initio non est memoria, habet vim tituli. cap. 1. de præscri. lib. 6. & vim constituti, vt est text. in § . ductu aque.

2 Constitutum † autem habet vim consensus, l. 1. in princ. ff. de conf. pec. & ex consensu queritur directum domi- niū, vt vult Bal. in Auth. nisi tricénale, C. de bon. mater. ergo (de primo ad ultimum) per præscriptionē tanti tem- poris, de cuius initio non est memoria, acquiritur domi- nium directum. Et istam conclusionem firmat Bald. in l. traditionibus, C. de pac̄tis. per d.l. hoc iure. § . ductus a- quæ, licet tex. illum non inducat, quod nota. Isto argu- etiam utitur Ias. in § . item si quis postulante, Institut. de act. cōtra Ang. de Aret. ibi, vt uidere poteris per teipsū. Isto argumento etiā utitur Marcellus summus pont. ni- si fallit inscriptio, in c. rogamus, 24. q. 1. & ibi meminit gl. no. in verb. sedi. Isto arg. etiā utitur Bal. in conf. 346.

3 1. par. & Doc. frequenter alibi. Pro clara tamen † luci da decisione dicti quotidiani articuli, Si vincō vincētem te, &c. distingue post Pet. & Cy. in Auth. licet patri, C. de natura lib. & post Io. An. in c. auctoritate Martini, de concess. præb. lib. 6. in Nouella, & Pet. de Anch. ibidē & post Lam. de Ramponibus in l. Claudius Felix. ff. qui pot. in pigno. habe. & post Ludo. Roma. in consil. 436. in cip. quod indulatum, circa finem, hoc modo, Aut queri- tur in diuersis casib⁹, aut queritur in eodem casu. pri- mo casu nō habet locum dicta regula, si vincō vincētem te, ergo vīnco te, & ita loquitur dicta Authent. licet patri, & l. 2. § . obijcitur, & l. æquissimum. § . si ex filio. ff. ad Tertul. & § . his consequens, in Aut. de æqua. dot. Secun- do casu, cum queritur in eodem casu, subſtingue, aut est eadē ratio vīncendi te quæ est vīncendi vīncētem te, & tunc est uera regula supradicta, quia fortius te vīnce re debeo, d.l. de accessionibus, aut nō est eadē ratio vīn- cendi te, quæ est vīncendi vīncētem te, & tūc nō habet locum

locum dicta regula, & ita loquitur d.i. Claudio, & d.ca. auctoritate Martini, ubi est tex. pulcherrimus, & ad præ- missa uide Salī. in Auth. quo iure, C. qui pot. in pigno. hab. ubi sing. decidit, quod mulier ratione suæ tacite hy- pothecæ, quam habet in dote, præfertur mutuantibus in refectione rei etiam prioribus tempore tacitā hypothe- cā habentibus, licet illi præfcrantur habentibus expre- sam hypothecam in re, in cuius refectione mutuarunt, & non mulier, quia rationes victoriæ sunt diuersæ, & sic non habet locū dicta regula, Si vīnco vīncētem te, er- go fortius vīnco te, quem omnino uide, quia magistra- liter loquitur. Illud tamen nolo te ignorare q̄ si promi- sisti mihi decem si te uicerō in ludo, lictum erit tibi im- pedire implementum huius conditionis, & taliter lude re, quod te non vīncam, quia sic uidetur tacitē esse actū unde hoc casu non habet locum regula de qua in Liure ciuili. ff. de cōd. & in regula † cum non stat, de reg. iur. li. 6. quia dicta regula non procedit, quando tacitē actū est, quod licet impedit implementum conditionis, sicut in casu supra posito. Ita dicit gloss. notab. in dicta regula, cum non stat, & glo. in l. in executione. § . si. in uerb. nīhi- lominus. ff. de uerb. oblig. & ibi Pau. de Ca. & idem Pau. de Ca. in d.l. iure ciuili, circa fi. & idē uult Bal. in l. r. in 10. quæst. C. de instit. & substit. sub con. fact. quod nota, quia habui de facto. Quidam enim iactitauit fe, q̄ alium vīnceret in ludo, & cum hinc inde stipulatione interue- niente, non potuisset propter resistentiam alterius, qui eo melius lufit, & quo minus vīnceretur impedinit, uoluit se defendere cum regula d.l. iure ciuili, & declaratū fuit, quod non potuit, licuit enim alteri facere quicquid potuit ludendo, ne vīnceretur. Sed si ille noluissest lude re & propter hoc non potuisset vīnci, tanc haberetur pro viro, quia hoc casu verè flarer per eum, quo minus vīnceretur, & non per virtutem suam. Ita sentit gl. sing. inspiciendam. § . si. ff. de præscr. verbis, quam refert & se- quitur Pau. de Ca. in d.l. in executione. § . si. & idem uolunt. Guil. & Pau. de Cast. in l. illud. § . si cuius, per illum tex. ff. de tributo. act. vbi dicunt, quod si ego & tu conue- nimus,

## 672 LOC. A PRIMO AD VLTIM.

nimus, ut qui minus ex nobis duobus currat, soluat decem, & tu debes soluere decem, quia minus uideris cum currisse, nam minus facit qui nihil facit dicto §. si cuius, qui quotidie ad hoc allegatur. Idem etiam uidetur de mente Bal. in d.l. 1. in 11. q. ubi dicit post Dy.

**¶** si per testatorem relista sint centū fratribus prædictoris pro sepultura, & ille decedar excoicatus, ita quod sepeliri non potest, debetur legatum, quia conditio habetur pro impleta, ex quo stat per testatorem, quo minus impleuratur. quod tene menti.

## LOCVS A NATVRA.

- 1 Argumentum à natura fortissimum. & per totum.
- 2 De proba ione eorum que sunt de nocte.
- 3 Furum quando non presumatur factum culpa custodum.

**I**ffert se nunc locus à natura, à quo † sumptum argumentum est fortissimum, tex. est not. in l. Arethusa, ff. de stat. homi. & ibi Bal. ad hoc norat illum tex. uno enim impetu non posunt duo infantes simul de utero matris excedere natura hoc permittente, ut ibi dicit tex. & per hunc arguendi modum à natura, Oldradus de laude aduocatus consistorialis maximus praticus † defendit quendam accusatum de delicto commisso de nocte, nam cum testes deponerent de usu, ipse petuit ab eis interrogari, in quo loco ipsi testes tunc temporis erant, qui dixerunt de loco aliquantulum remoto, & ultius fecit eos interrogari, si erat ibi lumen ignis uel candelæ, qui dixerunt quod non, uel hoc fuit probatum per alios testes, unde ipse Oldradus articulans & probans, quod illa nocte non fuerat lumen lunæ, conuicuit testes, quia homines non uident de nocte, & sic teste natura evasit accusatus. Ita dicit & refert Bal. in c. i. §. porrò, quod prius causa benefic. amit. in usibus feu. & idem uult ipse Bal. in d.l. Arethusa, ubi dicit, se hoc audiuisse à praceptoribus suis. Idem etiam referunt Bal. & Ang. in l. si cum exceptione. in hac actione. ff. quod met. causa, & ibi est glo.

## LOCVS A NATVRA.

67

est glo. sing. super verbo, ignorantia, in fine, quæ notab. dicit, iuste ignorari ea, quæ sunt de nocte, vel in multitudine hominum: quam ad hoc reputat singularē Ang. i §. quadrupli, Insti. de actio. vers. aduertas tamen, & de hoc habetur pulchre per Feli. in c. sicut, de re iudic. Dicit tamen Bal. in l. si non speciali, circa prin. C. de testa, quod licet testes deponentes de actu, qui factus est de nocte in loco vbi non aderat lumen candelæ, uel ignis, aut luna lucens, non probent: tamen tales sufficiunt ad torturam, si dicant se cognouisse delinquentem vel contrahērem per vocem. & hoc dictum refert & sequitur Ias. in l. non minorem, circa fi. C. de transact. & dicit benè notandum. Hinc etiam est, † quod licet furtum presumatur factum culpa custodum in l. 3. §. cognoscit, ver. effracture. ff. de offic. præf. vig. tamen hoc fallit, quod esset factum in loco qui bene custodiri non poterat, uel tempore quo custodiri non poterat, nam tunc culpam abesse probatur per rerum naturam: ita sing. dicunt Bal. & Alb. de Rosate in d.l. 3. §. cognoscit: & pro hoc est tex. sing. au reis literis scribendis in leg. semper. §. sed si si sit, ff. qd vi aut clam. Item per hunc locum à natura ego vidi fel mel decidi q. vnam filiationis satis arduam: quia ille qui dicebatur pater: negauit se cognouisse carnaliter illam mulierem cuius erat partus, nisi intra tempus intra quod non potuit nasci perfectus partus, puta intra centum octuaginta duos dies, l. intellecto. §. fi. ff. de suis & leg. hered. & lege septimo mense, cum ibi nota. ff. de statu hom. quare dicebat partum non esse suum, & se non esse patrem repugnante natura: & ita fuit iudicatum. & idem uidemus in alio casu, quando maritus fuit absens per annum, ita quod parvulus post redditum in domo repetitus non potest esse suus filius repugnante natura, l. si illum eum definimus, ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. De nato autem in undecimo mense, vide mirabilequidam per Aulum Gellium in noctibus Atticis lib. 3. capi. 16. & per Alciatum paradoxorum libro. 3. capitulo 7. & per Aymarum Rivalinum in libello suo historie iuris civilis & pontificii. super illa lege 12. tabul. IN DECEM

VU MEN-

MENSIBVS HOMINEM GIGNI, &c. vbi complices Adrianum Cæsarem requisitis veterum Philologorum, & Medicorum sententij causa cognita decreuisse, in 11.\* quoq; mense iustum partum edi posse: cuius contrarium tamen decidit Imperator Iustinianus, in Auth. de restit. & ea qua parit in 11. mens. §. si sed credo ad frequentiam eum respexisse, & propterea ita fruuisse, arg. l. nam ad ea cum duabus ll. præcedentibus. ff. de legib. ad quod etiam facit Solonis dictum, cuius meminit Cicero in oratione pro Roscio Amerino: Solon, inquit, cùm interrogatus esset, cur nullum suppliciū constituisse in eum, qui parentem necasset, respondit, id se nemine facturum putasse: & dicitur sapienter fecisse, vt ibi, & per Budæum in l. 3. ff. de legib. quod nota. & præmissis adde no. magistraliter per Petrum Iacob. in præ. in ti. de generatione. possit etiam hic addi, quod de natura naturante, & natura naturali alibi scribitur, sed de hoc remississe sufficiat ad no. per gl. & Doc. in §. conditio nes, in verb. naturam. Inst. de ver. obl. & ad no. per gl. & Docto. in l. cùm ad præfens, cum duabus ll. seq. ff. si cert. pet. & in Clemen. s. p. in fin. de verb. sign. quò recurre.

AD D.  
\*In 1. uñ  
de lib. 3.  
uer. ini. if.  
P. Prat.

## LOCVS A NATVRA ALTERNATIVORVM.

- 1 In alternatiuis elec̄tio est debitoris. 2. 3. fallit nu. 4. 5. 7.
- 2 Copula carnalis facit de sponsalibus conditionalibus sponsalia pura.
- 6 Index quando eligit pñnam, debet hoc facere causa cognita in figura iudicij.
- 8 Ad veritatem alternatiue vel disunctiue sufficit alteram par tem esse veram.
- Fallit quintupliciter nu. 9. & seq.
- 12 Dictiones seu, & siue.
- 13 Alternatio semper præsumitur esse inter æqualia, & parum distantiæ.
- 14 Membri appellatione quid contineantur.
- 15 In alternatiuis altera pars alternatiue trahit secū suū effectū.
- 16 Prohibitum simpliciter est prohibitum etiam alternatiue.

Nunc

 4 cedat † quoad casus, uel personas dissimiles uel similes rationem habentes, dictiones taxatiuae nunquam excludunt. Pro hoc est glo. not. iuncto tex. in d.l. ob es, & ibi Sali. notat, & pulchra gl. iuncto tex. in l. ita nobis cordi pudor, in uerbo, quinquennij, & ibi Cyn. Ang. & Salice, not. C. ad leg. Iul. de adult. & bona gl. in l. serui nomine & ibi Bar. ff. de vñ cap. & gl. uulgata in l. illud, & ibi omnes Doct. C. de sacrosanct. eccl. & est tex. no. in l. i. §. 1. ff. si mensor falsum modum dixe. Natura enim termini taxatini est, sic excludere ab ipso extranea, q̄ cuncta pertinentia ad ipsum includat, tex. est de hoc sing. in Clem. exiū de paradiſo, vers. cūm autem, & ibi Card. notat, de uerbo, fig. & faciunt notata per Bar. post glo. in l. i. §. 1. ff. quod uī aut clam. Hinc dicit Bal. in l. nullus, post glo. C. ad leg. Iul. maiesta, quōd dictio taxatiua excludit solum dissimilia. Hinc etiam dicit idem Bal. in d.l. 1. C. de bono. posseſſ. contra tabu. quōd si statutum dicat, quōd solus episcopus quid faciat, per hoc non intelligitur exclusum capitulum: quia non excluditur id quod est cōnexum: & de hoc est gl. expressa in c. episcopus, 24. dist. Hinc etiam est, q̄ si statutum permittat aliquas exceptiones duntaxat opponi, per hoc non impediuntur similes opponi. Ita dicit Ang. in l. sciendum, ff. de cuius. & idem Ang. in l. si tñ, §. in adilitijs, ff. de adil. edict. & est tex. in d.l. ita nobis cordi pudor, & ibi Cy. Ange. & Salic. & tex. cum gl. in d.l. 1. §. & parui, & ibi Bar. vers. ista gl. ff. quod uī aut clam, & tex. cum gl. in c. ex parte 2. & ibi Panor. & Can. de offi. iud. delega. Hin etiam est, q̄ donatarius tenetur alimentare donatorem factum egenum, alias reuocari posset donatio propter ingratitudinem, licet inter causas ingratitudinis, propter quas reuocari posset donatio inter uiuos perfecta, de quibus in f. C. de reu. don. quæ loquitur taxatiuae, ibi, ex his enim tantummodo causis, &c. iste casus non reperitur. Ita fin. dicit gl. in d.l. fi. super verbo, uoluerit, quam ibi sequuntur Cyn. & Salic. de hoc tñ articulo quotidiano uide ibi latius per Albc. de Ros. Tertiò limitatur, ut non procedat, † quoad ea

ea quæ uenient ex consuetudine: dictiones enim taxatiuae non excludunt ea quæ uenient ex consuetudine. Ita sing. dicit Lud. Rom. in consilio i 14. uñfis, ubi dicit, q̄ si data fuit alicui potestas capi mutuum usque ad centum tantum, si talis capiat centum mutuo sub usuris, non dicitur excedere mandatum, quando inter mercatores consuetum est capi mutuum sub usuris, uel (ut uerbis eius utar,) sub cambio, & recambio, & idem uult Bart. in Luiros, C. de diuer. offi. lib. 12. ubi dicit, q̄ si statuto caueatur, scholarem debere conueniri sub epo tantum, & de consuetudine rector etiam habeat iurisdictionē: per tale statutum nō derogatur iurisdictioni rectoris, quam habet ex consuetudine, \*quod nota. Quartò limitatur non procedere, quoad personas hæredum, quia haeres censetur eadem persona cum defuncto, in Auth. de iure iu. à morien. p̄rfect. in princ. unde non excluditur per taxatiuas. Ergo si aliquis se obliget de suo dato, & facto solus episcopus quid faciat, per hoc non intelligitur exclusum capitulum: quia non excluditur id quod est cōnexum: & de hoc est gl. expressa in c. episcopus, 24. dist. Hinc etiam est, quōd si quis uendit rē, & promittit de suo dato, & facto tantum, tenebitur nihilominus ēt de facto eius cuius est hæres, & sic de facto auctoris sui: vt est gl. no. in l. si seruus, in prin. in verb. interest, & ibi per Bar. & Bal. & DD. ff. de cond. fur. & idem uult Bal. in c. 1. in f. qui success. teneant, in usib. feu. & sequitur Franc. de Crema in sing. 32. quod nota. Porro (ut plenè instruenda) de natura dictiōnū taxatiuarum, volo te scire, q̄ † natura dictiōnis taxatiuae est, nedū restriugere seu excludere qñ ponit affirmatiū, & implicare aliud de quo erat maius dubiū qñ ponit negatiū, ut dixi, uerū ēt natura dictiōnis taxatiuae est, diuidere qualitatem à subiecto. Hinc est, q̄ licet aliās confessio qualificata nō pōt in parte acceptari, & in parte sperni, habetur p gl. & omnes in l. si quidem, C. de excep. tamen si creditor petat cētū, & debitor

A.D.D.  
\* Confusa  
Secus est  
si eam ha  
bere à le  
ge. Barto  
in d.l. ui  
ros.

debitor in iudicio confiteatur se debere quinquaginta tantum, potest creditor acceptare confessionem quantum ad quinquaginta, non obstante taxatiua tantum, & postea probare de reliquo: tex. est no. in l. si quidem, & ibi Bar. Bal. & alij, C. de transac. & haberetur per eundem Bart. in l. si cum duos, in prin. ff. rer. amō. Natura etiam dictio taxatiua est impeditre ius accrescendi inter coheredes. Vnde si testator instituit duos heredes, vnum in duabus vncijs tantum, & alium in decem vncijs tantum, uno repudiante, alteri non accrescit: tex. est sing. in l. Lucius. §. quæ habebat, in ff. ad Trebel. quem tex. ad hoc ponderat Bald. in rep. l. r. ver. super quinta videatur. C. de sacro san. eccl. & idem Bal. in l. si arrogator, verific. sed hic est considerandum, ff. de adopt. & Ias. in d.l. vn. ff. si quis ius di. non obtemp. Hinc etiam est, quod si duobus sint relicti fructus fundi pro alimentis, uno eorum repudiante, vel mortuo, non accrescit alteri: quia legatum alimentorum dicitur habere taxatiua. tex. est fin. iuncta l. dominus. §. per fideicommissum, & ibi Bal. no. ff. de vñfriu. Natura etiam dictio taxatiua est negare residuum, d.c. cum eccllesia Sutrina, & ibi hoc no. Io. de Imo. Vnde si creditor ex certa scientia dicat in testamento, vel codicillis, Titum debere sibi decem tantum, cum debet viginti, videtur legare liberationem in alijs decen. ut est gl. no. in l. rationes, in verb. quantitatem, & ibi habetur pulchre per Pau. de Cast. & DD. C. de probat. Illud etiam t'volo te scire, quod inter dictiones taxatiuas, & exceptiuas, quales sunt præter, nisi, præterquam, & dictio, tamen, negatiuè posita, hæc est differentia: quia dictiones taxatiuæ affirmatiuè posite, vnam speciem, seu individuum ponunt, & totum aliud genus remouent: vt Petrus tatum currit, id est, Petrus & nullus aliis, currit: sed dictiones exceptiuæ faciunt totum contrarium, quia à genere remouent vnam speciem, vel individuum tantum: vt si dico, nullus homo currit, nisi Petr. illa universalis remanet vera, nisi in Petro tatum. Ita dicit Bar. in l. si eum, §. qui iniuriatum. ff. si quis cautio. quod no. Il. Jud etiam uolo te ignorare, quod paria sunt, à principio limita-

limitatè disponere, vel disposita ex postfacto limitare: tex. est in d.l. Lucius. §. quæ habebat, quam ad hoc ponderat Pau. de Cast. in l. si mihi, in prin. ff. de ser. rustic. præd. Et sit limitatio ex postfacto ratione adiunctionis causæ, l. cum ff. Limitata enim causa limitatum producit effectum, leg. in agris. ff. de acq. rer. dom. & §. quod autem, & ibi Bald. & Ang. not. Inst. de legit. agna. tut. & habetur pulchre per Barba. & Felyn. in cap. cum ordinem, de rescript.

### LOCVS A TRIBVTO AD Decimam.

<sup>1</sup> Decimæ & tributa æquiparantur in iure, quod facit ad multa, nū. 2. 3. cum seq.

<sup>4</sup> Onus amone, tributorum & decimarum est reale.

Occurrit nunc locus à tributo ad decimā à quo sum pum argumentum est probabile, forte, frequens, & vñlere: quia t'equiparantur à iure c. tua nobis, de deci. & c. decimæ, 16. b. j. Et hæc æquiparatio facit ad multa, & inter alia primò ad hoc quod sicut in tributis non admittitur compensatio. l. 3. C. de compensatio. glo. in l. r. C. de anno, & tribut. lib. 10. cum simil. ita nec in decimis. gl. est sing. in d.c. decimæ, in verb. tributa. quam sequitur Pan. & alij, in d.c. tua nobis: & eam multum commendat Ludo. Rom. sing. 257. Secundò istud facit ad hoc, quod si cest posseffio est obligata pro tributo, vt est tex. in l. Imperatores. ff. de publica, ita etiam posseffio est obligata pro decima, vt probat tex. no. in c. pastoralis, de deci. per quem tex. dicunt ibi Host. Io. And. & Doct. quod si venditur fundus, ex quo multis annis retrò præteritis non fuit soluta decima, emptor poterit conueniri pro decima præteritorum annorum, reseruata sibi actione contra venditorem: & hoc sequitur ibi Pan. & idem Pan. in c. cum sint homines, illo eod. tit. & est de mente Federici de Senis in consil. 81. & qd predicta optimè facit quæfio disputata per Io. And. in regula, non est in mora, de reg.

## 700 LOC. A TRIBV. AD DECIM.

reg.iur.lib.6.in Merc.& congruent not.per And.de Barulo,& alios in l. i.C.de an.& tribu.libr.10.vbi habetur  
 4 f quod sicut onus annonæ , & tributorum est ius reale,  
 vt ibi, ita & ius soluendi decimas, & probatur in d.c.tua  
 nobis, ubi de hoc articulo uide latius . Tertiò istud facit  
 ad hoc, qd sicut à sua lata in cā tributorum non appellatur.  
 I.ablitinendum, & l.fin.C.quom appell.non recip. Ita  
 nec à sententia lata in causa decimaru . & ita tener Spe.  
 in ti.de app.in §.2.in uer.4. & uidetur expressum in d.  
 c.tua nobis,in fi.de quo tamen articulo quotidiano uide  
 latius per Pet.de Anch.Panor.& Doct.in d.c.tua nobis,  
 ubi reperies duas limitationes. Quartò istud facit ad hoc  
 qud sicut tempore feriarum ob necessitates hominum  
 industrarum, proceditur in causa tributorum, l. publicas,  
 C.de ferijs . Ita etiam hoc tempore procedi poterit in  
 causa decimarum. & ita videtur tenere Spe.in tit.de fer.  
 in §.2.in uer. quid de causa decimarum, & est hodie ex  
 pressum in Cle. dispensiosam, de iudicijs. iuncta Clem.  
 spē, de uer.sig. & ibi gl.in verb. ob necessitates. Quintò  
 istud facit ad hoc , qud sicut ualeat consuetudo in solu  
 tione tributorum, ut si dominus terræ consuevit solue  
 re tributum, seu publicas functiones, & non colonus, ser  
 uetur consuetudo, ut est tex.optimus in l.litibus. §.hæc  
 de redditibus.C.de agr.& censitib.lib.11. Ita etiam ualeat  
 consuetudo in solutione decimarum, ut si colonus con  
 suevit decimam soluere, seruetur consuetudo, & contra  
 si dominus consuevit decimam soluere, & non colonus,  
 seruetur consuetudo. Ita dicit gl.notab.in d.l. litibus, in  
 verb.moris erat. quam refert, & sequitur Panor. in cap.  
 cum non in homine, de decimis. Sextò istud facit ad hoc  
 quod sicut præstatio tributorum, quæ fit in recognitio  
 nem uniuersalis dominij, non tollitur præscriptione, uel  
 tempore,l.competit, C.de præscri.30.uel 40. annorum,  
 ita etiam contra præstationem decimæ non posse præ  
 scribi eadem ratione.\* & ita decidunt Cyn.Bar.& Salic.  
 in d.l.competit, de quo articulo quotidiano uide latius  
 per Pan.in d.c.tua nobis, & per etidem in c.cum nobis,  
 & in c.si diligenti, de præscrip.& per glo.& Archid.in c.  
 qui-

**ADD.**\*  
**Ratione.**  
**Pro hoc**  
**est in ca.**  
**causamq;**  
**de pref.**

LOC. A TRIB. AD DECIM. 701  
 quicunque, & in c.maiores, 16.q.6. & in d.c. decimæ, &  
 per Panor.in c. in aliquib. de dec. & amplissimè per Ho  
 stien.in Sum.in tit.de dec in §. & uerum præscribi pos  
 sunt, in uer.septimò, queritur, utrum consuetudo excu  
 set, ubi exactissimè hunc articulum quotidianum exami  
 nat. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à  
 tributo ad decimam, sed prædicta pro iuuuenibus suffi  
 ciunt.

## LOCVS A NOMINE DIGNITATIS,\* AD.Di gnitatis . officij, uel appellatiuo .

- 1 Vnumquodque est tale, quale denominatur ab appellatiuis.
- 2 Obligationem concipi nomine proprio, vel sub nomine officij, aut quot modis su matur in
- 3 Talia sunt subiecta, qualia predicata demonstrant, quod facit inire, do cent gl.c.
- 4 Generalitas relata ad locum debet restringi, & intelligi secundum subiectam materiam.
- 5 Clausula præcedens est majoris efficacia ad determinationem deniq; 4. diſt. &c.
- 6 sequentium, quam contra . 3. de cler. & Bart. in l.j.uer sic. & pri

N Vn subiectemus locum à nomine dignitatis , offi  
 cij, uel appellatiuo, à quo sumptum arguūtum est  
 forte, frequens, & utile, & formatur dupliciter ad dupli  
 cem effectum, Vno modo sic. f vnumquodque est tale,  
 quale denominatur ab appellatiuis, tex.est no.in l.annua  
 §.1.ff.de ann.leg. & tex.in l.Lucius. 1.ff.de fideicom.lib.  
 & in l. i. in fin. C.de offic.prædicti vrb. quos text.ad hoc  
 not.Bald.in l.conuenticula. C. de episcop.& cleric. ego  
 autem ad hoc allego plures alios text. quorū vnu est in  
 l.nomnunquam , iuncta. prædictenti. ff. ad Trebell. vbi  
 singu.habetur , quod fideicommissum relictum à plurimi  
 bus hæredibus sub nomine appellatiuo,hæredum,debet  
 tur pro portionib.hæreditarijs, vbi alias relictū proprijs  
 nominib.expressis debetur pro portionib.virilibus.alius  
 tex.in l.si communis seruus ita. ff.de stip.seru. quæ dicit,  
 q multum interest , an seruus cois stipuletur dominij suis.

luis sub nomine appellatio, an sub nomine proprio, quia primo casu acquiritur ipsis pro ea portione pro qua sunt domini. Secundò vero casu acquiritur ipsis pro rationibus virilibus, aliis & tertius tex. in c. quoniam abbas, cū ibi no. per gl. in verb. substitutum, & DD. de of. dele. vbi habetur, quod multum referit an constituto in dignitate committatur causa à sede aposto. sub nomine proprio. Quia primo casu eo mortuo, etiam re integra, transit commissio, seu delegatio ad successorem in dignitate, non autem secundo casu, quartus tex. in c. si gratio sc̄e, de descrip. lib. 6. vbi habes, multum referre, an gratia concedatur per papam ad suę voluntatis beneplacitum, an ad beneplacitum sedis, quia primo casu gratia finitur mortuo papa, secundo uero casu non, quia sedes ipsa nō moritur, vt ibi dicit tex. quintus tex. est in l. 3. §. in eum, ff. de adim. .rer. ad ciui. per. qui sing. probat, quod aliud

2 t̄ iuris est in obligante se nomine proprio, & aliud in obligante se nomine officij, quia obligans se nomine officij, finito officio non tenetur, secus si se obligauerit nomine proprio, vt ibi, & in l. procurator, qui pro euictione, secundum verum intellectum, ff. de proc. ad quod ēt facit, l. post mortem, in prin. & §. 1. ff. quan. ex factō tut. & l. 1. C. eo. tit. & l. cū quædam, C. de admin. tut. & l. 4. in prin. ff. de re iud. & l. ff. secundum vnam leſtūram, ff. de instit. de quo vide latius per Bar. in d.l. post mortem §. 1. versic. circa gestorum, & per omnes in d.l. procurator, qui pro euictione, & præcipue per Alb. de Ros. ibidem, qui meo iudicio ceteris clarius, & perfectius loquitur. Alium etiam effectum operatur expressio dignitatis, vel officij, quia finito officio, vel deposita dignitate, talis non poterit se amplius de commissio negotio intromittere. Ita fin. dicit Alb. de Ros. in d.l. Lucius, per illum text. ponens exemplum familiare. Ratio istius est, quia hoc casu videtur ei negotium commissum contemplatione dignitatis, & non contemplatione personæ, per d. l. Lucius, & ibi hoc not. Bened. de Plumbino, & Alb. de Ros. & idem vult gl. in c. statutum, in prin. super verb. canonicas, in si. & ibi Philip. Fran. & DD. de descrip. lib. 6. &

glo.

LOCVS A NOMINE DIGN. &c. 703  
 glo. in Cle. 2. in verbo in principalis in si. & ibi. DD. eo. tit. & facit d.l. annua. §. j. Sed quod dixi, limitatur verū esse, quando dispositio per omnia pariter est proportionabilis personæ, & dignitati, & ita procedunt iura supra alle. Vbi autem sunt coniecturæ magis vrgentes, quod persona fuerit contemplata, quam dignitas, dispositio erit censenda personalis, licet fiat expressio dignitatis, officij, vel nominis appellatiui. tex. est de hoc sing. in ca. requisisti. §. sed considerandum, de testa. vbi sing. probatur, quod legatum relictum episcopo ab extraneo, præsumitur relictum intuitu ecclesie, vt etiam habetur in d.l. annua. §. i. sed legatum relictum episcopo à consanguineo, vel propinquo, præsumitur relictum intuitu personæ, nec distinguit tex. in d.c. requisisti, utrum sit expressum nomen proprium vel appellatiuum, immo semper loquitur in nomine dignitatis, de quo uidē ibi latius per Pan. & Barb. & uidē omnino Io. And. in regula, non est in mora, & in reg. priuilegium, de reg. iur. lib. 6. in Merc. ubi multa bona reperies in hac materia. Quid autem iuris sit, si utrunque nomen tam proprium q̄ appella riuum sit expressum, & quid tunc inspicere debemus, vi de gl. & Doct. in d.c. quoniam Abbas, & tex. in d.l. si cō munis seruus ita. Et quid erit, si expressio nomine proprio & appellatiuo, disponens in altero errauerit, vide text. sing. cum ibi not. in l. qui habebat. ff. de reb. dub. & quod per d.l. qui habebat, sing. not. Alb. de Ros. in Rub. ff. de no. oper. nunc. Secundo argumentum ex hoc loco potest formari aliter sic, Talia t̄ sunt subiecta, qualia præ dicata demonstrant, seu permittunt, text. est in l. 3. in pr. ff. de fundo instr. & in l. ff. defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. & in §. præterea, in si. Inst. de inut. sti pu. & inter dilectos, de fid. instr. & ibi no. per gl. in verbo. nequiuissent. quam Card. & Felin. ibidem dicunt esse singularem, nullam mentionem facientes de prædictis legibus nec de gl. in c. dudum aduersus. in verb. prohibemus, de deci. quæ idem dicit, vt infrā tangam. Et istud fortificatur ratione, quia à quocunque remouetur prædicatum, remouetur & subiectum, quia prædicatum qualificat

lificat subiectum ut sic subiectum intelligatur secundum naturam praedicati, iurib. præal. & isto arg. vititur Pet. de Anch. in confi. suo 68. incip. in Christi, subtiliter, & ad plenum, &c. & Doct. sèpè alibi ut infra patebit. Et iste arguendi modus facit ad multa. Et inter alia (gratia ex pli pro instructione inuenum) istud primo facit ad hoc, q. si testis producatur super veritate alicuius facti, & etiam super fama: & interrogatus super articulo de ueritate, dicat se nihil scire, uel adiecit ista uerba, semihil aliud scire, per hoc non uidetur deposuisse super articulo de fama, quia de fama non fuit interrogatus, & responso referitur ad interrogata, & ideo super articulo de fama debet specialiter interrogari. ita singu. dicit Bal. post Marti. Sillamandi in d. §. qui interrogatus, per illum tex. quod nota. Secundò istud facit ad hoc, t. q. si te stis dicat Titum possedit decem annis, ut habet articulus, & interrogatus quomodo scit, dicit quia vidi, licet dicta causa scientia uideatur prima facie insufficiens, q. potuit uidisse per unum diem, tamen quia ratio intelligenda est, secundum dictum d. §. qui interrogatus, iudicanda erit sufficiens, quia illa que sunt in termino ad quem sit relatio, intelliguntur specificata in termino referente. In summa, in fin. in principiis ff. de re iudic. cum sim. & ita sing. dicit Bald. in d. §. qui interrogatus, & ante eum idem uoluit Barto. in simili casu in l. Labeo, fin versicul. sed quero, quid si testis, ff. de supel. legat. quod nota. Tertiò istud facit ad hoc, quod si securitas, uel saluus conductus (ut uocant) fuerit determinatè petita uel petitus, & concessa, uel concessus indeterminatè, illa concessio indeterminata intelligenda est secundum petitionem determinatam, per d. §. præterea, & alia iura sa præ alleg. & ita sing. decidit Bar. in l. 1. versiculo quandoque illa securitas, ff. ad leg. Iul. maiesta. & sequitur Panor. in c. 2. de treuga, & pace, & Angel. in d. §. præterea, quod nota. Quarto per præmissa singulariter dicit Bal. in l. ius pluribus, in fi. ff. de iusti. & iur. quod illa clausula, quæ ponit consuevit in literis Papæ, quod iustum fuerit decernatis, &c. restringitur ad petita, & sic etiā intel-

ligi

ligi debet illud responsum principium, fiat ius. secundū eum ibidem. Quinto istud facit ad hoc, q. si testator in testamento substituendo filio dicat, si filius meus deceperit sine hærede, quod intelligitur id est sine liberis, ut est tex. fin. in l. ex facto, §. fi. ad Treb. Sed & si dixerit, substituo Titum & eius hæredes, hoc casu filio testatoris decedente sine liberis, & Titio similiter decedente sine liberis, non uocabitur pater Titii, nec frater Titii iure substitutionis, uirtute uerbi hæredes, sed euanescent hoc casu substitutio, & remanebit bona apud proximos hæredes testatoris, nā talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrat, iurib. præal. & ita no. decidit Bal. in c. un. de nat. suces. feu. i. usib. feu. & Bar. Bal. & DD. in l. Gallus. §. èt si parente. ff. de lib. & posth. de quo art. tamen quotidianu uide ibidem latius per Alex. de Imo. Soc. & recētiores. Sexto istud facit ad hoc, q. uigore & consuetudinis Zelandia disponentis, q. per contractum matrimonij omnia bona communicantur inter uirum & uxorem, ita q. uno decedente, superstes succedat in dimidia omnium honorum per eos communiter possessorum, uxor sup erstes non poterit ius prætenere in bonis mariti extra territorium comitatos Zelandie situatis, nisi quatenus tri-buit consuetudo loci situationis bonorum, uel tenor pa-torum dotalium, etiam si in testamento mariti dicarur, q. uult coniungi superfliti seruari dictam consuetudinem, & q. ipsa posset auctoritate propria apprehendere Rationem medieratem omnium bonorum per eos communiter usque cōpossessorum, etiam si addatur clausula, ubiunque loco-suetudi-rum illa fuerint situa: quia talia debent esse subiecta, nis, quic id est, uerba testatoris, qualia prædicata demonstrant, vir. & hoc est, cōditio & natura cōsuetudinis, qua inducatur est uxor socij testator ad testandum uel relinquendum. Modo sic est, sum diu in natura consuetudinis est nō includere bona extra teritorium situata, ut eleganter dicit Io. And. in addi. ad mane do Spec. in tit. de instr. edi. in §. compendiosè, in uers. quid, mus. l. 4. si de consuetudine, & uolunt Docto. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fi. cath. Ergo eodem mō intelligenda erunt uerba testatoris. Nec obstat generalitas il-

ADD.\*

Cōmu-

cant. Idē

fere in cō

suet. Bi-

turig. tit.

des ges

mariez.

§. 232.

Rationi

cō

suetudi-

rum,

nis, quic

id est,

uxor socij

testator

sum diu

ng &amp; hu

ritorium

do

Spec. in

tit. de

instr. edi.

in

§. compen-

diosè,

in uers.

quid,

mus. l. 4.

si de

consuetu-

dine,

&amp; uolunt

Docto.

in l.

cunctos

popu-

los. C. de

sum. trini.

&amp; fi. cath.

Ergo

eodem

mō

intelligen-

crim. ex-

da

erunt

uerba

testatoris.

Nec

obstat

generalitas

il-

pi. herc.

Yy lorum

lorum verborum, vbi cunque locorum, &c. quia illa generalitas relata ad locum debet restringi, & intelligi secundum subiectam materiam, sicut restringitur generalitas relata ad bona. facit cap. vt animarum §. statuto. de const. lib. 6. & l. fi. §. dulcia. ff. de vino trit. oleo q; leg. cum simil. & ita sing. decidit Pet. de Ancha. in consi. suo 153. incip. in Christi, &c. vifis, & dil. ge. ter inspectis, &c. & facit sing. decisio Alb. de Ros. post Dy. in l. tres fratres, ff. de pac. & ea quæ dixi supra in loco à generalitate, quod recurre. Septimò per præmissa singulariter dicit Bal. in l. i. §. quod si nemo, verific. sed iuxta hoc, ff. quod cuiusq. vniu. no. quod licet regulariter omne onus solui debeat per solidum, & libram, vt no. uult Inno. in c. grauem, de senten. excommun. tamen, stante statuto, quod qualibet villa, in qua sunt 25. focularia uel ultra, debeat tenere decem equos in exercitu, vel soluere centum aureos in mense, in hoc casu tale onus solui debebit per focos, & non per solidum, & libram, ex quo in statuto fit commemoratio focalium: argu. d. l. fin. §. cui dulcia, ibi, ex collatione vini amphorarj, & quia talia debent esse subiecta, qualia prædicata demonstrant, iuribus præal. Ostiū istud facit ad hoc, quod si non appareat de libello, quia acta forte propter antiquitatem sunt perdita, debe mus ex uestib; lepentiae præsumere qualitatem libelli, seu petitionis: quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, seu permittunt. Ita sing. dicit gl. & post eā Pan. in d. c. dudum. Nonò istud facit ad hoc, quod licet appellatione hæredis, in dubio intelligatur nedum de herede primo, sed de hærede in infinitum, l. hæredis, & l. sciendum. ff. de ver. signifi. cum simil. tamen quando fit mentio hæredis in materia non transmisibili ad hæredem, intelligitur tantummodo de hærede primo: ut talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant: tex. habes & exemplum in l. antiquitas, & ibi hoc not. Sali. & alij. C. de vifis. de quo articulo uide in d. l. sciendum. Et quis ueniat nomine hæredis an descendens, an extraenus, uide latè per Bar. Bal. & DD. in d. l. Gallus. §. etiā si parente. Decimò istud facit ad hoc, quod si dono alia cui

ei villani, & omnia iura, quæ habeo in ea, per hoc non uenient iura spiritualia, quæ ibi habeo: sed illa generalitas restringetur ad temporalia, propter speciem temporalitatis præcedentem, ut talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant. Ita sing. dicit Inn. in c. ex literis, de iure patro. quem illic sequuntur Docto. & Pau. in c. sedes, de rescr. & sèpè alibi. Undecimò istud facit ad hoc; quod si Seius accusatus de adulterio commissus cù Bertha uxore Titij, respondendo simpliciter confiteatur, se cognoscere dictam carnaliter, videtur confessus se cum dicta Berta commississe adulterium: licet nō expresse sit nonfessus, dictam Bertam fuisse uxorem Titij: qui uerba respondentis nedum debent referri ad factum principale, sed ad omnes qualitates in interrogatione possit: quia confessio indefinitè protulata in omnibus prædicat, secundum gl. in l. at si quis. §. pleriq; in fi. in uestib. oportet ff. de reli. & sum. fi. & talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, iurib. præal. Et ita sing. decidunt Raph. Pau. de Ca. Io. de Imo. & Alex. in l. fi. cui serui. §. i. ff. de leg. i. & Bene. de Plumb. in l. fin. ff. de fidejic. liber. & Fulg. & Albe. de Ros. in d. §. qui interrogatus, licet Alb. sit corruptus. In hoc tamen quotidiano articulo Specul. in titul. de depos. §. septimò uidendum occurrit, & Bartol. & Bald. in d. l. si cui serui. §. i. tenent contrarium, sed prima opinio est uerior, & magis communis, ut uidere poteris per Alexand. in d. l. si cui serui. §. j. ubi hunc articulum quotidianum bene examinat. Duodecimò istud facit ad hoc, quod quando contractus habet plures particulas, & in una particula sit mentio officij, qualificando ipsam obligationem, in alijs autem particulis sequentibus contrahentes simpliciter loquuntur, contractus contractus intelligitur eodem modo qualificatus, quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. Ita sing. dicit Bal. in d. l. procurator, qui pro euictione, in fin. uesti. iuxta hoc quero, per d. l. Lucius, quam ad hec reputat notabilem. Decimotertio istud facit ad hoc, q; si actor in libello narrat respiciens peritorium, & possessorium, & concludit solum in postscripto, addens in

fine illam clausulam generalem, peto mihi ius dici, & iustitiam ministrari, poterit super peritorio probationes inducere, & si probauerit, debet obtainere, quia d. clausula generalis complectitur vtrunque, ex quo in narratio- ne fuit facta mentio de vtroque, & conclusio capta in possessorio adiecta dicta clausula generali referri etiam debet ad peritorium narratum, ne bis idem repeti videatur, & vt verba aliquid operetur, & quia talia sunt subiecta qualia praedicata demonstrant. Ita singu. dicit Panor. in capit. cum dilectus. versi. & nota ex prædictis. de ord. cogn. & refert Iean. Calder. ita dixisse, & in facto obtinuisse: & idem dicit ipse vbi ex narratione facti possunt eliciti plures actiones. quorum aliqua sunt aptæ, & aliqua inaptæ, & concluditur in inepita, subiecta dicta clausula generali: quia non debet rejici libellus tanquam ineptus & poterit induci probatio super actione apta, & si probauerit actor obtinebit, secus secundum eum, quando ex narratione non potest compræhendi actio apta, quia tunc illa clausula generalis non potest verificari ultra narrata, quia referri debet ad præcedentia, & talia sunt subiecta, qualia praedicata demonstrant, secundum eum quod est summè notandum. Decimoquarto istud facit ad hoc quod si aliquis sit insititus heres, & postea idem depuratur fideicommissarius, seu executor, ita demum poterit esse executor si sit heres, ita nota. dicit Bartol. in d. 1. Lucius, quam ad hoc dicit singularem, & notabilem, & sequitur ibidem Ben. de Plum. & est ratio, quia quando aliquis nominatur primò sub nomine alicuius qualitatis, si postea simpliciter nominetur, videtur fieri relatio ad qualitatem prædictam, d.l. Lucius, & quia talia sunt subiecta, &c. Decimoquinto istud facit ad hoc, quod sicut per simplicem diuisionem non censetur remissum fideicom: conditio nale, l. cum pater s. hereditatem z. de leg. 2. Ita etiam non censetur remissum fideicommissum conditionale, si post diuisionem factam adjicatur pactum, vel promissio de non veniendo contraria: quia talia sunt subiecta, qualia praedicata demonstrant, & quia tale pactū intelligitur secundum naturam diuisionis super qua sit:

Ita

Ita singul. determinant Bartol. Ioan. de Imo. Pau. de Ca. Fran. de Are. Alexan. de Imol. & communiter DD. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. & DD. in l. qui cum tutoribus, in princip. de transactio. quod nota, quia vidi de facto: sed hoc intelligo verum, quando tale patrum, vel promissio de non veniendo contra interuenit in continentis post diuisionem: secùs si ex intervallo. item quando erat simplex, & vniqa promissio de non veniendo contra: secùs, si fuit geminata, vel reiterata, iuxta ea quæ plenè dicant infra in loco à vi geminationis: quod tene menti, quia est utile, & quotidianum: & quemadmodum dixi, talia esse subiecta, qualia prædicata demonstrant, seu permittunt, ita etiam econtra, talia debent esse prædicata, qualia permittunt subiecta, tex. est not. in l. j. in fin. & ibi Odof. not. C. de ser. fug. & bonus text. in l. transfigere, & ibi etiam Odof. C. de transac. Item pulcher text. in l. i. §. 1. ff. depositi, & tex. optimus in l. nam quod liquidæ, in ff. de pen. leg. vbi habetur, quod si lego omnem penum præter vinum, quod est Romæ, censetur legitima sola penus quæ est Romæ, sequentia enim declarant præcedentia, & econtra, l. si seruus plurium, §. fina. ff. de leg. 1. cum simil. quod est valde utile, vt latè declarauit supra in loco ab exceptione ad regulam, quo recurre. Hoc tamen volo te scire, & memoriaz commendare, quod clausula t̄ præcedens est maioris efficaciz ad determinationem sequentium, quam clausula sequens ad determinationem præcedentium. de hoc est text. cum glos. fina. in l. quisquis. & ibi Bartol. not. ff. de legat. 3. & notat idem Bartol. in l. auia, in princip. ff. de conditio. & demonstra.

### LOCVS A CIVILIBVS AD Criminalia.

<sup>1</sup> Argumentum à ciuilibus ad criminalia formatur dupliciter: affirmatiuè scilicet, & negatiuè.

<sup>2</sup> Aliquando non procedit.

**O**ccurrit nunc locus à ciuilibus ad criminalia à quo sumptum argumentum nedum est probabile: sed forte, frequens, & utile, & formatur dupliciter ad duplice effectum. Vno t modo negatiū sic. Inter quos non cadit iudicium ciuile, nec etiam cadit criminale, text. est no. in §. 2. qui. Inst. de obl. quæ ex del. nasc. ubi sic arguit Instiianus, & ibi hoc no. Ang. & facit tex. cum ibi not. in l. lis nulla, ff. de iud. Secundò formatur affirmatiū sic. In criminalibus proceditur secundum morem primatorum iudiciorum, tex. est no. in l. absente, ff. de pœn. & isto arg. vitetur Albe. de Ros. in pulchra q. in l. clamni, §. Sabini, ff. de dam. infect. Isto argu. etiam vitetur Ias. in Rub. C. de eden. in pulchra q. per hoc concludens, q. si in accusatione dicatur, Titius fecit insultum contra Seium uulnerando, quod censemur facta accusatio nedum de insulta, sed et de vulnere, quia sic est in ciuilibus, & ita et sing. uult lo. And. in addi. ad Spe. in ti. de lib. concep. §. iam aunc videndum, in princi. ubi concludit, q. nedum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus procedit libellus per gerendum, quod resolutur in verbis, secundū eū, ut ibi latē p̄rēt, quem refert, & sequit Ias. in d. Rub. & DD. sc̄p̄e alibi. Hinc etiam est, q. sicut in ciuilibus, libellus est latē interpretandus in favorem libellantis l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. ita etiam in criminalibus. Ita not. dicit Bar. in l. libellorum, uersicu lo cum ergo uerba, ff. de accus. quem refert, & sequitur Ias. in d. Rub. Hinc etiam est, quod sicut in ciuilibus, super quo fundatur intentio actoris deber probari sub illis qualitatibus, sub quibus proponitur in iudicio: alioquin deber succumbere, ut est tex. not. in l. habebat, in prin. & ibi DD. no. ff. de institu. Ita etiam in criminalib?, tex. est not. in l. denunciāsse, §. quid tamen, & ibi habetur pulchre p. Bar. & Doct. ff. ad leg. Iul. de adult. Aliud enim est factum simplex, & aliud factum qualificatum, vt ibi, & declarauit supra in loco ab effectu eorum quæ simul requirunt ad esse, ubi vide. Hinc etiam est, q. sicut in ciuilibus postquam reus est citatus, & libellus oblat?, a tor non potest desistere à lite, sed cogitur eā persequi usque

usque in finem, ut est tex. in Authenti. qui semel, Cod. quomodo, & quando Iudex, & in corpore vnde sumitur. Ita etiam in criminalibus non licet accusatori desistere, postquam reus citatus est & libellus oblat, licet lis adhuc non sit contestata: arguendo à ciuilibus ad criminalia, quod est ualidum, d. l. absente, & ita notab. de cedit Bar. in l. quæstrum ad fin. ff. ad Turpil. & sequitur Pano. in c. licet, de accus. Posse, & ad multa alia induci hæc argumentatio à ciuilibus ad criminalia, sed prædicta pro iuuenibus sufficiunt. Illud autem nolo te ignorare, q. ista argumentatio t̄ à ciuilibus ad criminalia non procedit, quando subest diuersa ratio, uel quando contrarium reperitur expressè decisum à iure. Hinc est, q. licet in ciuilibus dentur inducia reo ad deliberandum, an uelit cedere vel contendere, l. i. ff. de eden. & Auth. offeratur, C. de lite conte. cum sim. tamen in criminalibus non datur inducia deliberatoria, quia reus habet esse certus, vtrum uelit confiteri crimen, uel negare, cum sciat se esse reum, uel non. Ita sing. dicit gl. 3. q. 2. in Summa,\* quam magni facit Ludo. Rom. singulari 698. incip. ADD. quero, nunquid inducia. Hinc etiam est, q. licet homine \*Summa occiso in rixa, quem constat habuisse plura uulnera, & & vide plures eum uulnerasse, decessisse tamē ex uno uulnere glo. ibire lethali, sed quis illud uulnus lethale intulerit, ignoratur censentē omnes teneantur ciuiliter ad reparationem, seu emenda pecuniariam, item Mela, §. sed si plures, ff. ad lega. rum gene Aqu. tamen si contra omnes agatur criminaliter, nullus ra, & tē poterit capitaliter puniri, sed omnes debet absolui: quia pora. cum agitur criminaliter, probationes debent esse luce meridiana clariores, l. sciant cuncti, C. de probat. & sic alia est ratio, cum agitur ciuiliter, & alia cum agitur criminaliter: de quo vide plenissimè per Gandin. in tit. de homic. in ver. pone quæstionem, quām ego multoties vi di de facto, & per Salic. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi publi. uel priuat. & subtiliter per Pet. de Anch. in cons. 216. incip. in Christi, &c. nos Bar. de Saliceto, &c. & per Alex. de Imo. in cons. 15. 1. uol. incip. redēptoris, &c. viso processu inquisitionis, &c. & per eūdē

in consilio 2. volum. 7. & per Petri. Jacob in practica in titu. de actione legis Aquil. & per Hippo. de Mars. in l. i. in 16. limitatione, ff. ad leg. Cornel. de sifar. & per Felin. in c. significasti 2. de hom. & per Albe. de Rosat. in d. §. sed si plures, & per eundem in l. si in rixa, in uerbi. ultimo mo. ff. ad leg. Cornel. de sifar. ubi plenissimè de hoc reperies, & inter alia comperies concordatas glossas in d. l. si in rixa, & in d. §. sed si plures, quæ uidentur contra rixæ, & si videre uelis plures alias casus, in quibus haec argumentatio à ciuilibus ad criminalia nō procedit, recurre ad Bar. in d. l. absentem, & ad Alex. ibidem in apostolis ad Barto. in addit. incip. Item adde. ad quos, quia ab omnibus habentur, remisisse sufficiat.

### LOC. A TRACTATV SIVE PERPLEXIS, SIE IMPLICITIS.

- 1 Argumenti à perplexis, vis.
- 2 Perplexum quid apud dialecticos.
- 3 Perplexitas multiplex.

**O**ffert se nunc locus à tractatu, siue perplexis siue implicitis, per quem locum quicquid respondetur semper concluditur, respondentem dicere falsum: tex. habes, & exemplum in l. qui quadringenta, in princ. ff. ad l. Falcid. & est bonus tex. in l. & quis illum, §. i. ff. ad Tertullian. & in c. cum contingat, & in cap. capitulum sanctæ Crucis, de re script. Habes etiam bonum textum, & quatuor exempla in c. duo mala, & in c. nerui testiculorum, i. 3. distin. Habes etiam tex. & exemplum in c. significavit de censibus: & ibi additur aliud exemplum per Hostien. Io. And. Pet. de Anch. & Card. de eo qui iurauit solvere creditori, & postea ei interdicitur per superiorum, ne soluat, cui debeat obediare. Habes etiam pulchrum exemplum per Io. And. in regula, in malis, de regul. iur. libro 6. in Merc. de filio familiæ scholari, qui iurauit creditori non exire vniuersitatem ante solutionem, qui postea renoucatur à patre, uel ab episcopo ad residentiam, cui potius debeat obediare. Habes etiam pulchrum exemplum per Ioan. Andr. in regu. contractus, de regu. iur. libr. 6. in Mercu. de eo qui est aduocatus duorum monasteriorū, que

quæ postea litigant inter se, cui patrocinari debeat. Habes etiam bonum exemplum per Lud. Rom. conf. 47. in cip. viii necessarijs, de comite habente confederatiōē cum duobus regib⁹ bellum inter se mouentibus, cui ab utroq; requisitus adhærere debeat. Item de usallo duorum dominorum bellum inter se, uel contra tertium gerentium, habes per Bald. in l. i. in 23. q. ff. de rerum diuis. & de pluribus alijs questionib⁹ implicitis, seu perplexis vide poteris per Ioan. Andr. in regu. frustra, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. ac magistraliter per Pet. de Anch. in repet. regulæ, accessorium in 6. 7. 8. q. de reg. iur. lib. 6. & egregie per eundem in conf. 28. i. incip. in Cstristi. &c. in auxilium ueritatis, &c. & in consilio 334. incip. si ab agnato, & per eundem, in rep. c. canonum statuta, de constit. in 14. quæst. principali, in uerbi. ultimo, circa istam interpretationem correctiā, & pulchri per Bal. in repetitione l. cùm mulier, ff. solut. matrimonio subtiliter per Innoc. Pan. & Canonistas in c. præterea requisiti, de appellat. & per Bald. in l. Deo nobis, C. de episcopis, & cleric. & per Paulum de Castro in l. si quis id quod, in prin. ff. de iurisdict. omnium iudic. & per glo. & Archid. in c. vasis iræ, in §. quamvis, 23. q. 4. per glo. & Archid. in c. cùm renunciatur 32. q. i. per Bal. & Angel. in l. arboribus, & ibi glo. in uerbo, amitti vsum fructum, §. de illo, ff. de vsum fruct. per gl. Alb. Rosa. & Doct. in l. sed & partus, ff. quod metus can. per Bar. & Docto. in l. si post mortem, in princip. ff. de leg. i. per Ang. Alb. de Rosate, & Doct. in l. Arethusa, ff. de statu homin. per glo. Bald. Ang. & Doct. Inst. de his qui sunt sui uel alieni iuris, §. i. per gl. & Odofre. in l. non solum, ff. de in integrum refit. & de impossibilitate, ratione perplexitatis, vide plenissimè per Bar. in l. i. versic. ueniamus ad impossibilitatem, ff. de conditio. institu. & per Pau. de Castro in l. si Titius, illo eodem tñ. quò recurre. Pro præmissorum tñ pleniori notitia uolo te quædam scire. † Primo q. quæ si perplexa apud dialecticos vocatur tractatus, ut dicit tex. in d. l. qui quadringenta: apud Legistas uero uocatur implicita, ut dicit glo. in l. Ita stipulatus, sup uerbo spondes,

714 LOC. A TRACTATV SIVE, &c.  
spondens. ff. de verbo. oblig. quam ad hoc notat Alex. in  
d.l. qui quadraginta. Secundo volo te scire, quod in per-  
plexis, seu implicitis regulæ Legist ritum sicut Dialecti  
corum fallunt: tex. est notab. in l. si Titius, & ibi Bal. An-  
gel. & Ioan. de Imo. notant. i. de verborum obligatio. &  
vult Azo in Summa, C. de contrahere. & committit. stipul.  
& in gl. in d.l. ita stipulatus, super verbo, spondens, quæ  
premissa declarat per exempla. Tertiò volo scire, quod

3 multiplex est perplexitas: quædam enim est indissolu-  
bilis, & illa vitiat actum: tex. est in d.l. si Titius, & ibi ha-  
betur pulchrè per Pau. de Cast. ff. de conditio. instit. Alia  
est perplexitas, quæ facto debitoris dissolvi potest, & il-  
la non vitiat actum, & sic loquitur d.l. si Titius. ff. de ver.  
obl. quæ pulchrè declaratur per Barto. in d.l. ita stipula-  
tus, & per Fran. de Aret. ibidem. Quædam autem est per-  
plexitas præter disponentis propositum contingens, illa  
etiam non vitiat actum: & sic loquitur dicta lex, quia  
quadraginta, cum simil. Quartò volo te scire, quod non  
potest quis taliter esse perplexus, quod necessariò de-  
bear incurrire peccatum mortale, vel etiam veniale, sed  
huiusmodi perplexitas surgit ex fatua, & erronea op-  
inione illius, qui se perplexum putat: & sic perplexitas  
in delictis non est dabilis, nisi quoad fatuam & stultam  
opinionem hominum, vt magistraliter declarat glo. 13.  
distin. in Summa, quam ibi sequuntur Archid. Dy. Prep.  
& alij, & idem generaliter dicendum puto, quia ample-  
stendo alterum extremorum, vel saltē per distinctio-  
nem, & subdiuisiōnem ea quæ contraria videntur ad cō-  
cordiam, & bouam consonantiam reducendo, evadimus  
omne periculum: vt videri potest per scribentes in d.ca-  
pit. significavit, in d. cap. duo mala, & in d. cap. nerui testi-  
culorum, & in d. capit. cūm contingat, & per Ioan. And.  
in d. reg. in malis, & in d. reg. contractus, & in alijs locis  
supra commemoratis. Illud autem certum est, quod  
perplexitaires sunt vitandæ, c. interposita, in fin. de appelle-  
lat. & c. literas, ante si. de restitu. spol. & in cap. inquisi-  
tioni, de senten. excommuni.

## LOCVS

LOC. DE TANQVAM SEV, &c. 715

## LOCVS DE TANQVAM SEV

Respectiūs.

- 1 Argumentum de tanquam seu respectiūs frequentissimum.
- 2 Formatur à qualitate nominis persone.
- 3 Rei, Causæ, officijs, vel dignitatibus.
- 4 Loci, vel temporis.
- 5 Inficiendū quo nomine & liquid fiat, quo respectu, & cuius contemplatione.
- 6 Dona facta legatis, an acquirantur ipsis, an vero mittenti.
- 7 Consil vel preses potest filios apud semetipsum emancipare.
- 8 Rex potest cum filijs suis spurijs dispensare, ut succedant.
- 9 Appellandum ad episcopum a collatione beneficij facta per episcopum ut canonicum.
- 10 Iniuria ilata clero, vel magistratuī punitur, ut publicum crimen, limitatnr. nū. 11.
- 12 Tutor procurator, aut alijs legitimus administrator non tenetur deposito officio, se se obligauerunt nomine officij, secus se nomine proprio.
- 13 Stipulari alteri quando quis possit.
- 14 Factum officialis publici videtur factum nomine officij.
- 15 Filius quando imperare possit patri.
- 16 Dissidentes inter se propter officia, non dicuntur propriè rebelare contra rempub. sua ciuitatis.
- 17 Minus & maius diuersis respectibus aliquid potest esse.
- 18 Matris macula non nocet filio, quo minus uti possit privilegia ex persona aui.
- 19 Decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus paganus, quando possit, & quando cum diuobus testamentis. 20.
- 24 Subditus quis propriè dicatur.
- 25 Cansam in libello exprimere, quando expediatur, & quando no.
- 26 Delegatus excedens suam commissionem potest per ordinarium puniri, & ei restitui de facto.
- 27 Sententiam confirmare tanquam sic latam interdum, quis potest, non tanquam bene latam.
- 28 Potest quis ut alijs, quod non potest, ut ipse, & per totū locū.
- 29 Hares ut heres non potest venire contra factum defuncti.

30 Con-

- 30 Confederatio secunda semper intelligitur facta sine praividicio iuris illius cum quo prius inita est alia confederatio.
- 31 Ex persona alterius quis consequitur, quod ex persona sua non consequeretur.
- 32 Actus simpliciter gestus ab habente duplē potestatem, in duō censetur gestus eo modo quo valere potest.
- 33 Filius interdum admittitur, ut extraneus, nō ut filius, &c.
- 34 Regula, potest quis ut alius, quod non potest ut ipse, tripliciter limitatur.

*ADD.\**

- Tanquā.* 1. Vb sequitur nunc locus de tanquam, \* seu respectu. suis: a quo sumptum + argumentum est vtile, & frequētissimum, in omnibus, quæ fieri possunt de diuersis respectibus, ēm Bal. in l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt. & probatur in l. post mortem. ff. quando ex facto tuto, & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. oblig. & in l. procurator qui pro euictione. ff. de procurat. & in c. per venerabilem, qui fil. sicut legi. & in l. hinc queritur. §. potest. ff. de peculio, cum sim. de quib. infra. Et formatur à qualitatibus, vt à qualitate + nominis, d. l. si pater. §. qui duos, & ibi gl. ponit concordantias, l. locutum qui in eo, in pr. ff. pro socio, c. conquestus, cum ibi not. per gl. & Doct. de vſur. l. emancipatum. §. si. ff. de senatoribus, & l. 3. cum aliquis, C. de iure delib. cum sim. Item à qualitate personæ, l. si ignoran. ff. locati, iuncta l. milites, & l. si. C. e. tit. & c. si verò 2. & in c. in audiencia, de sen. exc. c. postulasti, de concess. prab. c. à collatione, de app. lib. 6. c. ex transmissa, in fi. de renunc. & c. esto subiectus, 95. dist. cū 4. vtrōbique not. per gl. & Doct. Item à + qualitate rei, cause, officij, vel dignitatis, l. fin. ff. de institoria, l. cum quædam, C. de adm. tut. §. si tutor. Inst. de Inof. test. l. tutor. ff. de his quib. vt indig. c. cùm inter vniuersas, circa finē, & c. quod sicut. §. super eo, in fine, de elec. & c. cum olim de re iud. cum vtrōbique not. per gl. & doc. Item à qualitate loci, vel temporis, l. aut facta. ff. de pœnis, l. prætor edixit. §. si. ff. de iniur. & §. atrox, Inst. e. tit. cum si. & isto arguento vtritur Paulus Apost. 2. ad Corin. 3. & 5. cap. & prima ad Corinth. 5. & 7. & ad Coloss. 3. & ad Ephes. fios

fios 6. Item eo vtritur Vlpianus, & post hunc glos. in d. l. emancipatum. §. si. & in l. adoptium. §. si. ff. de in. ius vo- can. & gl. in verb. suis, in l. diui fratres. ff. de iure patro. & in l. 2. in verbo petita, in fi. C. de bonorum posses. con tra tab. & in rubrica Authenticorum, & Bald. in consilio 308. volum. 1. & idem Bal. in l. vii. §. vbi autem, C. de se- cond. nupt. in noua lectura, & Ioan. Andr. in regula, qui jacet, & in regula, cum quid vna, & in regula, quæ à iu- re, & in regula, ratum, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & tam legum, quam canonum conditores, ac vtriusque iuris Doctores in diuersis locis, vt infra latius patet. Eius etiam meminit Ioan. And. in reg. in toto. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & Doct. sèpè alibi. Hinc quotidie dicimus in practica + inspicendum esse quo nomine aliquid fiat, quo respectu, & qua, seu cuius contemplatione, iuribus præal. & l. si quis domum. §. penul. in fine. ff. locati, l. debi tor. §. si. ff. ad Trebel. l. fideicomissis. §. interdum. ff. de le gat. 3. l. fin. in fin. C. de vſufruct. l. profectitia, in princip. ff. de iure dotum, l. si verò. §. item quicquid. ff. solut. matrimon. l. sed si plures. §. in arrogato, & ibi glos. po- nit concordantias. ff. de vulgar. & pupillari. l. final. C. si aduer. rem iudic. & c. ræquisiti, de testam. cum vtrobi que not. qui sunt text. ad hoc notabiles, & singulares. Hic autem arguendi modus facit ad multa, & gratia exē pli pro instructione iuuenum, hæc argumentatio primo facit ad questionem de bonis, + quæ fiunt legatis, seu (vt vocant) ambasiatoribus, vtrum acquirantur ipsis le- gatis, an verò mittenti? & communiter in hoc articulo, tenetur, quod acquiruntur legatis, & non mittenti: quia non vt tales ea receperunt, ex quo mandatum eorum ad hoc non extendebat, vt uolunt Bart. Pau. de Castr. & Doct. in d. §. item quicquid. Verius tamen videtur, q. in hoc considerari debeat, qualitas rei donata, & cuius co- contemplatione fiant huiusmodi dona. de quo art. pulchro, & quotidiano vide per illum text. & per glo. & DD. in d. §. in arrogato, in verb. beneficio. per illum text. & per gl. & DD. in d. §. ité quicquid, & p. gl. & DD. qui pprio. §. procurator. vt in ceteris. ff. de pc. & p Bar. & DD. i. d. l. socium

socium qui in eo, & per Cy. in l. manifestissimi, circa s.  
C. de fur. & per Ang. & Doct. in d.l. cū aliquis, & per  
Bal. in conf. 7.1. vol. & per Pan. Ioan. de Imo. & Cano,  
in d.c. postulasti, & per Domini. Philip. Fran. & Doct. in  
d.c. à collatione, quo recurre. Secundò facit ad hoc, † q.  
consul vel præses prouincie habens filios, potest illos  
apud semetipsum, & sua auctoritate emancipare, vel in  
adoptionem alij dare, quia non tanquam pater, sed tan  
quam consul, vel præses hoc sacere uidetur, & si consul  
uel præses est filius familiæs, pōt apud semetipsum emā  
cipari vel in adoptionē dari, inter ponēdo hūic actui au  
toritatem tanquam consul vel præses, & nice duorum  
fungendo, ut est text. gl. in l. si consul, & in l. seq. ff. de  
adopt. cum sim. sic etiam filius ut filius non tenetur pro  
debito patris; sed filius ut hæres benè tenetur pro debi  
to patris. tex. est iuncta gl. in l. ne contra, in uerb. patrem  
uel trum. C. ne filius pro pat. † ergo agens contra filium  
ex persona patris debet in libello facere mentionē q.  
est hæres patris, alias libellus est ineptius, secundū Bal.  
& Doct. ibidem, & faciunt not. per gl. Bart. & Doct. in l.  
necessarijs. ff. de acquir. hæri. & in l. 1. C. si minor ab hæ  
red. se absti. & notata per Pan. in c. quod nobis filij sit  
legi. qđ nota. Tertiò facit ad hoc, quod rex superiorem  
non recognoscens potest cum filijs suis spurijs dispe  
nsare, ut succedant & sint capaces successionis, quia non  
censetur talē actum exercere tanquam pater cum filijs,  
sed tanquam rex cum subditis, ut est tex. fin. in d.c. per  
uenerabilem, & ibi habes bonam gl. in uerb. regi gratiā  
quæ adducit plures concordatiæ. Quartò si quis in te  
flamento relinquat cuiilibet fratribus predicatorū decē,  
& Priori bibliâ: Prior habebit 10. ut unus ex fratribus,  
& bibliam ut Prior, quia plures qualitates in eo concur  
runt, de quo art. tñ uide latius per Cy. & oēs Leg. in l.  
cum quæffio, C. de legat. & p. Bal. in d.l. si consul. Quin  
tò facit ad hoc, q. si archiepiscopus Colonensis existē  
canonicus Traiectensis interficit capitulo Traiectensi ut  
canonicus, & ipse una cū capitulo sit negligens in cōfe  
rendo beneficium, cuius collatio ad eum tanquam cano  
nicum

nicum & capitulum cōiter spectat, poterit idem archie  
pilcopus Colonensis tanq. archiepiscopus post lapsum  
termini iuris, tale beneficiū conferre ius deuoluto \* q. a  
non interfuit capitulo nec fuit negligens ut archiepisco  
pus, sed ut canonicus, & non conferri iure deuoluto ut  
canonicus, sed ut archiepiscopus, quod licet, ut est tex.  
not. in d.c. postulasti, & uide gl. no. incidentem pulchri  
q. in simili casu, in c. si episcopus, supp. negli. prael. lib. 6.  
Sexto facit adhoc, † q. si à collatione beneficij per epi  
scopum ut canonicum & capitulum in mei praēiudicium  
facta uolo appellare, debedo appellare ad ep̄m, & non ad  
archiepiscopum, quia ex quo ep̄s non interfuit collatio  
ni sic factæ, ut, & tanquam episcopus, sed ut & tanquam  
canonicus, non appellatur ab eodem ad eundem, uoluntat  
sed ab inferiore ad superiore, tex. est nota. in lege  
1. §. solent, in fin. ff. quando appell. fit, & ibi Angel. in c. quā  
& tex. in d.c. à collatione, ubi habes glo. sing. i. uerb. præ  
latus. dicentem, q. si episcopus habens uocem in capitu  
lo tanquam canonicus, non dēbet t habere primum locū  
in capitulo, quia non est ibi ut episcopus sed ut canonic⁹  
Prælatus aut, uel senior capitulo debet habere primum  
locum. Hinc etiam uideamus in hac præclara Vniuersita  
te Louaniensi de constitutione obſeruari, quod episco  
pinon præcedeunt Rectorum Vniuersitatis, quod fine  
dubio est uerum, quam episcopi sunt ibi ut scholares  
per diētam gl. quando ad hoc reputat singularem Pan.  
in c. audiſis, de ele. sed quando episcopus diceceſis effet  
ibi ut episcopus, & non tanquam scholaris, non haberet  
locum d. glo. nec eius ratio. Negari tamen non potest,  
quin Rector Vniuersitatis sit caput Vniuersitatis, & nō  
episcopus loci uel diceceſis, à cuius iurisdōne Rector &  
oēs de Vniuersitate per speciale priuilegium sunt pe  
nitius exēpti, & sic alia ratio uidetur reformare paſtum  
ut eleganter inquit tex. in l. interpositas, C. de transact.  
& ex conſequēti uidetur Rector uniuersitatis præferen  
dus in ſectione ēt episcopo loci, nel diceceſis, qui itereſt  
actui celebrand. in Vniuersitate, nō ut scholaris, sed ut  
ep̄s. Et ita obſeruari uidi, si recte memini, in quodā actu  
ſolenni

A D D.

\* Deuolu

to. Ins cō

ferēdi be

neſiciaex

quib. cau

ſis &amp; ad

quem da

uoluntat

docēt ex.

in c. quā

quā de e

lect. li. 6.

deuolu

- in

tionē aut

ſatā cō

ſtare de

ber. Boe

pinon

prædeunt

Rectorum

Vniuerſitatis

, quod fine

rīus deci

ſōne 70.

solenni tempore domini Ioannis de Horen episcopi dñi uixit Leodegarius, non tamen sine magna difficultate. Se  
x<sup>o</sup>ptimò facit ad hoc, q<sup>z</sup> iniuria illata † clericu uel magistratu  
tui, punitur, ut publicum crimen, èr clericu uel magistratu  
tu non prosequente, immò expressè remittente iniuriam,  
ubi cestante qualitate dignitatis sacerdotalis uel magi-  
stratus, iniuria in eadem persona cōmila censetur chri-  
men priuatum, ut est tex. in l. si quis in hoc genus sacrile-  
gij, C. de epis. & cler. & in l. i. §. huius, ff. de iust. & iur. &  
in c. contingit. i. & in c. parochianas, cum utrobiq; no. p.  
gl. & DD. de sent. excom. Et hinc singu. dicunt Paul. de  
Castr. & Alexand. de Imol. in l. quamuis, ff. de in ius no-  
can. quod si officialis regis uolens sit percussus, ut quia  
alio dicente, si non esses officiarius regis, egregie te per-  
enterem, dixit, non obstante officio, persecute me, si au-  
des, uel sum contentus, q<sup>z</sup> me percutias, si audes, iniur-  
ia nihilominus dicitur inferri régi, per l. i. §. usq; adeò,  
cum ibi pulchrè not. per Bar. ff. de iniur. & optimè facit  
d. c. contingit, cum sua gl. in uerb. iniuriosa. Hinc etiam  
singu. dicit Bald. in §. iniuria, in titulo, de pac. iura, fix. in  
vsi. feu. q<sup>z</sup> si quis der alapam potestati alicuius terra pp.  
singularem uel priuatam inimicitiam, quam habet aduersus eū, pōt puniri capitaliter, pp. atrocitatē facti: quod  
non est pp. aliam cām, ni si pp. qualitatem personæ iniu-  
riam passæ. Hoc † tñ credo limitandum uerum, qn talis  
iniuria inferre potestati exercenti officium suum,  
\* alias fecus, per no. Cy. in l. si non connicij, in 4 q. C. de  
iniur. & no. per Bar. in extrau. quoniam, in uerb. rebellā-  
do, in prin. in tit. qui sunt rebel. & vult Fel. in c. si quando-  
de offi. del. de quo articulo uide Guil. Papæ decisl. 557.  
Octauò facit ad hoc, q<sup>z</sup> licet filius qui impugnat testamē-  
tum patris vt filius, debeat priuari legato, & omni cōmo-  
do sibi in eo relicto, & econuerso, si approbet testamen-  
tum patris in quo est exhæredatus, perdit querelā, tñ si  
hoc non facit ut filius, sed ut tutor, uel curator, aut legitimi-  
mus administrator alterius, secus est, quia ius suum non  
perdit, nam qn plura iura concurrunt in persona vnius.  
perinde est, ac si concurreret in personis diuersorū, tex  
et

est in d.l. tutorem, in d. §. si tutor, & in d.l. cum quædam.  
Nonò facit ad hoc, q<sup>z</sup> † licet procurator, tutor, curator,  
vel alius legitimus administrator, non teneatur de posito  
officio, si se obligauerit noīe officij, d. l. post mortem, in  
pr. & §. j. & d.l. fin. em vnam lectoram, ff. de institutor. nec  
sua lat̄a contra procuratorem, tutorem, curatorem, vel  
alium legitimū administratorē, possit mandari executio-  
ni contra administratorem finito officio, sed debeat mā-  
dari executioni contra eum cuius fuit administrator, vt  
est tex. in l. 4. in pr. ff. de re iud. & in l. j. C. qn ex fac. tut.  
cum si. secus tñ est, qn nomine officij, sed suo proprio no-  
mine administrator sc̄ obligavit, fidem suam adstringen-  
do. tex. est notab. em verum intellectum in d.l. procura-  
tor, qui pro euictione, & in l. 4. §. in eum, l.j. in prin. ff. de  
admi. rer. ad ciuit. perti. De quo articulo vide latius per  
Bar. in d.l. post mortem, & per omnes in d.l. procurator,  
qui pro euictione, & precipue per Alb. de Ros. ibid. qui  
meo iudicio ceteris perfectius, & melius loquitur: & vi-  
quod dixi suprà in loco à noīe dignitatis, officij, vel ap-  
pellatiuo. Decimò facit ad hoc, q<sup>z</sup> licet suscipiens defen-  
sionem alterius, vt defensor, teneatur cauere de iudica-  
to soluendo, ét si sit coniuncta persona, vt pater, vel fi-  
lius, l. filius ff. qui satisd. cog. secus tñ est, si suscipiat de-  
fensionem causæ pro suo particulari interesse, l.j. C. de  
bo. mat. ita not. vult Bal. in d.l. filius fam. dicens q<sup>z</sup> qn pa-  
ter venit ad defensionem causæ motæ contra filium, dēc  
esse cautus, vt eo noīe veniat, quo sibi utilius est venire.  
Vndecimò facit ad hoc, quod licet, † quis tanquam pri-  
uata persona non posuit alteri stipulari, tamen tanquam  
persona publica (vt quia est notarius, vel Index) potest  
alteri stipulari etiam in extrajudicibus, vt est gl. fin. in  
§. si quis alij, in verb. nihil agit, Inst. de inut. stip. & idēo  
notarii in eorum instrumentis semper dicunt, Promisit  
mihi tanquam publicæ personæ recipienti, & stipulanti,  
&c. Imò ( quod plus est ) licet dicta verba tanquam  
publicæ personæ, &c. non apponantur per notarium in  
instrumento, tamen subintelliguntur, quia in eo quod  
facit officialis publicus, semper intelligitur facere no-

722 LOC. DE TANQVAM SEV, &c.  
mine officij, d.l. post mortem, in fi. & iura sing dicit Bal. in  
l. nec ei, §. satis, uer. sed hic quare, ff. de adopti. & ante  
eum Bar. in l. 2. in fin. ff. rem pupilli sal. fore. De hoc tamen ar. quotidiano, an notarius uel Index in extraudi  
cialibus posuit alteri stipulari, uide latius per Inno. & Ca  
non. in c. dudum. de conu. coniug. & per Io. Fab. in d. §.  
si quis alij, & per Bar. & omnes in d.l. 2. proximè allega  
ta, & per Alex. de Imo. in l. stipulario ista, §. si stipuler. in  
uers. in eadē gl. in fi. ff. de uerb. obl. & per Pau. de Cast.  
in confi. 196. in nouis, incip. in Christi, &c. uisit his, que  
narrantur, in 2. dub. & per Philip. Decimum in l. cōtractus  
ff. de reg. iur. quibus duobus ultimis locis habes mirabili  
lem limitationem ad præmissa, uidelicet dummodo in  
teruenient ratihabitio, alias secus, ut latius ibidē. Duo  
decimò facit ad hoc, q̄ capitaneus, uel locum tenens ali  
cuius regis, uel principis propter imperium, & admini  
strationem sibi concessam censemur major omnibus, &  
præ omnibus uenit honoradus, estq; sibi ab omnibus ob  
temperandum, quia representat personam cōmittentis  
licet alias cessante officio, si minor alijs. tex. est Hester  
6. & in c. fi. 93. dist. & no. in Summa eiusdē dist. per glos.  
nec habet hic locum regula, Par in parem non habet im  
periū, de qua in l. Labeo, §. tractemus, cū l. seq. ff. de arb.  
quia iste iam non est par, uel minor, sed maior ratione  
officij, cuius ratione ipse potest imperare alias maiori,  
ut eit text. i. l. ille à quo. §. tempestiuum. iuncto §. si quis  
filius familiās, cum l. seq. in p. in ff. ad Treb. ubi filius  
14 t̄ qui est in magistratu, potest imperare & præcipere pa  
tri, qui alias est maior, & in illo magistratu q̄ debet ho  
norare filium, & ei obedire. non enim hoc facit tanq̄  
filius, sed tanq̄ habens magistratū ut dicit gl. 1. in l. nam  
qđ, ff. ad Treb. & ideo Ariobarzanes, qui fecit filio suo  
regnū Capadociæ in conspectu Pompeij, postq̄ filii suū  
in humiliori loco sedentem conspexisset, nō iustinuit i  
fra se collocatum intueri, sed protinus sella descendit,  
hortariq; cepit filium, ut eō transiret, unde ipse surrexe  
rat, qđ non fecisset, nisi patris uoluntati auctoritas Pōpeij  
accedit, filiū n. & regē appellauit, & diadema sumere  
iussit,

LOCVS DE TANQVAM SEV, &c. 723  
iussit, & i curruli sella sedere coegit, ut refert Val. li. 5. c.  
c. 7. iā. & faciūt no. per Aul. Gel. li. 2. Noct. Att. c. 2. Nec  
per hoc, q̄ alias maior defert minori habeti officium, di  
guitatem, uel cōmissionem à rege, uel principe, dicitur  
perdere honorem suum, inō ordo debitus id exposcit,  
qui confunderetur, si unicuique sua iurisdictio, honor,  
& dignitas non confernaretur, c. peruenit, i. q. 1. & in  
d.c. fi. 93. dist. & c. fane, de off. del. cum sim. Decimoquarto  
facit ad hoc, q̄ licet suffragium filij nō possit prodef  
se patri ad officia, uel honores, cum eo respectu sit per  
sona domestica: tamen suffragium filij ut decurionis, nō  
ut filij, prodest patri ad officia, uel honores, ut est rex. in  
litem eorū, & ibi gl. not. in verb. non quasi, ff. quod cui  
usq; uniu. nom. Decimoquarto facit ad hoc, t̄ q̄ si habēs  
dignitatē decanatus in ecclesia cathedrali, uel collegia  
ta, de cōsuetudine uel alio iure speciali, habeat uoce in  
capitulo, si contingat eundem habere, uel postea nanci  
sci canoniciatum in illa ecclesia, talis habebit duas uoces  
in capitulo: unā ut decanus, & aliam ut canonicus: cū  
non sit iuri contrarium, unum diuerso iure diuersis utri  
suffragijs. Ita fin. dicit Io. And. in d.c. cū olim, post gl.  
& Inno. ibidem, dicēs idem esse in distributionibus quo  
tidianis, & alijs obuentionibus, & se in casu de facto oc  
currente ita consuluisse, quem alii posteriores commu  
niter ibi sequuntur. & idem reperto uelle Cardi. in cō.  
54. incip. calus talis est, decanus ecclesie. ubi etiam re  
fert consilium Bal. cui se subscribit per d.l. tutorem, &  
l. Titia. §. qui Marco. ff. de an. leg. quod est not. dignum  
quia seruit ad multa: ut uidere poteris per Fel. in d.c. cū  
olim, & in locis per eū cōmemoratis. Aduerte tñ, quia  
talit, uel alius habens duas uoces, non pōt eas diuidere,  
ut unū eligat ut decanus, & alium ut canonicus, uel unū  
nomine proprio, & alium nomine procuratorio, nisi alia  
ut hoc ultimo casu specialiter habeat in mandatis, tex.  
habes sing. iuncta gloss. in uerb. nihil agit. in c. si quis iu  
sto impedimento, in §. porrò, de elect. li. 6. quem ualde  
extollit Lud. Roma. in sing. 78. & Pan. & Fel. in d.c. cū  
olim, ubi uide. Decimoquinto facit ad hoc, t̄ q̄ differen  
tientes

tientes inter se propter officia, & regimina non dicuntur propriè rebellare contra rempublicam suæ ciuitatis. I. si quis ingenuum, §. in ciuilibus, ff. de capti. nec etiam dicuntur propriè rebellare cōtra principem, vt notat expressè Bar. in d. extrauag. qm̄, in uerb. rebellādō, in uers. sed an hæc constitutio, nisi qm̄ fieret seditio, ut ipsa ciuitas subtraheretur principi, à quo immediate regebatur: nam tunc per respectū ad principē non per respectum ad ciuitatē, cōmitteretur crimen rebellionis seu læse maiestatis. Ita sī. dicit Bal. in conf. 59. part. inci. i. in Christi nomine, licet elegāter, &c. dicens hoc modo inteligendā gl. in l. 3. in verb. prodita, C. de abolitiō. & ibi idē sen. tit Sal. Decimo sexto facit ad hoc, q̄ aliquid † diuersis respectib⁹ est minus, & maius: q̄ si que. n. id, qd̄ min⁹ ut, est in ueritate maius, eo respectu quo ius plus illis reficit ex causa: de hoc habes gl. no. in Cle. 2. s̄ ip̄ verb. defensor, in f. de reb. eccl. non ali. de hoc ēt est glo. elegans in c. f. super uerb. ad parē, de transl. epis. quam ualde cōmedat Lud. Rom. in cōf. 436. in f. Decimo septimo facit ad 18 hoc, q̄ † macula patris nō nocet filiō, quo min⁹ ipse filius uti possit priuilegio, & dignitate ex plōna auerut est tex. sing. & mir. in d. l. emancipatū, §. f. ex quo se quitor, q̄ si filius cōmisit culpam, pp̄ quā debēat priuari feudo, pp̄ hoc nepos non debet amittere feudum, sed id pote rit ex persona cui retinere, vt no. gl. in d. l. emācipatum, §. f. in uer. patris, & gl. in d. l. adoptiū, §. f. Videamus. n. q̄ aliqua iura habet filius ut & tanq̄ filius, licet non sit hæres: aliqua verò hét ut filius, & ut hæres: ut declarat gl. magistralis nunq̄ obliuionī tradēda in d. l. diui frēs, de quo art. pulchro, & quotidiano uide latius p̄ Bar. in l. 3. ff. de interd. & releg. p̄ Dy. Phi. Frā. & DD. i. reg. nō dēt, de rég. iu. li. 6. p̄ Bal. in d. l. emancipatū, §. f. & p̄ eun dē Bal. in c. 1. §. hoc quoque, de succēs. feu. & plene per eundē in c. 1. in ti. si vasa. feu. priu. & p̄ Alu. i. §. deniq; , i. 4. cōclu. in ti. quę fuit 1. cau. benef. amit. in usib. feu. & p̄ Frā. in libel. feu. par. 5. in uer. sextus principalis: ad quos remissiſſe sufficiat. Decimo octauo facit ad hoc, q̄ licet ne 19 mo † paganus ut talis, & in quantū huiusmodi, possit decedere

cēdere pro parte testatus, l. ius nostrum. ff. de reg. iur. tū, certa cōsideratione habita, ut puta qm̄ potestas disponentis est limitata contrarium reperitur. Pono exemplum in c. in quotidiano: statutum disponit, q̄ spurius posset à patre institui hæres, uel quod filius familiās posset concedere testamentū, præsupposita ualiditate dictorum statutorum, de quo plenē per Bal. & DD. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. dubitari pōt probabiliger, utrum institutio filii spuriū, uel testamentū per filiū, porrigitur, & trahatur ad bona, quā sunt extra territorium statuentis: cōcūs conclu. Bar. Bal. & DD. in d. l. cur. cōtos podulos, est, q̄ non: ex quo sequitur q̄ in utro q̄ casu talis testator licet si paganus decederet pro parte testatus & pro parte intestatus: quia bona extra territorium statuentis situata pertinebunt ad heredes testatoris ab intestato, bona autem situata intra territorium statuentis spectabunt ad hæredem institutum. & rō est, quia potestas disponentis est limitata, vt dixi, & sic actus gestus cēsetur diuerso iure respectu territorialium, & bonorum intra uel extra territorium statuentium situatorum. Item cape aliud exemplum. Ecce impubes post mortem patris naturalis & legitimi, nullo conditio testamento defuncti, arrogatur, & post arrogator substituēdo dicto impuberi arrogato pupillariter in quarta illi debita ex cōfuerūdine diui Pij iuxta. §. cum autem impubes, Int. de adopt. & l. si arrogator, ff. eo. ti. decedit, deinde moritur impubes in pupilliā estate, hoc casu, iste impubes decedit pro parte testatus, puta quoad quartam sibi debitam ex constitutione diui Pijs, & pro parte intestatus puta quoad sibi ab intestato relicta per patrem suum naturalem, & legitimū, in quibus sibi intestato succedent proximo sui hæredes: quod ideo contingit, quia potestas arrogatoris est limitata, ut non possit substituere impubere arrogato, nisi i quarta, d. l. si arrogator, & limitata potestas legitimū producit effectum, quia virtus, & potentia cause efficientis semper restri genda est, ut eatenus operetur, quatenus potest in passum, & in suscipientem materiam, l. in agris. ff. de

acq. rerum domin. §. quòd autem, & ibi Bal. & Ang. In situ. de legi agia tute. & habetur pulchrè per Barba. & Fel. in c. cùm ordinem, de rescrip. contingit etiam hoc ex alio, quia iste impubes censetur diuerso iure propter diuersos patres, arrogatorem scilicet, & patrem naturale, ac legitimū: censetur enim loco duorum filiorum ex natura correlationis, & ergo nil mirū, si regulē iuriis infringuntur propter diuersitatem patrum, & respectū Ita sing. dicit Bal. in d.l. si arrogator, versi. secunda conclusio est, & est ipsa veritas, licet gl. r. d.l. si arrogator, dicat se non audere hoc dicere propter regulam d.l. ius nostrum. Item cape aliud exemplum. Ego Zelandus origine, & Barbātinus ratione domicili, & maioris partis bonorum, facio testamentum, in quo substituo filio meo impuberi emancipato pupillariter, quòd de iure communi, & de consuetudine Zelandiæ iuri communi conformi non licet, Instit. de pupil. subst. in prin. sed ex consuetudine Brabantie ponamus, licet hoc casu in bonis situatis in Brabantia, seruabitur consuetudo Brabantiae, in bonis vero situatis in Zelandia seruabitur consuetudo Zelandiæ conformis iuri communi. ergo filio meo impuberi emancipato decedente in pupillari ætate admittetur substitutus ex testamento meo ad bona duxata situata in Brabantia, in alijs autem bonis admittentur proximiiores filij mei ab intestato, & sic ipse decedet pro parte testatus & pro parte intestatus contra regulam d.l. ius nostrum, sed diuersitas patriæ meæ, & per consequens filij mei inducit hanc diuersitatem sicut diuersitas patrum in exemplo præcedenti, nec mirū quia patri patriæ equi paratur, l. veluti, ff. de iusti. & iu. & l. minimè ff. de reli. & sum. fun. & ita sing. decidit Bald. in d.l. si arrogator, & sequuntur ibi posteriores. Item cape aliud exemplum. Ex consuetudine, vel statuto Louaniensi in testamentis pone, requiruntur septem testes, ex statuto autem vel consuetudine Bruxellensi requiruntur decem testes, modo testamentum est conditum Louanij, & hæres in eo institutus vigore dicti testamenti coram septem testibus conditi petit omnia bona defuncti, & sic etiam bo-

na situa Bruxellæ, obiiciunt antem ei, quòd testamentū non valet, quoad bona situata Bruxellæ, quia in eo non internenerunt 10. testes, vt ponitur habere statutū, vel consuetudo Bruxellensis: hoc casu propter diuersitatem consuetudinum, vel statutorum, quæ reperiuntur in diversis locis, hæres institutus habebit bona, quæ sunt Louanij, alia autē bona quæ sunt Bruxellæ habebit bona hæres ab intestato: & sic defunctus decedet pro parte testatus, & pro parte intestatus. Ita sing. decidit Bal. Fulgo. & Doct. in d.l. si arrogator, & Iac. de Aret. Petr. & Cyn. in d.l. cunctos populos, in lectura antiqua: de hoc tamē art. quotidiano, subtili, & pro vtraque parte disputabili, vide latius per Gul. de Cu. Bar. Cyn. in addi. Sal. Ias. & alios Doct. in d.l. cunctos populos, vbi de hoc reperies satis plenē, & q̄ communis opinio est, q̄ institutus Louanij habebit omnia bona defuncti etiam situata Bruxellæ: quia inspicienda est consuetudo, & solennitas loci conditi testamenti, quæ si interuenerit, testamentum extendit vires suas vbiique in toto mundo, l. in hac, in principi. ibi Bal. & l. data, alias incip. lata, in f. C. de don. quod tene menti, quia est quotidianum, & habui sibi prius de facto in practica. Decimonō facit ad hoc, quòd licet nemo paganus vt talis, & in quantum huiusmodi, possit decedere cum duobus testamentis, immo semper primum rumpitur per posterius. §. posteriore, Insti. quibus mod. test. infit. & l. i. & 4. ff. de iniuit. rup. irri. test. licet in milite sit secūs, l. quarebatur ff. de mil. testa. tñ certa cōsideratione habita contrarium reperitur. Pono exemplum in casu quotidiano, post mortem patris naturalis, & legitimī, qui filio suo impuberi pupillariter substituit, impubes arrogatur, & post arrogator substituendo dicto impuberi pupillariter in quarta sibi debita ex constitutione diuī Pij decedit, deinde moritur ipse impubes in pupillari ætate, hoc casu iste impubes decedit cum duabus testamētis, quod toleratur propter diuersitatem patrum, & diuersos autores, seu causas efficientes. Vnde nihil mirū si dinumeratio causarum dinumerat effectus, & faciat vñ, & idem censerialiter, & aliter, i. diuerso it-

re. substitutio.n. facta per arrogatorē, quæ est posterior non infringit substitutionē pupillareni factā per patrē naturalem & legitimū, quæ est prior. cum una in alteram nihil possit proper diversitatē patrum. Ita admīrando dicit gl. fin. in d.l. si arrogator, & post eam Bal. & posteriores ibidem. Item cape aliud exemplum. Stante statuto, q̄ mater possit filio impuberi pupillariter substituere, quod est contra ius cōmune, quia uolēs subficiere pupillariter, debet habere eū cui pupillariter null substituere, in potestate, d.ti. Inst. de pupil. substi. in pri. mō si contingat tam patrem, q̄ matrem substituere filio pupillariter, in bonis paternis præferetur substitutus à matre, quia est redacta ad instar patris, nam quoad effe cū istarum substitutionum, iste décedit cum doobus testamentis. Ita dicit Bald. in d.l. si arrogator, uersi. item facit ad aliam, qui etiam dici idem esse in tutela, statuto permittēt, & quæ matri relinquere tutorem filio absq; ope confirmationis, ut patri, ut deputatus à patrē administret bona paterna, & deputatus à matre bona materna.

21. Vigesimo facit ad hoc, q. t. si consuetudo alicuius regni, putat Anglie, disponit primogenitū\* debere succedere in oībus bonis, salvo, q. ipse teneatur suos fratres decenter alimētare, & sorores dotare, quæ consuetudo ualeat, iuxta no. per Io. And. & Can. in c. licet, de noto, & in alio re gno serueretur ius cōe, hoc casu si Baro Anglie habēs bona in Anglia, & ēt in alio regno ubi seruatur ius cōe, dēcedat intestatus propter diuersitatem cōsuetudinum di uersimodē indicabitur quodā successionem bonorum, nam in bonis situatis in Anglia succedes solas primogenitūs, in bonis uero situatis in regno ubi seruatur ius cōe, seruabitur ius cōmune, & sic in bonis illic situatis oēs filii succendent æqualiter, iuxta l. maximum iuriū, C. de lib. præter. & ita sī determinant Guil. de Cuneo Cy. Bart. Bal. & Doct. in dicta l. cunctos populos, & se- quitur Nicol. de Vbald. in tract. succes. ab intestato circa sextam speciem liberorum: quod tene menti. Vigesi-  
22. mo primo facit ad hoc, quod t. si consuetudo Louaniæ sis per

*ADD.*  
\*Primo-  
genitum.  
Idem con-  
sue. Mar-  
chit. des-  
testimōnes.  
Et ibi di-  
xi.

lis permittat relinqui vxori secundum ius commune, l.  
2. C. de infir. p̄cen. coelib. & contrarium statutum sit Antuerpiæ (prout in casu de facto occurrēte expertur sum) & quidam ciuiis Antuerpiensis Louanijs tamē domiciliū fouens, & vtrōbique possidens bona, relinquitat vxori certa bona, valebit legatum quoad bona situata Louanijs, sed non quod ad bona situata Antuerpiæ, nam cū maritus disponens sit sub vtroque oppido, seruabitur ex diuersitate oppidorum diuersitas statutorum, vel consuetudinum: & sic cū ipse sit subiectus diuersis oppidis, sicut suprā dixi de impubere subiecto diuersis patribus, censebitur quoad bona situata Louanij Louaniensis, & quoad bona situata Antuerpiæ, Antuerpiensis, & fier separatio bonorum, sicut fit, in l. i. C. de bon. aucto. iud. pos. & ita sing. dicit Bal. in d.l. si arrogator, referens se ita consuluisse. & idem sentit Pau. de Cast. in l. exigere. in fin. ff. de iudic. & DD. s̄p̄ alibi: & facit consideratio glo. in c. statutum. §. cum verò, in verb. vnām diętam de rescrip. libr. 6. Et de ista separatione bonorum vide alium castum singularem, & quotidi. num per Guil. de Cun. Alb. de Rosa. & Pau de Castr. in l. sed an. ff. quod cum eo. & per Lud. Ro. in sing. 88. Vigesimo secundo factum ad hoc, t̄ q̄ stante concordia, per quam ad curatum spectant omnes obligationes, quæ offeruntur in die dominico, & ad decanū oblationes, quæ offeruntur in festis nostræ Domine: si contingat festum nostræ Dominae occurrit in die Dominico, hoc casu omnes oblationes, quæ tunc fient non spectabunt ad curatum, sed pro rata eius quod consuevit offerri die Dominico, spectabunt ad curatum: residuum vero spectabit ad decanum, propter diuersitatem respectuum. Ita sing. dicit Cy. & Iude Imol. in l. qui solidum. §. i. ff. de legat. 2. & ita fuit iudicatum in civitate Senarum, secundum eos. Vigesimo tertio facit ad hoc, q̄ t̄ quis p̄t esse subditus. episcopo rōne vnius beneficij, & exēptus à sua iurisdictione rōne alterius bāficij in eadē diocesi situati. tex. est not. cū sua gl. i. cū capella. de priu. & bonus tex in c. ex ore, cū sua skillo e. ti. & vtrōbique no. Car. q̄ diuer. so respectu q̄s cē

*ADD.*

\* Subdi-  
tus. Vide  
Ange. de  
Clauasio  
in Summa  
in uerb.  
Subditus.

setur diuerso iure, & gl.in d.cum capella. Quis autē pro priē dicatur subditus,\* vide gl.singu.ab omnibus approbatam in Cle.vn.in uerb.subditos,de foro comp. quā faciet tibi honorem, si scueris practicare. Vigesimoquarto facit ad hoc, q̄ maritus, & vxor diuersis respectibus sunt domini rei dotalis,l.in rebus,cum ibi no.C. de iure dot. & commemorat Sal.in l.f. C. de usufructu . Vigesimot. quintō facit ad hoc, q̄ † diuersis respectibus vtile est ex primere causam in libello, vel non exprimer e. Ita singu. dicit Io. And.in c. Abbate sanc,super gl.pen.de re ind.li. 6.in Nou. & ibi hoc late declarat Phi.Fran. Vigesimosexto facit ad hoc, q̄ aliquid pōt̄ esse mere imperij, & simplicis iurisdictionis diuersis respectibus. Ita per quinque exempla declarat Ias.in l.Imperium, ff. de iurisd. omn. iud.ad quem remissione sufficiat . Vigesimoseptimo facit ad hoc, q̄ licer episcopus non possit punire suum archiepiscopum in sua dioecesi delinquentem , quia eo respectu ipse est illius suffraganeus,subditus, & minor,c. cum inferior, de maior. & obq.cum si. tñ si suffraganeus ali cuius archiepiscopi , dimislo suo episcopatu, obtineret alium episcopatum extra prouinciam sui primi archiepiscopi , & ille primus archiepiscopo ; delinqueret in illa sua dioecesi, posset eū punire, quia illo respectu non est eius suffraganeus,uel subditus, & sic diuersis respectib⁹ pōt̄ quis esse minor, & non minor . Ita sing. determinat Pan.in d.c.cum inferior, & idem uult Io.Cal.in repe. c. de illis,in 7.q.de raptorib.Vigesimoctavo facit ad hoc, q̄ licer delegatus Papæ uel principis,in quantum delegatus sit maior quolibet ordinario,l.1.S. qui mandatam,ff. de offi.eius cui mand. est iurisd.in d.cap.sanè, & ibi Pan. 26 not.tñ si delegatus † excedat suam commissionem, & si delinquat, poterit per ordinarium puniri:quia eo respectu, quo excedit suam commissionem,non est delegat⁹, & per consequens nec maior,imò minor, & ( quod fortius est) posset ei hoc casu resisti de facto,ēt a priuato, l. phibitū, & ibi Bar. & Io.de Plat.no.C.de iure ff.lib.10. & l.deuotū,C.de metatis,li.10.12.& faciunt no. p Inn. Pan. & Can.in c.si qñ,de offi.del.facit ēt ad præmissa de cilio

cilio gl.sing.in c. 24. q.1. quā mirabiliter dicit, q̄ Papa hereticus (inquantum hereticus) minor est quolibet Christiano:faciunt ēt not.per Cy. & alios in Auth.qua in prouincia, C.ubi de crim.agi.opor. & no.per Petri. de Anch.in rep.c.postulaſti, in 6.oppoſ.de foro compe. & not.per Lau.Pet.de Anch.Car. & Io.de Im.in Cle.2.de off.ordi.Vigesimononō facit ad hoc, q̄ licer in feudis directum dominium remaneat penes concedentem , habito respectu ad uniuersitatem rei in feudum datæ, rerum tñ particularium directum dominium transit in feudata rium:ita sing.dicit Bald.in l.1.C.unde leg. quem refert, & sequitur Fran.in d.libel.feu.par.1.q.6.& par.2. q. 2. in materia feudorum secularium. Trigesimō facit ad hoc, q̄ respectu diuersorum exceptio est de regula , & non est de regula. Ita pulchrē declarat Alber.de Rosat. in l. 1.ff.de reg.iu. concordando opinionem Placentini cum opinione Ioannis, de quibus ibi in gloss. & tetigi obiter suprà in loco ab exceptione ad regulam. Trigesimo pri- 27 mo facit ad hoc, q̄ † interdum quis potest confirmare sententiam tanq̄ sic latam,non tanq̄ benē latam : ut vi- deri pōt̄ in l.3.S.falsus, & ibi Bar.not.ff.rem rat.hab.Sic ēt una, & eadem res pōt̄ dinnerimodē nuncupari propter diuersos, & uarios effectus , gl.in c.2.in uerb.cadē, circa si. & ibi Pan,no.uerf.ex his nota, quod una de ord. cogn. sententia.n.quā fertur super conuentione, & recd uentione aliquo respectu dī una , & alio respectu sunt in ueritate plures. Sic & in stipulatione plurimi rerum, & similibus:vt ibi videre poteris, & in l.Scire debemus, ff.de verb. obligat. Trigesimosecundō facit ad hoc, quōd executor deputatus in testamento ad distribuendū bona in pauperes, potest eligere filium proprium verē pau perem,hoc adiecto, quōd ipsi patri non queratur usus fructus. Nam cum sustineat duplē personā, s.patrī, & executoris:possunt etiam,ut dixi,in eadem persona concurrere diuersa qualitates: Ergo semper inficiendū ēst cuius qualitat⁹ respectu actus fit,uel gerit, quia ex hoc diuersus resultat effect⁹ iuris. Ita sing. dicit Bal.1.l.tutor petitus,S.que tutorib⁹,ff.de excu.tu.& facit rō, q̄ a ſepē † potest

28. t poteſt quis aliq[ui]d facere ut alius, quod non poteſt  
ut ipſe, d. litem eorum, & d. l. ſi pater, ſ. qui duos, cum  
ſim. Vnde videmus, quod licet auus, ut auus, non poſſit  
ſieri pater adoptione, multo minus poſſet habere nepo-  
tem ex duobus filiis natum, cum hoc fit naturaliter im-  
poſſibile. tamen emancipando nepotem ex uno filio na-  
tum, poſſet eum quaſi ex altero filio ſterili natum ado-  
ptare, ſicut poſſet quilibet extraneus: poſt emancipatio-  
nem enim non facit hoc ut auus, ſed ut quilibet extra-  
neus, d. ſ. qui duos, quod eſt multum utile, quia hoc ca-  
ſu filius ſterilis, de cuius cōſenſu facta eſt adoptio, qd  
eſt neceſſarium, vt ſibi ſinus hæres agnoſcatur, Iuſtit. de  
adop. ſ. licet, & ff. eo. tit. l. cum nepos, non poterit huic  
modi nepotem de ſuo conſenſu adoptatum per auum  
uel quemlibet, quaſi ex ſe ſterili filio natum, priuare ſua  
ſucceſſione, cum iam habeatur loco filii, ſecundum Bal.  
in d. ſ. qui duos, in fin. vbi de hoc vide latius per eum.

29. Trigesimo tertio facit ad hoc, quod licet hæres t ut hæ-  
res non poſſit uenire contra factū defuncti, l. cum à ma-  
tre, C. de rei vend. & Lex qua persona, ff. de reg. iur. cum  
ſimi, tñ hæres uenditoris poſſet retrahere rem alienatā  
per defunctum, ſtante ſtatuto, uel conſuetudine admittē  
te retractum: de qua in c. conſtitutus, de in integ. reſt. &  
in l. dudum, C. de contrah. empt. cum ſimi, quia non fa-  
cit hoc ut hæres, ſed ut tanquam proximior de gênera,  
quare ex eo capite, & respectu eſt admittendus, arg. d. l.  
debitor, ſ. ſi per quē tex. Henr. Boich. in d. c. coaſtitutus  
dicit ſe Aurelianis audiuiſſe iſtam quæſtionem determi-  
nari per bouꝝ memoriae dominū Alahelori quondam  
epiſcopū Trecorenſem nepotem beati Iuonis, quam de  
terminationem ibidem approbat, & reſpondet ad iura  
quæ allegari poſſent in contrarium, ut uidere poteris p  
eum: de quo articulo etiam uide p. Pau. Caf. & DD. in l.  
defuncto, C. ſi in fraudem patro. & in locis illic comme-  
moratis. Trigesimo quarto facit ad hoc, qd uafallus pluriū  
dominorum respectu diuersorum comitatuum, & dño-  
rum (vt exépli gratia, fuit olim Comes Flandriæ, qui re-  
ſpectu comitatus Flādrīæ, & Arthesij erat uafallus regis

Francie,

Francie, & idem ut Dux Brabantia, Limburgi, Luxembur-  
gi, Geldriæ, & ut Marchio ſacri Imperij, ac comes Han-  
nonie, Hollandiæ, & Zelandiæ, Namurci, Aloſti, &c. ac  
ratione altiarum terrarum, & dominiorum ſuorum uel  
non recognouit ſuperiorem, uel fuit uafallus Imperij)  
non potuit argui de felonía uel infidelitate, ad effectum  
perditionis feudi dicti comitatus Flandriæ, & Arthesij,  
ratione conſederationis tñ facta cū Anglis vicinis ſuis,  
& antiquis hostibus regis Francie, quia non vt comes  
Flandriæ Arthesij, ac uafallus regis Francie id feciſſe vi-  
deri debuit, ſed tanq[ue] alijs, puta vt tanq[ue] dux Br. baſi-  
tiaz, Limburgi, Luxemburgi, & Geldriæ, ac ratione alia-  
rum terrarum, comitatuum ac dominiorum, de quibus  
ſuprà, respectu quorum nihil cōe habet cum rege Fran-  
cie, vñ cum in eo concurrebat plura iura, perinde cen-  
ſeri debuit, ac ſi concurriſſent in personis diuerſorū, d. l.  
tutorē, cum ſim. certum aut eſt, qd ſi alijs poſſeſſet di-  
uos ducatus, comitatus, & dominia regi Francie non ſu-  
biecta, poſſuſet licet huic modi conſederationem ini-  
re cū rege Anglie, ergo, & comes Flandriæ, in quo eorū  
dem ducatum, comitatum, & dominiorum iura concur-  
rebat, licet eoc facere poſſuit. Nec huic decisioni ob-  
ſtant no. per gl. in verb. amicitias, Bal. Sal. & DD. in l. libe-  
ri, C. de inoffi. reſt. & no. per gl. Bal. & DD. in l. i. ſ., cū pa-  
tronus, ff. d. off. pref. verb. quæ videtur poſſe allegari pro  
rege Francie, quia illa loquuntur in uafallo habente vñ  
ſolam qualitatem, nos aut em loquitur in uafallo habe-  
te plures qualitates, & ſuadet ratio naturalis, quia feu-  
dam huic modi cenſeretur quodammodo inutile, &  
plus incommodi qd cōmodi haberet, ſi illius occaſione  
comes Flandriæ ita eſſet ſubiectus regi Fracie, qd pro co-  
ſeruatione aliorum ducatuum comitatuum, & dominiorū  
ſuorum lōgē maioris importantia, & quorum aliqua re-  
gnis exequiparantur, vt commemorat Car. in Cle. vnic. de  
bapt. conſederationem, ſeu ligam facere non poſſet cū  
vicinis ſuis, quod non cenſetur cogitatum in concessio-  
ne feudi, & ſic nō ponderandum, arg. c. veniens, cum ibi  
no. de iure, & l. ſi libert⁹ ita iurauerit, ff. de op. li. Pro  
quo

30 quo etiam facit, quod confederatio, seu liga secunda semper intelligitur facta sine praeditio iuris pri mi cum quo facta est confederatio, seu liga, iuxta not. per Hostien. Ioan. And. & Can. in c. recolentes. de statu monacho. pro isto etiam facit, quod copulare amicitiam non est de genere malorum, imo est virtuosum, l. latæ culpe. §. amicos. ff. de verb. sign. & conforme Evangelio Matthæi 5. & Ioannis 14. & 15. cum si. Hinc eleganter dicit Bald. in §. porrò, in titu. que fuit prima cau. benef. am. in vñibus feudorum, quod usallus non teneatur pro domino suo gratis inimicities procurare, vel alienus fieri à conuerlatione amicorum, imo (quod plus est) licitū est usallo, etiam unam solam qualitatem habenti, copulare amicitiam cum inimicis domini sui, quando hoc nō facit in damnum, & injuriam domini sui: sed causa sibi consulendi, vel quando iustus timor cum ad hoc impellit, argum. l. i. §. denique. ff. de aqua pluvia. arcen. & l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & l. nouissime. ff. quod falso tutore, & l. si quis fumo. §. primo. ff. ad leg. Aqniliam. & ita singulariter determinant Martinus Laudensis, & Aluarot. in c. i. in tit. quib. mod. feud. amit. in princip. in vcr. modo hic est quædam glof. & Iacobinus in libello feudorum, super illis verbis, dictique vasalli promiserunt non committre feloniam. & istud firmat, & valde exclamat Barbatas in cap. cæterum. de judicijs, & Frâscischinus in d. libello feudorum parte 4. in versi. decimaquinta causa privationis. pro isto etiam faciunt not. per Bald. in l. i. in 23. quæsto. ff. de rerum diuisione, vbi pulchrè loquitur de vasallo plurium dominorum habentium bellum inter se, vel contra tertium, quomodo se gerere debeat. de isto etiam pulchrè habetur per Specu. in tit. de feudis. §. quoniam, in versi. duodecimò queritur. & eleganter, ac plenè per Lud. Rom. consilio 47. incip. vñis necessarijs. vbi copiosè tangit de comite habente confederationem cum duobus regibus bellum inter se mouentibus, cui potius ab utroque requisitus adhærere debeat, & aliquid per Præpo. in c. i. §. omnes filij. si de feu. defunct. in vñb. feudor. & c. 2. de prohib.

prohib. feudo. alie. per Nota. & pulchrè per Bald. in l. vñica. §. ne autem, in fin. C. de cadu. tollen. & per Scrib. in c. imperiale. §. præterea ducatus, & §. illud quoque. in tit. de prohi. feudo. alien. per Feder. & per Iacobinum in dicto libello feudor. super illis verbis, & promiserunt eidem domino suo præstare debita seruitia, in 8. & 10. q. & per Bald. in Loperis, vbi in hac materia est text. no. ff. locat. & habetur satis plenè per Andr. de Iser. in d. §. porrò, & pulchrè in simili quæstione per Ioan. Andr. iure reg. contractus, de regul. iur. lib. 6. in Merc. & de duobus confederatis, qui fecerunt pacem cum certis capitulis, vide elegans consilium Paul. de Cast. 298. in antiq. incipiens in Christi, & c. viso suprascripto puncto, & c. vbi plus res decidit quæstiones quotidie occurrentes. Trigesimo mo Quinto facit ad hoc, t quod quis interdum consequatur ex persona alterius, quod ex persona sua non conseretur, text. est in c. auctoritate Martini, de concess. præb. lib. 6. & in c. penul. de præben. eo. lib. quod quam vtile sit, & ad quam multa quotidie in practica occurrat faciat, vide magistriliter per Iai. in l. si emancipati, C. de collat. ad quem remississe sufficiat. Trigesimo sexto post hic locus esse vñsi, in casu, quo in eadem persona concurrat auctoritas, seu potestas ordinaria, & delegata, quod fieri potest, vt decidit Innoc. quem communiter cæteri sequuntur in c. cum ex officij, de præscrip. nam licet hoc casu t actus simpliciter gestus per tales habentem duplum potestatem, videatur, & censeri debeat in dubio gestus eo modo quo valere potest, l. 4. ff. de test. milit. & c. nisi essent, cum ibi not. per Ioan. de Imol. & Panor. de præben. & volunt. Doctor. in d. c. cum ex officij, quibus me subscribo, quicquid dicat Fed. de Senis in consil. 130. incip. factum est tale, quædam domus, in si. cuius meminit Lud. Rom. in sing. 16. licet malum numerum assignet tamen quando constat tales processisse ex auctoritate delegata, puta ex facultate sibi data ab homine, & facultas illa ad hoc non extenditur, tunc crederem actum non valere, licet actus ille ex auctoritate ordinaria validè ex expediti potuisse, quia limitata causa, seu potestas limitatum

tatum producit effectum, d.l. in agris, cum sim. & habebit hoc casu locum regula, quod potuit ncluit, & quod voluit adimplere nequivuit, de qua in l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi, & in c. cum super, de offic. deleg. & ita pridem in q. de facto occurrēte respondi, quod nota, quia potest seruire ad multa. Trigesimo septimo, beneficium certo respectu potest dici vacare in curia R. om̄ana, & alio respectu in partibus, vt declarat Rota decisione 269. incipiente, nota qd̄ si ex privilegio, in antiquis, & Rota dec. 30 i. inci. nota qud̄ vbi episcopo, in antiquis. Trigesimo octavo violentia videatur inferri in duobus locis, puta in loco vbi est persona, cui fit violentia, & in loco vbi est possessio rei, propter quam personā alibi est violentia illata, l. i. C. vbi de posses. ag. Trigesimonono causa appellationis dicitur eadem cum causa principali, & diuersa, diuersis respectibus, vt bene declarat Cyn. in l. iñuitus. C. de proc. & Alex. de Imo. in consil. 96. volum. 2. incip. viso processu. Quadragesimō solutio diuersis respectibus parit liberationem, & obligationem, l. si pupill. lus, & ibi Bart. no. ff. ad l. Fal. Quadragesimoprimo filius

33. † ex heredatus in casu. Aut. hoc amplius; C. de fideicomis. licet non admittatur, vt filius, admittitur tamen vt extraneus. Ita per hunc locum dicit glo. in d. Auth. hoc amplius, & in corpore vnde sumitur. Sed hoc communiter non tenetur propter repugnantiam, & contrarietatem, quæ ex hoc sequeretur, vt videre licet per Doct. in locis proximè allegatis, quo casu hoc argumentum de tanquam non procedit, vt statim dicam, quod si alia vide placeat exempla, in quibus aliquid diuerso respectu, diuerso iure censeri potest, vide glo. & Doct. in l. 3. §. ex contrario, & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. pos. & in l. licet, C. illo eo. tit. & in l. vn. C. vti pos. & in l. i. in princ. ff. de superficiebus, & per Cardin. in c. super questionum. §. si verò, in 4. q. de offi. deleg. & per glo. & doct. in c. si duo, illo eo. tit. li. 6. & pulchrè per loan. Fab. in §. adeò, in isti. locati. & per Salic. in l. cum notissimi. §. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annor. & per Dominicum, & fin.

Præ-

Prepositum in cap. ius generale, i. distin. & pergloss. in c. & si questiones, de simo. & sep̄ alibi. Ne tamen deciparis uolo te scire, † quod argumentum de tanquam, seu regula eius supra memini, pōt̄ quis ut aliis, quod non potest ut ipse, fallit in tribus, Primo quando aliquē impedit fides debita ratione coniunctionis, tex. habes & exemplum in l. si. §. quatuor filios. ff. de lega. 2. & in l. si non sorte. §. si filius. ff. de cond. indebit. Secundò fallit ubi impediret aliquem fides debita ratione contrarietatis, quā incurreret agēdo. l. si. proponas. §. i. ff. de inof. scitam. & habes aliud exemplum supra. Tertiò fallit, ubi aliquem impedit fides debita ratione conuentionis, l. i. C. de dol. & l. si mandato Titij. §. i. ff. manda. Aduerte tamen, quia hoc est limitandum & restringendum, ut p̄cedat eatenus, quatenus facta est coniectatio, seu promissio, hoc est respectu rei respectu cuius facta est coniectatio, prout loquuntur dicta iura, in quibus facta est coniectatio ab uno respectu certæ rei, puta à fideiussore de hītori de luēdo rem per eum pignoratam, alias secūs. & sic procedūt ea, quæ dixi supra de vasallo, plurimū dominorum respectu diuersorum feudorū, quia ibi fides prōmittitur pluribus personis respectu diuersorum dominorum. Vnde nō mirum si diuersitas respectuum inducat diuersum in dicto casu, quam in casu dictorum iuriū & ergo si in casu d.l. i. C. & dolo, & d.l. si mādato Titij. §. si creditor auctoritate Iudicis vellit vēdere pignora q̄ habet pro assecuratione sua, ratione debiti, pro quo illē fideiussor non fideiussisset, crederem sine aliquo dubio, qd̄ fideiussor posset ea emere ut quilibet, nam non diceatur rumpere fidem respectu dictorum pignorum ea emendo, quia quod ea nihil promisit, & sic est in ius vasallo plurimū dominorum respectu diuersorum feudorū ut patet ex supradictis, & sic in contingentia facti respondeat, licet uiderim alios aliter sentire, & (nisi hallucinor,) enōmiter errare. id. quo arti. pulchro. & quotidiano, qn̄ quis potest ut alius quod non potest ut ipse, uide p̄ Bar. Lāber. de Rāpō. Alb. de Ros. & alios id. l. si pater. §. q̄ duos, & p̄ Cy. Alb. de Ro. Sal. & alios i. l. i. C. de dol.

A 22 LOCVS

## LOCVS AB EXTREMIS.

- 1 Medium sapit naturam extremorum, & illis probatis presumitur medium. 2. & per totum.
- 2 Solutio trium continuorum retro proximorum annorum facit presumi solutionem redditus pro anni præteritis.
- 3 Medium imperiunens, & inhabile an & quando impeditas extrema coniungi.

**O**ffert se nunc locus ab extremis à quo sumptum argumentum est forte, frequens, & vtile, & formatur dupliciter ad duplice effectum. Vno modo sic, t. Medium sapit naturam extremorum, tex. est not. in l. si vero. §. quod si ex mediato, ff. de his qui deiec. vel effu. & bonus tex. in Larbor, quæ. in prin. ff. com. diui. Hinc dicit Bal. loco prædicto, quod si maleficium committatur in confinio, & homo reperiat prostratus, ita qd tangat de vro que, confinio, vtque dñs poterit procedere contra malefactorem: & ipsum punire. & idem vult ipse Bald. in l. C. vbi de crimi. agi opor. & Ang. in l. sanè. ff. de inju. & de hoc tractatur pulchre per Io. And. in reg. obscuris, de reg. iu. li. s. in 6. in Merc. Hinc et est, quod si unus monachus in confinio duarum prouinciarū, ita quod non apparet, in qua sit, & aliquis habens domicilium in aliqua dictarum prouinciarū præscribit rem illius, quod dicatur præscribere contra præsentem, & non contra absentem, & sic sufficient decem anni, arg. d. §. quod si ex mediato, & ita not. decidit Ioan. de Plat. in l. j. uer. item facit hæc lex, C. de fund. Imitro. li. 1. quod nota, quia seruit pro intellectu l. f. C. de præscr. longi tem. Hinc etiam est, qd qn extrema sint licita, seu permitta, tunc etiam medium cestetur licitum, & permisum, vt sic extrema permissa, trahant ad se medium: ergo citatio decreta intra territorium contra subditum existentem extra territorium ad comparendum in territorio, est valida, & arctat absentem citatu: licet notificatio, seu inserviatio fiat extra territorium. Ita no. dicit Bal. in l. oes. §. verū si vbi de hoc latè disputat C. de epis. & cl. & idem Bal. post Cy. in l. f. in §. q. ff.

q. ff. de iuri d. om. iud. & Phil. Fran. in c. Romana §. con- trahentes, de for. comp. li. & q. habetur latè per Card. in Clemens pastoralis, in tier. nt illud, in 3. q. de re iudica, & ita quotidie practicatur. Nec obstat d. Cle. pastoralis, vbi videtur probari contrarium, quia ad eam dantur multæ solutiones, & limitationes, ut uidere poteris per Doct. in locis prial. & per Bdr. in l. j. ff. de req. reis, & per Bal. in l. executorem, C. de execut. rei iudica. & per Felin. & alios Cano. c. f. de foro comp. ad quos remississe sufficiat. Interdum tamen medium non sapit naturam extremorum, sed in eo reperitur media iuriis dispositio, puta quādo extrema sunt omnino contraria, & in eis reperitur contraria dispositio: tex. est in l. f. paterfamilias, cum l. se quen. ff. de hær. inst. & in §. f. Insti. de vulg. subfti. & bonus tex. in Aut. sed & si quis, & ibi gl. & Bald. in noua leitura no. C. de sec. nup. Interdum aut mediū sumit effectu unius extremorū, interdū alterius, interdū nullius, & aliqui vtriusq; diuersis respectibus, vt uidere poteris per Dy. gl. Lo. An. in Merc. in reg. is qui tacer, de reg. iu. lib. 6. Aliquando et extreum sapit naturam mediū, per quod pertinetur ad ipsum causaliter, & effectiue, vt subtiliter deducit Bal. contra Bart. in l. Gallus. §. quidā recte. ff. de lib. & posth. in decisione illius qu. an nepos legitimus ex filio spurio posset instituti per auum: ubi uidetas. Secundò argumentum ex hoc loco formatur aliter sic, per extrema probatur medium: uel sic, probatis extremis, præsumitur medium; text. est not. in capit. quia sunt culpæ, & ibi glo. not. in uerb. nec ea virginem, & dist. & ibi illani gl. approbant, & commendant Dominic. & Prapo. Hinc dicit gl. no. in c. uolumus, 16. q. 4. quod ad probandum præscriptionem, in qua requiritur possessio continuata tempore definito à lege uel canone, sufficit probare possessionem in principio, & in fine, quia, probata præsumitur, quod talis est medio tempore possedit: & illam gl. sequitur ibi Arch. & idem, imo plus, vult Bart. in l. Celsus. ff. de usucap. & Matth. Matheflatus in notabili 1. 17. & Pet. de Anc. in conf. 5. inc. in Chri. &c. pro pate notabilis, &c. in pen. colum. & Corset. in

734 singulae 261. & Pan. in c. accedentibus de priu. & non Pan. in c. accedens, de conuersio. coniung. & ibi est bona gl. volens quod per extrema colligitur mediū, adeo ut si in inicio actus constet, aliquem non fuisse voluntarius & multo tempore transacto idem appareat, præsumitur quod medio tempore non fuit voluntarius: ad quod si faciunt notata per Pet. de Anchim c. vnic, §. fi. in s. de spons. impub. lib. 6. ubi in simili decidit questionem, quotidianam, quam dicit suo tempore occurrisse. Hinc etia est, quod si obligatus ad centum, vel annum redditum, probet solutionem priorum annorum, & posteriorum, præsumitur soluisse medio tempore, per supradicta, quod est indubitanter verum, quando constat de solutione trium continuorum retro proximorum annorum: præsumitur tunc enim facta solutio in præterito tempore. Tex. est sing. in l. quicunque ibi, trium coherentium. C. de apoch. pub. li. 16. qui tex. licet loquatur in praestationibus fiscalibus, tamen locum habet etiam in alijs praestationibus annuis, vt est gl. valde not. in l. 2. in verb. pellere. C. d' eiure emph. quam ibi sequitur Salic. in 2. q. dicens D. s. sic consuluisse, & se de facto ita obtinuisse: & idem vult Salic. ibidem in 8. q. circa finem, & Ias. in eadem l. 2. dicens d. glo. optandam perpetuò, & approbari per omnes. Istud etiam vult Sal. in repe. l. cum de in re verso. ff. de vsur. ubi d. l. quicunque, ad hoc reputat singulariem, idem etiam sentit Archi. in c. quæsumum. l. q. 3. & Alb. de Rosate in l. s. 1. in f. ff. si quis ius dicenti non obtempera. & Ioan. de Plat. in d. l. quicunque, in princ. quod nota, quia est valde quotidianum. Hinc etiam est, quod si probata fuerit vacatio beneficij, & institutio, licet de presentatione aliter non constet, quam per verba narrativa instituentis, ex hoc tamen præsumitur presentatione e. præcessisse institutionem: quia probatis extremis, præsumitur medium. Ita sing. dicit Fel. in c. post questionem, iñ 4. col. de probar: allegans ad hoc gl. in d. c. volumus. & decisionem Rote 400. in Nouis. sed est 427. in nouis secundum numeros meos. Aduerte tamen, quod licet hoc posset procedere inter litigantes super beneficiis.

cio quatenus eos concernit, non credo tamen non talibus literis stari in præiudicium patroni laici afferentis, & sustinentis se non presentasse, nisi aliter appareat, dicta tamen theoria probatis extremis, præsumitur medium. fallit, quando medium est de solennitate: quia tunc probatis extremis, non præsumitur medium. Ita sing. dicit Fel. in c. 1. de iud. vbi per hoc dicit, quod licet probetur partem petiuisse a Judice aduersarium citari, & aduersarium citatum esse: tamen per hoc non præsumitur, Judicem dedisse commissionem citandi, nisi aliter constet, quod tamen requiritur in omni citatione tam verbali, quam reali, ut ibi latiss per eum, & per Ias. in Rub. C. de eden. & per eundem in §. quadrupl. Instit. de acti. & Hip. de Marsilijs in repetitione, l. de uno quoque ff. de re iud. & in locis per eum commemoratis: quod nota, quia facit ad multa. An tamen medium impertinet, vel inhabile impedit extrema coniungi. vide tex. & Doct. in l. qui sella. §. fi. & ig l. tria prædia, & in l. si mis. §. penult. ff. de servi. rust. præd. & bonum textum in l. Pompionis, §. quæsumum. ff. de acquir. poss. & ibi uidet Fran. de Are. subtilitatem principem, qui fin. dicit, tunc medium inhabile inabilitare extrema, & impedit extrema coniungi: quando propter medium inhabile ea dispositionis cessat, secus si causa dispositionis duret, seu substat. exemplum primi habes in casu quotidiano posito per Dyn. Bar. Ang. Alb. de Ros. & DD. in l. miles. §. quærebatur. ff. ad l. Iul. de adul. habet etiam alia exempla in d. §. quæsumum, & in d. l. tria prædia. & in d. l. qui sella. §. fin. exépli scđi h̄es in casu quotidiano posito per Io. And. in reg. fine culpa. in 2. dub. de re. iu. li. 6. in Merc. & p eundē. Io. And. in c. tanta, in apostilla sup. uerbo contractum, qui fil. sunt legit. quem sequitur ibi Pan. & Prępo. ibidem in 7. q. ubi plenissimè illum articulum quotidianum examinat. Habes etiam de hoc secundo membro distinctionis aliud. pulchrum exemplum in d. l. si mis. §. p. Quod commenda memoria, quia seruit quo tunc in prac. q. pistud plura iura diuersimode loquétia, & multe decisiones Doctorū prima facie pugnantes, potest.

runt ad concordiam reduci. Ut videre poteris per Arg. in d. S. quæ situm, quod recurre. Facit enim quod dictum est ad decisionem plurimi aliarum questionum ex quib[us] vide poteris duas per Bar. Arg. & Ale. in l. 1. Situm acrimus, ff. de acq. pos. & vnam aliam per Pau. de Cast. in eadem l. S. ceterum, & vnam per Bal. in Auth. si quas r[es] nas, in f. C. de sacr. ecclie ad quas remissile sufficiat.

### LOC. A PRÆSUMPTIONE EIVS. dem facti.

- I** Pluralitas non presumitur, & quatenus id procedat: ex personam.

N*V*ac subiectum locum à præsumptione eiusdem facti, à quo sumptum argumentum est, probabile, forte, frequens, & utile, & formatur hæc modo. Pluralitas non presumitur, & ergo qui eam allegat, probare debet: tex. est nota. Secundum unum intellectum in e. cum Joannes Eremita, de fide instrum. & ibi habetur pulchre per Felim. & bonus tex. in l. idem Pomponius scribit, si frumentum, S. fina. ff. de rei vend. & in l. Sempronius Proculo, cum ibi not. ff. de legat. 2. & habetur per Bald. qui post Iacob. Butriga. hoc firmat per plures leges in l. 2. versi. ego dico, C. de erron. aduoc. & idem vult Bal. in l. conuentu, C. de episc. & cler. & idem Bal. in l. 1. in 2. col. C. quando prouo. non est nec & idem Bal. in l. ne que natales, C. de probat. & notatur per gl. & Doct. in l. cum qui, S. in populari, ff. de tuncirando, & per gloriam in l. qui iurasse, S. si pater, & ibi Alexand. de Imo. illo, eod. titu. & idem uolunt Anto. de Bur. Ioan. de Imo. & Panorm. in c. in præsentia. per illum tex. de proba. & Ioan. de Imo. in l. is qui reus, in pen. col. ff. de publ. iud. & idem Ioan. de Im. & Alex. in l. scire debemus, in prim. versi. sed quid si. ff. de verb. oblig. & Docto. s[ic] alibi. Hinc sing. dicit Bar. in l. triticum, ff. de verbo. oblig. q[ui] si constet aliquem recipisse à me mutuo centū, & postea idē per solemnum stipulationem promittat mihi soluer centum

centum ex causa mutui, & ego petam bis centum; ipse autem dicat stipulationem intelligi de eisdem centum primò mutuatis: in dubio stipulatio est ex intervallo interposita præsumitur esse eisdem centum, & non diversis: quia in dubio non debet præsumi pluralitas, maxime q[uia] sequens actus potest aliquid operari: ut ibi latius per eum, quæ in hoc sequuntur ibidem Ang. Pau. de Ca. Io. de Imo. Alex. & cōiter Doct. quod tene menti. Hinc etiam sing. dicit Fran. Are. in cōf. 36. incip. casus talis est, & est de mente Bal. in l. testium, in 8. col. C. de testib. q[ui] si unus ex testibus deponat de certo actu cum loco, & tempore certo, & alter testis deponat de actu sine tempore & loco, quia forte non fuit interrogatus, vel si fuit interrogatus, dicit se non recordari: tales testes sunt cōtestes, & non singulares: quia secundus testis præsumit deponere de eodem actu, de quo primus depositit, ne pluralitas actuum præsumatur: quod memori teneas mente. Hinc etiam sing. dicunt Io. de Imo. & Alex. post Bar. in d. l. scire debemus, versi. iuxta hoc quærit; quod si peto quinquaginta tanquam promissa, & probo de l. centrum, debo obtinere in quinquaginta \* petitis, quia non præsumitur pluralitas promissionis, secundum eos. Hinc quoq[ue] est, q[ui] in actu iterabilis absolvitoria lata in primo iudicio parit exceptionem rei iudicatae in secundo, si non probetur iteratio, quæ non præsumitur, q[ui] si probetur iteratio, tunc non obstat exceptio rei iudicatae. Ita vult tex. not. in l. de eo, S. sapient., & ibi Bald. no. ff. ad exhib. Hinc est, q[ui] substitutione facta impersonaliter pluribus, ita q[ui] non appareat expresse, à quibus præcisè effet relictū, videtur facta ultimò decedenti tantum, nec ille ultimò decedens uidetur substitutus præmorientibus. Cape exemplū in casu quotidiano, post mortem omnium filiorum meorum dece dētium sine liberis substituto Titium, vel dico q[ui] bona mea deueniant ad Titium, vel restituant Titio in hoc casu non debemus interpretari, q[ui] gramen totum censeatur relictum ab ultimo moriente, quia sic effet opus subintelligere tacitam substitutionem de ipso ad præmorientes: cum ergo non præsumat plura-

A D D<sup>e</sup>  
\* Quin-  
quaginta.  
Et ratio  
eff. quia  
sententia  
debet esse  
conformis  
libella, l.  
ut fundus  
ff. cōmu-  
niuid. &  
l. fin. C. de  
fideicom.  
libr.

738 LOCVS A DIVER. TEMPOR.  
ralitas dispositionum in dubio, iurib. præall. & quia possumus interpretari grauamē impositum ualere, si uideatur impositum omnibus pro' parte sua post mortem ultimi debemus interpretari & dicere grauamen impositum ultimo moriēti pro parte sua duntaxat. Ita fin. deg dit Franc. de Aret. in l. si pater impuberis. ff. de nulg. & pup. de quo art. vide ibidē late per Alex. & alios. Hoc tamen quod dixi, non præsumi pluralitatem, uel iteratio, nem actus limitatur tribus modis. Primo, ut non procedat, quando ad sustētationē dispositionis expresse facta hoc est necessarium, arg. l. deniq; §. interdum ff. de peg. lega. & sentit Fran. de Aret. in d.l. si pater impuberis. Secundo, ut nō procedat, quando actus appareret factus sub duplice forma, quia tūc præsumitur fuisse iteratus, text. est sing. in d.c. cū Ioannes, inducendo illum tex. vt eum ibi ponderant & inducunt Bal. & Fel. de quo ibi latius per eos. & facit l. licet, C. loca. secundum intellectū quē tangit ibi Ang. Tertiō limitatur non procedere, quando ageretur de concordādis testium contrarietate, tex. est secundum unum intellectum in c. cum tu. de testib. de quo uide latius per Ioā. de Imo. Paa. Fel. & alios ibide, per Fel. in d.c. cum Ioannes, & per eundem in c. auditis. de præscri. & per Alci. Paradoxo. lib. 4. c. 13. Quæ omnia commenda memorie tanquam pulchra, utilia, singularia, & quotidiana, & vide quod dicam infra loco proximo.

### LOC. A DIVERSITATE temporum.

- 1 Diversitas factorum sequitur a diversitate temporum.
- 2 Diversitas in tempore aut in loco diversificat substantiam.
- 3 Diversitas temporum inducit contrarietatem & incomparabilitatem.
- 4 Testibus contraria deponentibus quibus stabitur.
- 5 Diversitas loci vel temporis quando virtus dictum reficit, & quando non reficit.

Com-

LOCVS A DIVER. TEMPOR. 739  
C

ommode subsequitur nunc locus à diuersitate temporum, à quo sumptum arguinetum est probabile, forte, frequens, & vtile, & formatur dupliciter. vno modo, in actu iterabili sic, Adiueritate temporum + sequitur diuersitas factorum, text. est notabilis in l. nunquam plura, ff. de priua, delictis, & bonus tex. cum singu. glo. in verbō, simul. in c. nihilominus 3. q. 9. & habetur per glo. in c. cūm igitur, 35. q. 1. & per Bar. in l. denunciaſſe. Si quidē, quem legit. sub l. qui vxori. ff. ad l. Iul. de adulterio. & per Bal. in l. 1. vers. in contrarium videtur, C. qui acutus non possit & per eundem Bald. in l. conuenticula, C. de epif. & cler. vcr. item est argumētum. vbi de hoc argumento plenissimè loquitur, & per Spec. in tit. de teste, in §. iam de interrogatorijs, in versi. quid si vnuſ, & p. Pan. & Cano. c. cum tu. de teste. & per Pau. de Ca. in l. cūm te, C. de proba. & faciunt no. per gl. sing. in l. Pantonius §. rei p. duellionis. ff. de acq. hær. Hinc est, q. si per duos testes probetur, q. tu commisisti adulterium de mente. Maij in talij loco, & per alios duos testes probetur, quod commisisti adulterium de mente. Auguſti in alio loco, probatum est adulterium bis fuisse commissum, secundum Pan. & alios in d.c. cum tu, & sentit Io. An. in d. §. iam de interrogatorijs, vers. quid si vnuſ. Si aut vnuſ testis deponat adulterium commissum vno tēpore, & alter adulterium commissum alio tēpore, ambo sunt singulares & non probant: c. bona 1. de ele. cum si. & si potest constare de vnitate actus, vel per cōfessionem partis, vel ex dictis ipsorum testium, tunc tales nedum non probant, sed tanq. falsum deponentes sunt puniendi. hoc probatur multum bene in c. cum Ioānes Eremita, circa si. de si de inſtr. & Danielis 13. in testibus deponentibus cōtra Susannam, nam ex quo deponebant de eodem tēpore colligebat unitas actus, ergo diuersitas in loco commisisti adulterij ex eorum depositione resultans induxit cōtra eos præsumptionē falsitatis, ut ibi habetur: & est de mente glo. in d.c. nihilominus, & de mente Pan. Fel. & DD. in d.c. cum tu, & de mente Bal. in l. in exercendis, in 4. col. C. de fide inſtr. & hinc Spec. d. si. de teste. Si q. de inter-

## 740. LOC. A DIVER. TEMPOR.

de interrogatorij, vers. quid si unus dat cautelam, q̄ sit positio per partem, vel interrogatio per Iudicem, de unitate actus: & idem vult Ioan. de Imol. & alij Can. in d. c. cum Io. Erem. illud autem non habet dubium, t̄ q̄ diversitas in tempore diuersificat substantiam, l. si cōem. S. si is qui, & ibi Pau. de Cast. no. ff. quemadmodum serui. amit. & similiter diversitas in loco, vt no. per gl. sing. in d. l. Pantinius. S. rei perduellionis, in verb. potest quererere, & plenē per Bart. in d. l. denunciasset, secūs autem est in eo, q̄ differt secundum plus, & minus, nam non dicitur differre in substantia, l. f. ff. de fun. instr. & est rex, no. in his cui via. ff. quemadmodum serui amit. & sentit Bal. in d. S. si is qui, & Zasius in commen. l. quod Nerua, in prin. ff. depositinī adiectio qualitatis aliud inducat, iuxta ea quae dixi supra in loco ab effectu eorum quae simul requiruntur ad esse, & sentit Bal. in d. l. is cui via, secundō istud argumentum formatur in actu nō iterabili, vel in actu iterabili, de quo constat per confessionem vel alias, q̄ interuenit, nisi vni 3. eus: hoc modo diuersitas t̄ temporum inducit contrarie tarem, & incompatibilitem. Primum de actu non iterabili probatur, in d. l. 1. secundum s. lecturam glo. C. qui accus. non pos. & vult Io. de Imo. in c. cum cām 1. de testi. & sentit Salii in l. apud antiquos, C. de furt. Et ecce exē. 4. plur. Duo testes dicunt t̄ Titium occisum mense Maij, alij autē dicunt eum occisum mense Augusti, nam sunt contrarij: & sic vel neutri depositioni stabitur, vel stabitur dignioribus, & verisimiliora deponentibus, secundū determinationem, lob. carmen. S. h. cum sing. gl. ff. de testi. & c. in nostrz, cum sua gl. eo. tit. & ita no. dicit Bar. in l. l. S. non autem ff. de bon. poss. secun. tab. & Doct. sēpē alibi. Hinc etiam ad propositum nostrum, non inepte dicit Bal. in d. l. conuenticula, q̄ argumentū ab impossibili pro cedit in teste, vt si testis dicat quod tali die Titius non fuit vulneratus, quia precedente die fuit occisus, valet, & concludit eius depositio, & allegat. l. 1. cum sua gl. C. qui accus. non pos. Secundum de actu iterabili unico probatur in d. c. cūm Ioannes, & ibi tangitur per Doct. Can. & per Spec. in d. ver. quid si rpus. Prædicta tñ limita,

&amp; intel-

## 741. LOC. A DIVER. TEMPOR.

& intellige vera in actu instantaneo non durabilis in actu aut succēsivo, seu durabili ex probatione diuersorum temporum nulla sequitur contrarietas, l. inficiando. S. insans & ibi habetur pulchrè per Bar. & Ang. ff. de fur. & no. p. gl. Bar. Bal. Ang. Pau. de Ca. Alex. de Imo. Iaf. & Doct. in leum qui. S. in populazibus, ff. de iureiur. & habetur per Spec. in d. ver. quid si unus, & per Bal. in d. l. conuenticula. Vnde si duo testes probant, q̄ ego tenui aliquid appensum circa viam publicam mensē præterito, & duo alij testes dicunt mensē presenti, tales non sunt contrarij. Si militer si duo testes dicant me tenuisse vxorem Titij de mensē præterito, & alij duo testes dicunt de mensē praesenti, tales non sunt contrarij: & pariformiter si duo testes dicunt, q̄ viderunt dominum Petrum celebrantem hora testarum, alij verò dicunt se vidisse hora nonarū, isti non sunt contrarij, quia misla potest tamdiu durare, secundum Spec. l. prædicta actus enim continuationem recipiens, & durans certo tempore, censemur unus actus a principi oī usque ad finem, vt dicit gl. no. d. S. in populazibus, que inducitur ad plures notabiles, & quotidianas q. ve ibi videre poteris per DD. & signanter per Iaf. ad quem quia ab omnibus habetur, remississe sufficiat. Si autē plenē vis instrui de hoc art. quotidiano, t̄ q̄ n̄ diuersitas loci, vel temporis vitiat dictum testis, & q̄n non item q̄ testis debeat necessariō deponere de tempore: & quādo non: item quando diuersitas in causa dicti testimoniū inutilitat eorum dictum, & q̄n non vide pulchrè per Inn. Io. An. & Can. in c. qualiter & q̄n 2. de accus. & per Spec. in d. S. iam de interrogatorij, in ver. & breuiter scias. & pulchrè per Domi. in d. c. nihilominus: & eleganter per Pe. de Anch. in conf. 439. incip. in Christi, & c. ex ex præmissa facti narratione, & c. in 2. dubio: & pulchrè per Fel. & alios in cl. cit ex quadam, de testib. Quæ omnia commenda memoria, & vide quod dixi supra loco proximo.

## LOCVS A PACTO AD LEGEM,

Statutum, vel consuetudinem.

1. Argumentū à pacto ad legē, statutum, vel consuetudinē formid. sur dupliciter, affirmative solletere, & negante, & num. 10.

2. Cir-

- 2 Circumstantie contractuum possunt tolli per pactum.
  - 3 Pacto quis potest teneri ex delicto alterius.
  - 4 Interesse potest pacto contrahentium taxari.
  - 5 Pacto potest alicui rei imponi onus reale, quod transeat ad ecclesiam.
  - 6 Obligari pacto quis potest, ut teneatur credere iuramento alterius.
  - 7 Princeps pacto suo obligatur, non autem lege sua.
  - 8 Iuramentum pacto potest remitti ab eo, in cuius favorem prestitum est, non per statutum.
  - 9 Pactum de non appellando ante prolationem sententia ualeat.
  - 11 Argumentum a lege, statuto, vel consuetudine ad pactum ualer negatim.
- O**ccurrat nunc locus à pacto ad legem, statutum vel consuetudinem, à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens, & utile, quando formatur, ut debet. Formatur autem dupliciter. Vno tamen modo affirmatiuè sic. Quicquid potest fieri per pactum, potest etiam fieri per legem, statutum, vel consuetudinem: tex. est sing. in l. si. & ibi id no. Bart. Bal. Sali. & Doctor. C. de fideiuso. & est gl. in l. non solum, §. fin. super verbo, etiam hæredis, in prim. ff. de no. operis nun. & glo. in Rubric. C. de decreto. decr. libr. 1. o. & bona glo. in c. 2. super verbo officiali, in fine, de consue. libr. 6. & ratio istius est, quia maior est potestas legis, quam hominis, qui legi subest: & argumentum à minori facta fortiori semper procedit affirmatiuè, ut dixi supra in loco à minori: quod est utile seruens ad multa. Et gratia exempli pro instru-
- 2 ctione iuuenem istud primo, facit ad hoc, q. sicut t. circumstantia contractuum possunt tolli per pactum, c. unico, de commoda. & c. bona fides, de deposito. Ita etiam circumstantia actus possunt tolli per legem, statutum, vel consuetudinem. Ita dicit gl. sing. in d. c. 2. in uerbo officiali, in fine, cum qua ibi transeunt Domin. & Philip. Fran. Se
  - 3 cundò istud facit ad hoc, q. sicut t. pacto, contrahentia fieri potest, ut pater teneatur pro delicto filij, pecuniarii est, ita et hoc fieri poterit per legem, statutum, vel consuetudinem.

- suetudinem, & ualebit lex, statutum, vel consuetudo, hoc disponens. Ita dicit gl. sing. in d. Rub. C. de decreto. decr. libr. x. quam ibi approbat Ioan. de Plat. Imò ( quod fortius est,) valet consuetudo seu statutum disponens, q. quis corporaliter puniatur prò délictio alterius, ut est gl. sing. in c. cum homo, 23. q. 5. quam ad hoc ponderat, & sing. reputat Lud. Roma. sing. 130. Sed hoc ultimum A.D.D. non credo verum, & contrarium eius tenet Bald. in Ru. Alterius br. C. res inter alios acta, & Salic. in l. i. C. illo. eod. tit. & Intellige, Fel. in c. ius generale, l. dist. circa finem, quod nota. Test. ut dicit istud facit ad hoc, quod sicut t. partes posunt inter ibi glo. si se limitare, & taxare interest in contra dictu, sic quod eo dolo faciat taxationem, stetur sine alia probatione, ut sentit glo. cias per in c. cum dilecti, de foro comp. quam ad hoc ponderat l. si quis Albe, de Rosa. in l. i. circa fin. C. de summa trij. Ita etiā reum. ff. hoc fieri poterit per statutum, secundum Adib. ibidem, reor, qui dicit sic seruari Bergomi. Quartò istud facit ad hoc, reor, q. sicut contractu principaliter existente nullo pacto in eis apposita nihil operantur, imò carent effectu, ut est tex. notab. iuncta gl. in l. 2. C. de condic. ob causam. Ita etiam hoc casu statuta loci idem disponentia non fortientur effectum, ita sing. dicunt Bal. Ang. & Sal. in d. l. 1. per illū textum iuncta l. si uero, ff. solut. matrim. per glo. in dicta Rubrica. C. de decreto. decr. lib. x. que siquiparat pactum & statutum, quod est non dignum, quia quod id est. Quintò istud facit ad hoc, quod sicut per pactum priuati hominis potest ei imponi onus reale, quod etiā transeat ad ecclesiam, c. verum, de cond. appo. cum simili. ita & fortius per statutum loci poterit hoc fieri, et ut res afficiatur tali onere, postquam periuenerit ad ecclesiam. Et ita singulariter concludit Calde. in consilio septimo, sub titulo de constitut. post Barto. & alios in l. recripto. §. final. ff. de muner. & honor. & idem concludit Pet. de Anch. in consilio 303. incipiente, in Christi, & c. habet statutum, &c. quod commenda memorie. Sextò istud facit ad hoc, quod sicut t. ualeat pactū, quo promitto stare sacramento vel simplici uerbo tuo super damnis & interesse, ut cōcludunt Bar. lo. de Im. & D. in

in l. f. ff. de præt. stipul. Ita etiam valebit statutum vel consuetudo disponens quod credatur scriptura priuata, vel libris mercatorum, in modica summa, arguedo à pacto ad statutum vel consuetudinem, secus tamen si statutum vel consuetudo sit indiscreta, disponens scilicet, quod omni scriptura mercatorum crederetur pro se. Ita singulariter vult Bar. in Lvnica ueris. quid ergo est, O. de confessis, quem refert, & sequitur Panorm. in c. bone 2. circa finem de postul. prelato. & Aléx. de Imo. & Ias. in Lquidam, §. nummularios, ff. de eden. quod tene menti. Hoc tamen quod dixi ualere argumentum à pacto ad legem, statutum, vel consuetudinem affirmatur, procedit ubi est eadem ratio, secus si diversa, quo causa aliqd potest fieri per pactum, & non per statutum, exépli gr. 7 tia, per t' pactum suum princeps obligatur c. i. de prob. & c. i. de natura feu. in usib. feud. & tamen lege sua uel statuto, princeps non oligatur, l. princeps, ff. de legib. & l. digna uxor, C. eo. tit. cum utrobique nota, de quo arti culo pulchro, & quotidiano uide late per Iohan. And. in regula, cui licet, de reg. iur. lib. 6. in Mercuria, lib. Item p 8 pactum, t' potest remitti iuramentum ab eo in cuius factorem præstum est, ut est tex. singularis in c. i. de spō fa. & tamen iuramentum à statuto laicorum tolli nō potest, ut singulariter decidit Alex. de Imo. in consil. suo 59. i. vol. incip. redemptoris, & c. uiso instrumento, &c. in ueris. nō obstat tertium. Item cape aliud exemplum, ual 9 let pactum t' de non appellando ante, uel de nullo fatus obseruando interpositum, ut est tex. notabilis in l. fi. in fin. C. de tempo. appella. & tamen non ualeat statutum prohibens à sententia appellari, ut est tex. peculiaris in coveniente, §. quia verò de iure. & ratio diuersitatis est quia pactum directè non tangit ius superioris, sed pacientes abdicant à se quod est in eo in facultate: statutum autem de non appellando disponit directè contra ius superioris, & ita notabiliter dicit Panot. in c. cum dilectus, extra, de arbitris, quod tene menti. Itē cape aliud exemplum, dispositio legalis vel statutaria generalis, cōcepta verbis uniuersalibus de futuro, continens actus noui

noni concessionem, recipit restrictionem de habilitate personæ. Ista est doctrina Bartoli, & Doctorum in lege prima, §. nunciatio, ff. de noui opéris nuncia, & hoc ne inducatur correctio alterius legis, secus tamen est in dispositione hominis, vel in contractibus verbis uniuersalibus conceptis, quia non recipiunt illam restrictionem. Vnde si aliquis acquirat feudum pro se, & filiis, & quibuscumque hereditibus, illa uniuersalis, quibuscumque, non restringitur ad habiles, licet sit acquisitione noui iuris, immo ueniunt etiam penitus extranei, & sic per illam uniuersalem alteratur natura feudi, iuxta ea que habetur in simili in c. unicō, de feu. non ha. prop. feu. na. Ita sing. decidit Bal. in l. 1. ff. de rer. diu. in 34. & 48. q. & idem Bald. in l. Imperiale, in prin. in uer. sed quid, de prohib. feu. alie. per Fed. & istam decisionem sequitur Alex. de Imo. in l. s. patroni, ff. ad Treb. & Ias. in d. l. i. §. nunciatio, in uer. tertio limita istam conclusionem, & idem Ias. in prælud. feu. in uer. 3. limita nisi feudum, quod tene menti quia est singulare, & quotidianum, multum limitans notata per gl. & Doc. in l. ex facto, §. ff. ad Treb. Secundo argumentum ex hoc loco potest formari negatiuē, hoc modo. Quod non potest fieri per pactum, non potest fieri per legem, statutum, vel consuetudinem: nam pactū lex, statutum, & consuetudo, & equiparantur, & paribus ambulant. de primo, puta de pacto, & lege, tex. est in l. fi. C. de reb. alie. non alien. & d. l. fin. C. de fideiuss. de secūdo, puta de pacto, & statuto, est glo. no. in d. Rubr. C. de decre. decurio. libro 10. & de tercio, puta de pacto, & consuetudine, est tex. in d. c. sacro sancta, iiii. capitulo, Mafana, de elect. & no. Ioan. And. in d. c. sacro sancta, & gl. in d. c. 2. & ibi lo. And. in Nou. assignando rationem dicit, quia hoc est ideo, quia consuetudo est tacitum pactum, lde quibus, & l. sed ea, ff. de lega, sed istud deber limitari verum, vt procedat, quando aliquid non potest fieri per pactū, quia turpe vel contra bonos mores, tunc. n. illud non potest fieri ē per legem, statutum, uel consuetudinem, quia lex debet esse honesta, iusta, & possibilis, c. erit autem 4. dist. alia autem cessante turpitudine, non ualeat argumentum

746 LOCVS A PACTO AD LEG. &c.  
gumentum à pacto ad legem negatiue. Imo infinita pos-  
tent fieri per legein, statutum, uel consuetudinem, que  
nō possent fieri per pactum, ut declarat not. Bar. in rep.  
Loes populi. in 3.q.tertiae quest. princip. uersicul. pro  
quib. posset ff. de iustitia & iure, & idem Bar. & Pau. de  
Cass. non impossibile ff. de pact. Iu. de Plat. in d. Rub.  
C. de decre. dec. li. 10. & est de mente gl. in l. nec ex pro-  
torio. & in l. neq; pignus. S. priuatorum comunitatio ff. de  
reg. iur. & de mente gl. in l. circa mediū. C. que sit lō.  
cōsu. & ibi hoc sētit Cy. & Dom. i.d.c.2. & uult expreſſe  
Bal. & Ang. i.d.l. ff. C. de fidetu. & idē Bal. lari? ī re d.l.  
de quibus, quod rēcurrē. Et per premissa cōcluditur, non  
ualeare consuetudinem uel statutum, uigore cuius per-  
mitteretur creditori cuincere pignus in perpetuum ab  
q; spe iūtōnis p̄ debito rem fidei p̄fūtātō p̄cipiālē  
& alijs in euictiōne solutis: quia talis consuetudo, uel sta-  
tutum, uideretur ferre opem ad delictum contra legem.  
Dei unde sicut reprobatum est pactum legis commis-  
ſor in p̄gnoribus, ex eo quia est contra bonos mores,  
& factens iūtarie prauitati, capitulo significantē, de  
pign. & l. prima. & l. final. C. de pact. pign. cum simi-  
lit. ita etiā non debet ualeare statutum, uel consuetudo  
in casu p̄missio, p̄ predīcta, & ita sentit Baldus in re  
petitione d. legis de quibus, idem Baldus in rep. l. Emil.  
Ius. ff. de minor. & in conf. 32. 5. part. quod tene menti,  
quia uidi in questio. facti magnam de hoc altercationē.  
Cōtra autem à lege, statuto, uel consuetudine ad pactū  
non ualeat argumentatio affirmatiue, sed bene negatiue,  
quia à maiori ad minus nō licet arguere affirmatiue, sed  
bene negatiue, ut dixi supra, in loco a maiori, in loco à  
genere ad speciem, & in loco à toto ad partēm, ad quos  
recurre. & istud sentit gloss. in S. cum autēm loquubes, su-  
per uerbo iubetur, Inst. de adop. & firmat Bart. in l. alia  
S. eleganter, circa finēm. ff. solut. matrim. & l. aſi. in d. l.  
non impossibile, vbi hoc declarat per plura exēpla, que  
habuit à Baldo in repet. d.l. de quibus, ad quem remisit  
se sufficiat. Nec p̄missis obstat d. l. non impossibile,  
quia ibi non plus probatur, quam quod in pactum dedi-  
ci pu-

LOC. A VI GEMINATIONIS. 753  
ci potest illud ad quod quis de iure tenetur ex quo infer-  
ri non potest, quod omne illud quod potest fieri per le-  
gem, posset etiam fieri per pactum, licet gl. Bar. & plures  
alii sumando illam legem uideantur prima facie alind  
ibi sentire, quod nota, quia posses faciliter decipi, si non  
perpenderes.

### LOCVS A VI GEMINATIONIS

- 1 Verborum geminatio, seu actus reiteratio denotat firmitatem propositi.
- 2 Confessio extrajudicialis geminata habet vim confessionis. iudi-  
cialis. 15.
- 3 Confensus geminatus tantum operatur quantum confessus in-  
ratus.
- 4 Verba geminata in dispositione impedituſ restrictionem de ha-  
bilitate.
- 5 Statutum debet interpretari secundum iuss commune, quando  
alias quis indebitē dampnum patietur.
- 6 Verba enunciatiua geminata probant.
- 7 Geminatio rescripti habet vim clausula, non obstante lege, &  
clausula ex certa scientia.
- 8 Obligatio naturalis geminata actionem parit.
- 9 Mora geminata non purgatur.
- 10 Sententia interlocutoria bis confirmata est irreuocabilis.
- 11 Confessio simplex geminata non potest p̄textu erroris revocari.
- 12 Dispensandi cum spūio, item cum iſectu ſo faculitate habens,  
non poterit dispensare cum spūio & incestuoſo ſimil.
- 16 Differentia inter geminationem scripto vel ore prolata

Offert se nunc locus a vi geminationis, a quo sumptū  
argumentum est probabile, forte, frequens, & utilissi-  
mum, feruens ad diuersos & infinitos effectus, & forma-  
tur hoc modo. Verborū † geminatio, seu actus reite-  
ratio, denotat firmitatem propositi voluntatis, &  
confensus, & inducit diuersitatem iuris ab actu  
simplici, textus est notabilis in lege quinquaginta;

B b b ff. de

## 754 LOC. A VI GEMINATIONIS.

ff. de probatio. & in l. balista. iuncta gl. ff. ad Trebel. & in l. si mulier, 2. & in Auth. siue à me, C. ad Velleian. & in l. cum scimus, & ibi Barto. C. de agrico. & censit. lib. 1. 1. & in c. eam te, de rescrip. vbi Bal. dicit, quod verba geminata significant præcisam intentionem, cum similibus, de quibus infra. Quod facit ad multa. & inter alia gratia exempli pro instructione iuuenum istud primò facit ad hoc, quod qui bis aliquid facit, non potest postea contra id opponere: quia vbi internenit geminatio, ibi præsumitur plena deliberatio, in auth. vt nulli iudicium. S. & hoc vero iubemus. Ita notab. dicit Bal. in suo aureo consilio schismatis, posito in Rub. C. si quis aliquem testa prohi. Secundò facit ad hoe, qd q iterauit conuicium, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse. Ita dicit gl. not. in c. si quis iuratus in uerb. iterare, 2. q. 3. & alleg. d. l. si mulier. non tamen per hoc credas, quod dicens co uicium calore iracundiae non teneatur actione iniuria. xxi. imò tenetur, sed grauius punitur, qui conuicium iterauit, vel in eo perseverat, l. si non conuicij. C. de in iu. & ibi de hoc habetur pulchre per Salice. qui cæteris clarius, & perfectius loquitur, quem omnino vide. Ter tio istud facit ad hoc, quod licet confessio + facta coram notario, non in figura iudicij, non præjudicet, tamen si fuerit geminata, præjudicat, etiam si sit præjudicialis liberti vt est easus in d. l. cum scimus, & hoc not. Bar. qui etiam illic circa finem singulariter dicit per verbum, for te, quod confessio extra iudicialis geminata haber vim, & effectum confessionis iudicialis unica, & hoc dictum tanquam singulare referunt, & sequuntur Pan. & Fel. in c. si cautio. de fide instrum. & Pau. de Cast. in l. publica. ff. depo. & Rom. in l. nuda. ff. de donatio. & ratio utriusq; dicti est, quia licet quis non præsumatur velle se obligare absenti, tamen ista præsumptio defectus voluntatis tollitur ratione geminationis, iuribus præal. & idem reperio velle Pau. de Cast. in confil. 175. inci. in Christi nomine, amen, super primo videtur, circa finem, vbi singulariter dicit, quod confessio extra iudicialis, emanata etiā absente parte, si sit ita frequens, quod transeat, quasi in

pu-

## LOC. A VI GEMINATIONIS. 755

publicam vocem, & famam, præiudicat confitenti: & sequitur Prapo. in c. ex literis. de diuor. Quartò facit ad hoc, quod + consensus geminatus tantum operatur, quantum consensus iuratus. ex quo duo singulariter inferuntur. primum est, quod sicut consensus mulieris iuratus, validam reddit alienationem fundi dotalis: c. cū contingat, de iure iurand. Ita etiam consensus geminatus. Auth. siue à me. & ita singulariter colligitur ex no. per glo. Pan. & Doct. in d. c. cum contingat. Secundum est, quod quemadmodum mulier fideiubens pro alio, non potest se iuuare beneficio Velleiani. quando iuravit: Ita nec quando in fideiubendo interuenit consensus geminatus. Ita sing. probatur in d. l. si mulier, iuntas not. per gl. singularem, Panormi. Io. de Imo. & DD. in c. ex rescripto, de iure iurand. Quintò facit ad hoc, q; exceptio non numerata pecunia, vel non numerata do tis, non potest opponi per eum qui bis cum interuallo temporis confessus est, se receperit pecuniam uel doté: nisi uelut in se assumere onus probandi. Ita singulariter dicunt Panorm. & Felin. in dicto capitulo, si cautio, & est de mente Ioan. And. in addit. ad Spec. in Rubr. C. de do. inter vir. & ux. & hoc est vult Bal. in l. cum fidem p. illum tex. C. de non nu. pec. Sextò facit ad hoc, q; licet notarius sibi ascribens in testamento, puniatur pena fal si, l. si quis legatum, in princ. ff. ad leg. Corne. de fal. hoc tamen non procedit, quando sibi ascripsit sub pluribus, & geminatis conditionibus: tex. est de hoc singularis innata gloss. secundum unam lectaram, quam approbat Bar. in l. diuus. S. fin. ff. illo eo. tit. & meminit Ludo. Roma. in l. si uerd. S. de uiro, in 31. fallentia. ff. solu. matrim. Septimò facit ad hoc, quod relaxandus fideiussoribus iuxta l. 1. ff. de custod. reor. si consuevit aufugere, perdit beneficium dandorum fideiussorum. Ita dicit glo. singu. in lege Cornelia, & ibi Bal. Alber. de Rol. & Doct. canit ad hoc notant. ff. ad Syllcia. & Doctor. sapè alibi. Octauò facit ad hoc, quod licet dispositio legis uel statuti concepta uerbis uniuersalibus, uel generalibus, recipiat interpretationem restrictuam de habilitate personæ, l. 1. iuncta

B b b 3 gloss.

## 556 LOC. A VI GEMINATIONIS.

gl. i verb. vnuſquisq; C. de ſacrō. eccl. & l. ut gradatim.  
 4. §. i. ff. de mun. & honor. crim. ſum. tamen † hoc non pro-  
 cedit, quando in diſpoſitione ſunt verba geminata, tunc  
 enim non poſſet fieri congrē reſtrictio ad habiles, qā  
 verba non paterentur, l. promittendo, in prin. iuncta gl.  
 ff. de iur. dor. Et hinc nō dicit Sal. in rep. l. 2. C. d. noxal.  
 act. quod ſi ſtaturum loci diſponat, quod quilibet cuius  
 uis cōditionis poſſit teſtari, tale ſtatutum non reſtrin-  
 getur ad habiles, ſecundum ius. cōe., via illa verba, cu-  
 iuſuis conditionis, hanc reſtrictionem non patiuntur, ſe-  
 cundam eum: limitando tamen, ut ibi per eum, & alijs  
 in d. l. i. de hoc tamen articulo quotidiano, an. & qn di-  
 ſpoſitio generalis geminata recipiat reſtrictionem de ha-  
 bilitate, vide latius per laſ. in prælud. feu. col. 19. in verbi  
 tertio limita, & in locis per eum commemoratis, quō re-  
 curre. Nonō facit ad hoc, quōd licet ſtatutum ſimpli-  
 ter diſponens, quōd occidens hominem decapitetur, re-  
 cipiat reſtrictionem, dummodo talis fuerit in dōlo, ut  
 ſingul. decidit Bal. in l. data opera, in 3. col. C. qui acci.  
 non poſ. & dixi latē ſuprā, in loco ab abſurdo; tamen ſi  
 ſtatutum diſponeret, quod occidens hominē quois mo-  
 do uel qualitercunq; decapitetur, nō recipiet reſtrictio-  
 nem uel diſtinctionē, an dolo homicidium commiſſerit,  
 uel nō. Ita ſing. dicit Sal. in repe. d. l. 2. Sed aduerte, qā  
 in praetexta nequaqueſtam hoc admitterem, cū agatur de  
 nimis magno præiudicio, puta de morte hominis, cuſus  
 nunquam cunctatio lōga eſt. Et licet ſciam Alex. de Im.  
 in l. & ſi ſeuerior, circa fin. C. ex quib. cau. infa. irrog. &  
 Feli. in c. ſedes in 9. col. de refcri. lequi hoc diſtū Salicē.  
 & etiā Zafium in articulo illo, an vniuersaliſ ſermo ſeu  
 enūciatio, vniuersaliter intelligatur, quem examinat in  
 lib. Responſ. 2. tamen eorum auſtoritas me non mouet  
 cum ratio naturalis & xquitas ſuadeat, hoc caſu hanc  
 generalitatem reſtrinki ad eum qui dolosē occidit, que  
 ratio & xquitas mihi ſunt pro auctore, etiam autem ge-  
 neraliter intelligendo diſtū Saliceti, ſequeretur abſur-  
 dum, maximē in caſu deſenſionis, quem tamen caſum  
 ſub dubio forte etiam conprehendere videtur Sal. cō-  
 tra quē

## LOC. A VIGEMINATIONIS. 757

tra quēm in hoc caſu tenet Io. Bapt. in rep. l. omnes po-  
 puli, in 110. col. ff. de iuſt. & iuſt. & idem abſurdū ſequen-  
 tur in homicidio caſuali de iure non punibili: & faci-  
 unt notata per glo. ſingularē & Doctor. in l. fin. §. in  
 computatione, C. de iure deliberañdi, vbi ſingulariter  
 habetur, qā † ſtatutum deber interpretari ſecundum ius  
 commūne, etiam ſi ſic interpretando nihil operaretur,  
 quando alias quis indebitē dāmūm pateretur, prout  
 contingere in caſu ſubiecto. faciūt etiam ea quā ſingu-  
 lariter conſulendo adducit Paul. de Caſtr. in cons. ſuo  
 192. incip. in Christi nōmīne, amen. In caſa incarce-  
 rōrum, in antiquis. facit etiam elegans diſtū Panorm.  
 in cap. i. in fine, de clandestina deſpon. vbi ſingulariter  
 dicit, quod pro vitanda abſurditate vēl violacione alia-  
 rum regularum, diſpoſitio debet intelligi cum aliquā  
 li impropriatione, ſi alter ſaluari non poſſit. Præterea  
 contra decisionem Saliceti facit decisio glossæ in diſta  
 l. promittendo, in principio, in uerbo conditioniſque,  
 in finalibus verbis, quam reputat ſingularē Iason in  
 l. i. §. nunciatio, ff. de noui oper. nunciat. ad hoc quōd  
 quantumcumque lex loquitur generaliter etiam cum ge-  
 minatione uerborum, tamen reſtringit quando quid  
 cenſeretur diſponi, fieri, uel admitti contra ius natura-  
 le, ad quod etiam facit l. finalis, C. de testamen. mili-  
 quam ad hoc notat Alexan. de Imo. in d. §. nunciatio,  
 que optimē probat iuncta l. i. ff. de milit. testam. quod  
 tene menti. Decimō facit ad hoc, quod licet in diſpoſi-  
 tione reſtatoris, qua relinquit uxori omnia que habet in  
 domo, non ueniat frumentum quod ibi habebar causā  
 vendendi, ut est tex. not. in l. generali, §. uxori, ff. de vſu  
 ſru. lega. tamen ſi ultra terminum uniuersalem aduici-  
 tur diſtio, quo quo modo, ut quia diverget, relinquo uxo-  
 ri omnia, que quoquo modo in domo habeo, tunc nō ſie-  
 ret illa reſtrictio. Imō uniret etiam frumentum veniale  
 propter virtutem geminationis. Ita not. dicit Bar. in  
 d. §. uxori, circa fin. & ſequitur Iaf. in d. l. i. §. nunciatio.  
 Cui decisioni cōſonat doct. Bal. i. l. fi. in 1. col. C. fine cea  
 ſi uel reliq. quā ſequitur Iaf. in plud. feu. i. d. uer. tertio

## 758 LOC. A VI GEMINATIONIS.

4 limita, circa fin. Undicimò facit ad hoc quod verba ten-  
ciata uia, quæ regulariter non probant, lex hac scriptura,  
ff. de dona. cum sim. si fuerint geminata probata. Ita no-  
vult Bar. in d.l. cùm scimus, vers. in tex. ibi sinautem. &  
Pan. in repet. c. per tuas, de arbit. & ias. in l. ex his ver-  
bis, in i. fallentia, C. de testam. milit. & probatur in l. vii.  
in fine, ibi, & secundis confessionib. C. de plus peti. & ra-  
tio est, quia geminationes seu reiterationes arguit na-  
gnam firmatatem propositi, ut supra dixi. Duodecimò  
facit ad hoc, quod licet hereticus paratus corrigi non  
tradatur curia seculari, c. pen. §. si qui autem i. vol. greg.  
de heret. tamen si geminata vice labitur in heresim, non  
auditur, c. super eo, & c. accusatus, de heret. lib. 6. quod  
licet videatur per quam durum, tamen quia per ecclesiæ  
in fauorem fidei & detestationem criminis haereses,  
ita statutum est, obseruandum est, ca. in memoriam, 19.  
dist. & l. prospexit. ff. qui & à quibus. Et idem dicit Alb.  
de Ros. in l. omnimodo, C. de inoffic. testa. in crimine co-  
tra naturam. quod nota. Decimotertiò facit ad hoc, quod  
si in instrumento venditionis bis dicatur, & si plus \* va-  
let, donat, vel si dicatur omne totum vel quicquid plus  
valer, donat, cessat remedium l. 2. C. de rescin. vend. vt  
scilicet non rescindatur venditio ob deceptionem ultra  
dimidium iusti pretij, vel iusti premium suppleatur, vbi  
alias remedium d.l. 2. locum haberet. Ita dicit Bal. in d.  
l. 2. in 7. q. de hoc tamen vide latius per Pan. egregie lo-  
quentem in disputatione sua incip. stante statuto & per  
omnes in d.l. 2. Decimoquartò facit ad hoc, quod licet  
nullo iure caueatur, decretum bis esse interponendum,  
tamè optima cautela est, quod bis interponatur. Ita no.  
dicit Bald. in l. magis puto. §. non passim. ver. ibi tunc. ff.  
de rebus eorum, & Doct. sepè alibi. Decimoquintò facit  
ad hoc, quod licet sufficiat obijcere testi crimina in ge-  
nere, vt not. in c. præsentium, de test. tamen si lex vel ca-  
non mandat quid exprimi cum adiectione illorum ver-  
borum multiplicantium omnia & singula, propter hanc  
geminationem requiritur specificatio individua cum om-  
ni us suis qualitatibus, & circumstantijs. Ita dicit glos.  
not. in

## LOC. A VI GEMINATIONIS. 759

not. in c. v. circa, super verbo, ounia & singula, de elect.  
l. 6. & ibi hoc notat Phi. Fran. & Doct. frequenter alibi.  
Decimosexto facit ad hoc, quod licet illa verba, habeat  
ur pro ciue, importent fictionem, ut habetur per Bar.  
in repet. l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapio. cum quo  
concordant alii DD. tamè si dicatur, sit, & habeatur pro  
ciue, illa geminatio importat veritatem. Ita singulariter  
dicit Bald. in procemio Digestorū, in fine prin. in const.  
incip. omnem, & hoc dictū refert & sequitur Ant. Cor-  
se. in sing. 135. & pro hoc facit tex. in l. 2. S. furiosus, ibi  
cum per omnia, & in omnibus, cum ibi no. per Ang. &  
Doct. ff. de iure codicil. Decimo septimò facit ad hoc,  
quod licet vidua nubes non perdat legatum ei in testa-  
mento, sub conditione, si castè vixerit reliktū, cum in ma-  
trimonio sit castitas, c. Nicena, 34. distin. & notatur per  
Bart. & Doct. in l. mulier, §. cù proponeatur, ff. ad Tre-  
bel. & per Panorm. in c. vt clericorū, de uita & hon. cle.  
tamen si transit ad tria uota, perdit legatum. Ita singu-  
per verbum videtur, dicit Ange. in §. hæc autē de Deo,  
in Auth. quomodo opor. episcop. motus ex eo, qui tria  
vota contrahere est satis contrarium honestati, & suf-  
ficit venire ad secundas nuptias, ut ibi dicit text. sed  
reuera ille tex. nihil facit, cum loquatur de clericis, qui à  
matrimonij se debet abstinere, ut ibi dicit Bar. & benè.  
Decimo octavo facit ad hoc, quod si papa committat ali-  
enī causam, dicendo in rescripto, tu, tu cognoscas, illa ge-  
minatio facit censeri electam esse industriam personæ,  
& sic talis non poterit subdelegare, vbi alias posset. Ita  
singul. dicit Bal. & sequitur Card. in c. fin. deleg. Deci-  
mononò facit hoc, quod † geminatio rescripti habet  
vim clausulæ, non obstante lege, & vim clausulæ, ex cer-  
ta scientia: Ita fin. dicit Anto. de But. in c. quæ in ecclæ-  
sum, de const. & idem vult Bal. in l. nec damnosa, circa  
princ. C. de precibus Imper. offe. vbi dicit, quod tantum  
operatur secunda iussio, seu geminatio literarum princí-  
pis, quantum motus proprius. & hoc dictum tanquam  
aureum refert & sequitur Francisci. de Crema in singu-  
lari 136. Et illud tanquam singulare & nouum refert &

B b 4 sequi-

sequitur Ludo. Roma. in repe. d. l. si uero, §. de uiro, in 31. fallentia, & Iason illud dictum ualde extulit in d. nec damno, ubi omnino uide Vigesimò facit ad hoc, 3 quod geminata † obligatio naturalis, parit actionem. Ita dicunt Cy. Alber. de Rosa. Bald. Salic. & Angel. in l. fin. C. ad leg. Falcid. & hoc potest colligi ex Bald. in d. fin. & idem uult ibi Alex. de Imo. in apostillis ad Bald. Idem etiam uult Matthæus Mathefi. in notabili suo 37. & probatur in l. l. §. debitum el 2. iuncta l. qui autem, §. fin. ff. de constit. pecunia: & in §. de constituta, Institu. de action. & ibi de hoc uide plenè per Ioan. Fabri. Ang. & Iasonem: quod nota, quia habui de facto, & est singulare, nam regulariter ex simpli pacto nudo, uel obligatione naturali, non oritur actio de iure ciuili, l. iurisgentium, §. quinimò ff. de pactis: & notatur in l. cum quis, C. de iur. & facti ignorat. Vigesimoquarto facit ad hoc, q. licet † simplex mora posse purgari, l. & si post tres, ff. si quis cautio. cum sim. tamen quando mora est geminata, ut quia præcessit geminata interpellatio, non admittitur purgatio moræ. casus est sing. secundum unam lecturam in l. trajectiæ, §. do illo, ff. de actio. & oblig. de quo articulo uide latius per Doct. in l. si insulam, ff. de ver obli. Vigesimosecundo facit ad hoc, quod licet regulariter vera futuri temporis sint ferendæ sententiae: ut notatur p. glo. 1. & Doct. in regula in pœnis, & in regula odia, de reg. iur. lib. 6. & in l. in criminali, C. de iurisdict. omnium iud. tamen quando uerba futuri temporis sunt geminata: tunc sunt latæ sententiae: ut si dicatur irriterit, irritetur; uel irriterit, & cassetur. Ita sing. dicit Bald. in extrauaganti de pace Constantiæ, in uersi. priuilegia omnia, super uerb. deducantur: & meminit Ludo. Ro. singu. 3. & Ias. in l. non dubium, in 10. not. C. de legi. de qua materia uide latissimè per Feli. in c. Rodolphus, de rescr. & p. Barba. in c. si diligenti, de fo. comp. & per Ale. de Im. in l. Imperator, in apost. ad Bar. ff. de iure fili. & aliquid per Pan. in c. in quibusdam, de pen. & p. Lud. Ro. loco prædicto, & in duobus præcedéntib⁹ singularibus: & per Fran. de Crema sing. 7. Vigesimotertio facit ad hoc, q. licet

† inter-

10 interlocutoria quod ad iudicem nunquam transeat in rem iudicatam, imo possit quandcumque per eum reuocari, c. cum cessante, de appell. & l. quod iussit, de re iud. cum simil. tamen si est bis confirmata, est irreuocabilis, ita dicit gl. sing. in Clem. fina. in uerbo, super ea, in fine, & ibi Card. exclamat, de appell. Vigesimoquarto facit ad hoc, quod licet confessio simplex prætextu erroris possit reuocari, l. error, C. de iuris, & facti ignor. confessio 11 tamen † geminata non potest reuocari prætextu erroris: ita sing. dicit Prepo. in d. c. ex literis, & idem est de mente gl. ibidem cum dicit, quod confessio facta ex deliberatione, reuocari non potest; & illam gl. sequitur Bal. & reputat singularem, in l. si quidem, in fine, C. de exce- pto. & idem Bal. in lege, cum precium tuarum, in fine, C. de liberali causa: & idem Bal. in lege, non solum, ff. de procurat. & Archid. in capit. fina. de iureiurando, libro sexto, & Cepola in cautela 69. Hoc etiam tacitè sentit: Ioannes Audr. in dicto cap. ex literis, super d. glo. & idem A.D.D. est de mente gloss. in dicto capit. quæ iteratus, quæ dicit: \* Error. ibi non errari, ubi ex deliberatione aliquid fit: quod si es. Et ratio set uerum esset ualde singulare: sed contrarium, & re- 12 ff. dicitius tener. Bald. in dicta l. error, \* & idem Bald. in l. iu- ibidē Bal. siurandum, & ad pecunias, in princ. ff. de iureiurando. & dus, quia idem Bal. in c. si. de confess. Hoc est tacitè sentit Ioā. An etiam dc- dree in d. c. si. de iureiur. lib. 6. & Petr. de Anch. ibid. liberan- & clarè Phil. Fran. in c. i. de accus. lib. 6. & clarissimè Lu do potest do. Roma. in repet. d. l. si uero, §. de uiro, in 31. fallentia: quis deci- & idem Ludo. in consilio 391. incip. omnipot. & c. ut pra- pi. leg. de posita consultatio. uersi. nunc igitur in proposito, & c. & etate, §. laſon in d. l. error, quo recurre. Vigesimoquinto facit ad ex causa, hoc, q. interpretatio legitimatis, in qua dicitur quem ff. de iter natum ex adulterio, non prodest, si impetrans natus sit rogaçio ex adulterio geminato, id est, ex duobus coniugatis, ita specificat singulariter dicit Oldra. in consil. 247. incip. factum tale da ramen est, & c. & post eū Io. And. in addi. ad Spec. in Rub. qui est causa, filii sunt legit. Bal. in l. eam qnam, C. de fideicom. Vigesimo- d. §. ex simosexto facit ad hoc, q. habens † facultatem dispensandi, cum spurio, item cū incestuoso, non poterit dispense- fare.

sare cum spurio, & incestuoso simul, utputa cum nato ex consanguinea matritata. Ita sing. decidit Bar. in l. vim pas-  
sam, §. præscriptione ff. de adult. & ibi rationem addit,  
de quo artic. quotidiano vide latè per eundem Barto.  
Alex. & omnes Scriben. in l. 2. ff. de verbo. oblig. & per  
Alex. in Rub. C. de iud. & per Pan. Io. de Im. & alias in  
c. at si clerici, §. de adul. de iud. & per Angel. & Ias. in §.  
omniū, Inst. de acti. & in locis per eos commemoratis, &  
vide plenè sup. in loco ab æquipollentib. & in locis per  
me cōmemoratis, ubi obiter tetigi, an sub simplicib. cō  
prehendatur mixtum. Vigesimo septimò facit ad hoc, q  
constitutio disponsens carceratos ob reuerentiam alli-  
cuus sancti uel festi, aut propter inaugurationem prin-  
cipis, relaxari uel liberari à carceribus, non uendicabit  
fibi locum in eo qui incidit in carcerationem geminatā,  
vel ob dictum geminatum : tex. est notab. in l. 3. C. de  
episc. aud. per quem tex. singulariter dicit ibidem Guil.  
de Cuneo, Cyn. Bal. Pau. de Cas. & Doct. quod impe-  
trans remissionem de homicidio, subicto alio homici-  
dio per eum perpetrato, de quo tamen habuit remissio-  
nem, non debet gaudere beneficio huius ultimæ remis-  
sionis, quia censetur surreptitia, nam uerisimiliter prin-  
ceps non ita faciliter concessisset hanc secundum re-  
missionē, si expressisset de prima, arg. c. 2. de filiis pres-  
by. lib. 6. quia delicta geminata grauius sunt punienda,  
d. l. 3. & l. seruos, C. ad leg. Iul. de ui publi. & ita etiam in  
specie decidit Ias. in d. l. nec damnofa, post Barbatiam p  
cum relatum : & Hippol. de Marfil. post alias per cum  
relatos in sing. 3. Vigesimo octauo facit ad hoc, quod li-  
cer pro delicto alibi cōmiso non posset quis hic puni-  
xi, si non habeat hic domicilium vel forum, iuxta ea quæ  
notan. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. Tamen si alibi fe-  
cit plura furta, & hic commisit solum unum furtu, et si ex  
forma statuti non posset quis pro uno furto suspendi, tñ  
pp furta alibi commissa poterit hic aggrauari poena, & su-  
spendi, ita sing. dicit Bar. in l. si cui, §. cūm sacrilegium,  
versic. quero, si unus, ff. de accusa, & sequitur Alex. in d.  
l. seruos, & Bal. & Sal. in Aut. sed nouo iure, C. de seruis

fug.

fug. & idem uult Ioan. de Platea, in Lomines, uer. ex his  
infertur, C. de delato, libr. 10. ad quos remissio sufficiat.  
Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo uidetur  
sentire Gandinus in libello malefi, in tit. de furibus, & la-  
tronibus, quem omnino uide. Vigesimono facit ad  
hoc, quod t̄ si uno statuto cauetur, quod homicida pu-  
niatur in centum, & alio statuto caueatur, quod si quis  
commiserit duo homicidia, decapitetur, si quis commit-  
tar duo homicidia, licet pro primo soluerit centum, ta-  
men decapitabitur, quia primum aggrauat secundum.  
Ita sing. dicit Bal. in Auth. qui sentet, in versic. not. hoc  
verbum, C. quomodo, & quando iudex, & sequitur Pet.  
de Anch. in repetitione cap. canonum statuta, in 14. qua-  
stio. principalis, in vers. formalib. idem Baldus qua-  
stionem, de constitutio, & Antonius Corset. in singulari-  
tate, in fin. iuncta glo. ibi, C. de super exacto. libro 10.  
& ibi Bar. Ang. & Alex. de Imola hoc notant. Vnde re-  
tē dicit diuus Augustinus, qđ cōtinuatō seu geminatio  
facit de peccato ueniali mortale, ut est tex. singularis in  
c. unum orarjum, §. hinc etiam, 2. s. dist. Trigesimo facit  
ad hoc, qđ t̄ licet emptor, lite sibi mota super re empta,  
compromittens in arbitrum sine consensu uendoris,  
non habeat regressum contra uenditorem, ut est tex. no.  
cum gl. in l. si dictum, §. si compromisero, ff. de cuiusq.  
de qua facit festum Lud. Rom. in sing. trigesimo, & nota-  
tur in c. fin. de empt. & uend. Tamen si instrumento uē-  
ditionis uendor promittat de cuiusq. re quomodocum  
que res euincatur, & contingat eam euinci per viam cō-  
promissi, hoc casu emptor henè habebit regressum con-  
tra uenditorem, & agere poterit de cuiusq. re, propter  
dictionem, quomodocunq; uel quoquaque modo, &  
virtutem geminationis ex ea resultantem: ita sing. deci-  
dit Bal. in l. cūm poena, per gl. ibidem, ff. de arbi. & Iaco.  
in libello feud. in illis uerbis, cum pacto, qđ de ipso feu-  
do, &c. & Cypola in cautela 97. & Socinus in l. q. dā refe-  
gatus,

## 764 LOC. A VI GEMINATIONIS.

garus, &c. d. feb. dub. & DD. ssp. alibi. Trigesimoprimo  
15. itud fa. i. fid' hoc, q̄ licet alias confessioni facta in tor-  
mentis non fieri, l. i. S. diuus ff. de quæst. Att̄ hoc non  
procedit, qn̄ de hoc h̄etur duplex, vel bina confessio ex-  
tra judicialis de isto h̄e gl. nota. in l. capi. 5. ff. ad leg. Iul.  
dē adul. q̄ Ale. de Im. ibidē in apost. ad Bar. dicit esse fin.  
P̄s̄s̄t & ad multa alia induci h̄ec ar. vi geminationis,  
sed p̄s̄dicta pro iuuenib. abunde sufficiunt. Illud aut̄ no-  
lo te ignorare, q̄ effectus, & virtutes geminationis, de  
quib. sup. procedunt, qn̄ actus est geminatus ex internal  
lo t̄pis:ta probat d.l. quinquaginta, d.l. si mulier. d. Aut.  
fue à me, d.l. cum scimus, & l. 2. C. qd̄ met cau. cūm si. Si  
aut̄ actus esset geminatus in eodē penē in flanti, sine in-  
18 terualllo t̄pis:unc dēt distingui, vel est geminatus via  
voce tm̄, vel scripto. Primo casu talis geminatio nihil o-  
p̄ratur, imo dī actus vnicus, seu similitaneus: & ita pro-  
cedit gl. ponens exemplū quotidianū in l. 4. in verb. nisi  
ei. ff. de pig. & gl in c. ab eo ponens duo alia exēpla,  
de app. li. 6. & do t̄p̄i aliud exēplum quotidianū. Tu scis  
q̄ ille qui soluit canonē per trienniū continuū, p̄sumi-  
tur retro in præteritū soluisse: tex. est fin. in l. quicunque  
de apoc. pub. li. 10. & no. per singularem & Doct. in l. 2.  
de iur. emph. quod est verū, qn̄ talis solutio per trienniū  
continuum facta est cum interualllo t̄pis: & annōrum, se-  
cūs si vna, & eadem die, quis soluat pro triennio præteri-  
to: tūne. n. non p̄sumitur retrō solutum ex isto vnicō  
actu: ita fin. dicit Bal. in l. 2. ver. pone, q̄ quis, C. de dot.  
prom. & est de mente Cv. ibidem, & hoc dictum tanquā  
singulare refert, & sequi: ur Ias. in l. 1. C. de fideic. & in l.  
fi certis annis, C. de pac. & Pirilius, in d.l. quicunq;. Itē  
poteris videré aliud quotidiar. un. exemplū per Bal. Sal.  
& DD. in d. Aut. sed nouo iure, vbi h̄r, q̄ plura furta co-  
dem t̄p̄ vel loca commissa, non dinumerantur, vt plura  
ad effectum punitionis corporalis, ad quam impōnen-  
dam requiriatur consuetudo delinquendi, quæ non cau-  
satur sine interualllo t̄pis: vt ibi per eos, qd̄ no. Scđ̄ o ca-  
su, qf̄ uerba geminata scribuntur in aliqua lege vel can-  
one, bulla, recripto, vel ultima voluntate, tunc procedūs  
dicū

## LOC. A VI SVB ROGATIONIS. 765

dicti effectus, seu virtutes geminationis: quia videntur  
tunc seriosè, & cū mysterio repetita, & non ex lubrico  
lingue: Ita probat d.c. cā 1c, & d.l. balista, quæ ad hoc est  
fin. & ita saluari pōt̄ dictū Bal. & Car. in d.c. ff. de of. del.  
& plura alia d. sup. cōmemorata. Hinc rēst̄ dicit gl. fin.  
in Cl. j. super verb. dicecefanis, de iure pat. q̄ qn̄ in vna le-  
ge, vel canone pluries exprimitur, & reperiunt idē ver-  
bū, tunc de mente legis, vel canonis exorbitantis, vel p̄c-  
onalis est, q̄ non fiat extensio legis vel canonis ad aliū ca-  
sus, quam ad noīatūm in lege, vel canone, licet māteria  
de sui natura effet proportionabilis alijs: & illam glo. re-  
fert, & sequitur Do. in c. duobus, de reict. li. 6. vbi p̄ hōc  
dicit, se consuluisse contra dños de Rota in vna ardua,  
& quotidiana quæst. & cum eo transit ibi Phil. Fran. ad  
quos remisisse sufficiat. Hoc tñ quod dixi, geminationē  
scripto factam operari effectus & virtutes geminationis  
de quibus suprà, et si non fiat ex interualllo, ego puto li-  
mitandum verum, nisi ex hoc quis possit fraudari, vel  
nisi in fraudem actum effet de geminatione ex interualllo  
fienda. His. n. casib. geminatio, etiam ex interualllo  
scripto facta, non operatur effectus predictos. Ita fin. de-  
cidit Bal. in d.t. cum fidem, in fi. cum quo transit ibi Sal.  
& ad hoc optimē faciunt no. per Inn. Car. lo. de Imol. &  
Can. in c. grauis, de deposito, & no. per Bal. in Auth. hoc  
ius porr̄ctū, in ver. sed pone, C. de lacro. eccl. Que oīa  
commeada memorie, quia non reperies alibi ita plene,  
licet multa ex supradictis ponat Lu. Ro. in repe. d.l. si ve-  
rō, in 3. 1. fal. & Fel. in d. c. si cautio, & las. in d.l. si certis an-  
nis, & in l. pe. in fi. C. de pac. & Hip. de Mar. in l. j. C. ad. l.  
Cor. defic. & idē Hip. & in d.l. j. S. q. nu. 2. & plib. ff. de q̄

## LOC. A VI SVB ROGATIONIS.

- 1 Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatum  
est, & qualiter procedat, nsm. 2. & per totum locum limita-  
tur num. 20.
- 2 Subrogatus in officio vel collegio loco alterius, vivit iure il-  
lius, in cuius locum subrogatur.
- 3 Delegatio alicui constituta in dignitate facta sub nomine digni-  
tatis, transiit in subrogatum in dignitate.

766 LOC. A VI SVBROGATIONIS.

6. Scruiens per substitutum, vel aliquem loco sui, subrogans debet subrogare talēm, qui sit æqualis conditionis in moribus, scientia, & peritiae.
7. Ius agendi ad supplementum legitima finitur, quinquennio siccius querela in officio testamenti.
8. Tempus per statutum introductum ad appellationem preseque-  
dam regulabitur secundum tempus a iure communi presi-  
xum.
9. Tempus instantiae causa principalis non potest per pactum prorogari.
10. Reconvenio in prima instantia locum habet nedium coram in-  
dice ordinario, sed etiam coram delegato.
11. Index non potest suam sententiam mandare executioni extra  
territoriorum.
12. Intellectus l. quod ait lex. S. ff. ad leg. Inl. de adulti.
13. Actio personalis si succedat loco rei vindicationis efficiunt il-  
luminis naturae.
14. Actio personalis in rem scripta tollitur prescripione longi tem-  
poris.
15. Interesse laicorum cœssantia non potest peri post solutionem sortis.
16. Prescripicio brevior subrogata in locum longioris sapit eandem  
naturam quantum ad perpetuationem actionis quam sibi res-  
tinxit.
17. Maritus quando teneatur ultra quam facere possit.
18. Imperator electus ante coronationem exercet iura imperij.

**S**Vbsequitur nunc locus à vi subrogationis, à quo sumptum argumentum est forte, frequens, & utilissimum & formatur hoc modo. Subrogatum sapit † naturā eius, in cuius locum subrogatur, text. est notab. in l. 1. S. hac actio, & ibi Bar. latè distinguit, ff. si q. test. liber. esse ius fuer. & in l. si eum. S. qui injuriarum, & ibi glo. Bar. Bald. Ang. Lam. de Ramp. Alb. de Ros. & Doct. ff. si quis cau-  
tio. & in l. vnic. S. 1. & ibi Cy. Bal. Sal. & Doct. C. de rei vxo. actio. & in S. fuerat. & ibi Ioan. Fabri, & Iason. Insti-  
de actio. ff. de cond. & demonstra. & in l. si donatae. S. si sponsus, & ibi glo. ff. de dona. inter virum, & vxor. & in cap. vnic. & ibi Bald. notat de vasallo decrepitæ etatis  
in vñ.

LOC. A VI SVBROGATIONIS. 767

in vñibus feudorum, & in cap. ecclæsia. 1. & ibi Henricus Boich, & Canonistæ, vt lite pendente, cum simil. de quibus in frâ. & isto arg. à vi subrogationis vtuntur Doctor. in varijs locis, vt infra patebit, ex quo facile perpendi potest, hunc locum utilissimum esse ad multa. Et (gratia exempli) pro instructione iuuenium primò facit ad hoc, quod sicut impetrans à sede Apostolica gratiam pro obtinendo beneficio, tenetur facere mentionem de alio be- neficio, tenetur facere mentionem de alio beneficio, qđ obtinet, quantumcunque modicum sit, c. cùm adeo, cap. postulasti, & c. si proponente, de rescr. iuncto c. si motu proprio, &c. non potest, in princip. de præben. libr. 6. Ita etiam tenetur facere mentionem de literis, quas habuit ad obtinendum beneficium, & de pensione propter illas obtenta. licet pensio sit alterius naturæ, quam beneficium, etiam si pensio sit obtenta, illicite, & simoniacæ. Ita sing. dicit Car. in c. ad audientiam 2. in 4 oppo. de rescr. per illum text. & per d. regulam subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. & idem sentit ibi Ioan. de Imo. licet sit corruptus. Ex quo habes singulariter no- tare, quod hōc argumentum à vi subrogationis procedit etiam si subrogatum sit alterius naturæ, quam est illud in eius locum subrogatur, quod tene menti. Secundò facit ad hoc, quod constitutio declaratoria constitutio- nis pœnalis, ad evitandum pœam nullitatis actus, exten- ditur ad subrogatum, gl. est sing. in Clem. 2. in verb. epi- scopi, de rescr. quæ singulariter dicit, quod dispositio d. Clemen. 2. loquentis in officiali episcopi, locum etiam sibi vendicat in officiali capituli, quod sede vacante sub- rogatur loco episcopi, c. cùm olim, de maio. & obed. & c. vnic. illo eo. tit. lib. 6. & sic rectè dicitur officialis iurisdi- ctionis episcopal, subrogatum autem sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, iuribus præalle. quod nota. Tertiò facit ad hoc, quod subrogatus in officio, vel colle- gio loco alterius, vtutur iure illius, in cuius locum subro- gatur, tam quoad incommode, quam quo ad commo- dum, l. vnic. C. de colleg. & chart. libr. 1. ergo obtinens locum alterius in aliquo collegio per translationem, vel alias

786 LOC. A VI SUBROGATIONIS.  
aliás, sentier commódum, & incommodum, quod alius  
in cuius locum subrogatus est, habuisset, vel sustinueret,  
si translatio facta non fuisset. Ita not. dicitur Barto. Ioan.  
de Plat. & Doct. in d. l. vnic. hincuidemus in multis ec-  
clesijs obseruari de consuetudine, quod canonicus in-  
trans aliquod collegium via permutationis, statim effici-  
tur plenus, ybi aliud obseruatur, quando quis intrat per  
mortem alterius. Cuius non est alia ratio, nisi quia hoc  
ultimo casu non censeretur in locum alterius subrogari,  
sed primo casu sic, & subrogatum debet sapere naturam  
eius, in cuius locum subrogatur, iuribus preall. Attende  
tamén quia subrogatus in locum alterius, non propte-  
reà censeretur subrogatus in ordine, aut gradu, ut est text.  
not. in l. si quis in archiatri, C. de prof. & med. libr. 10.  
Quarto facit ad hoc, quod à sententia tertij electi per  
arbitrios in casu discordie, iuxta formam item si unus.  
Si principaliter, ff. de ab. non poterit appellari per text.  
in d. § principaliter, in f. ibi cuius auctoritati pareatur,  
& quia si illi duo arbitri primo electi pronunciasent,  
staretur eorum sententia, etiam iniqua, l. diem proferre  
§. stari. ff. de arbi, ergo etiam stabitur sententia istius ter-  
tij, cum intelligatur subrogatus loco ipsorum, & subro-  
gatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur,  
iuribus preall. & ita post longam disputationem sing. de-  
cudit Ioan. de Imol. in c. Quinta qualis de iure, in vers.  
quid autem de tertio electo, & Doct. alibi. Quinto facit  
ad hoc, quod noua iurisstituta per dominum iurite an-  
tiqua, non tollit iuris tementem ex antiqua, ut est  
tex. not in d. c. un. de usal. de rep. aeta. & ibi Alia. nota  
pro rogatione adducens regulam ante tactam, Subrogat-  
um, &c. & aliqua ex iurib. sup. alleg. Imo (quod fortius  
est) si princeps, qui potest de novo infundare, concedé-  
do nouum feudum dicat, se concedere iure antiqui, &  
auti feudi, per huiusmodi verba tale feodium adsumit  
qualitatem antiqui feudi, ac si vere esset antiquum. Ita  
sing. vult Ias. in prelud. feu. in 3. diuis. feudor. post Bald.  
& alios ibidem, licet referat aliquos tenere contrarium,  
quod nota, quia est quotidianum. Sexto facit ad hoc, &  
f. dele-

LOC. A VI SUBROGATIONIS. 769  
f. delegatio, seu commissio facta alicui in dignitate con-  
stituto sub noī dignitatē, transit in subrogatum in di-  
gnitate, c. quoniam Abbas, cum ibi not. de offic. deleg. &  
hoc virtute dictæ regulæ, subrogatum, &c. Sic ét succe-  
dens alteri in honore, succedit & in onere, c. aduersus,  
ybi est tex. de imm. eccl. An aut̄ is, cui facta fuit commis-  
sio sub nomine dignitatis, vel alterius qualitatis, si desit  
esse talis, qualis fuit tempore datæ commissionis, vel  
contra tempore datæ non fuit talis, sed postea cœpit es-  
se talis, possit in negocio cōmiso procedere, recurre ad  
singulariter not. per glo. in c. statutū, in prin. in verb. ca-  
nonicis, in f. & ibi per Dom. Phil. Fran. & alios de rescr.  
lib. 6. & ad no. per gl. & Doc. in d. Cl. 2. in verb. principa-  
lis, Septimò facit ad hoc, quod f. ille qui est subrogatus  
in locum alterius, debet esse eiusdem iuris, & conditio-  
nis, cuius est ille, in cuius locū subrogatur, & dēt esse ta-  
lis, qui à principio potuissest ad tales actum eligi. Ita sin-  
gulariter dicit Bal. in l. parabolani, per illum tex. quē ad  
hoe reputat aureū. C. de epis. & c. quod facit f. eū con-  
tra Iudices, & assessores iustitiarū regni, vt ibi videre po-  
teris per eum. Ex hoc ét sequitur, quod rector præclaræ  
vniuersitatis Louaniensis non possit in sua absentiā sub-  
stituere, vel loco sui subrogare coniugatum, cum talis ab  
initio ex statuto ad dignitatem rectoralē eligi nō posset,  
per d. l. parabolani, cum ibi no. per Bal. ille f. qui fuit le-  
gitime electus rector, si postea durante rectoratu ducat  
vxorem, non perdit dignitatē rectoralē, arg. l. 1. §. quam-  
uis, in f. ff. de postu. & l. cæcos, cum ibi no. ff. de iud. mul-  
ta. n. impediunt facienda, quæ non tollunt f. facta, l. pa-  
tre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. cū f. & ita  
obseruari vidi in persona præclarissimi senatoris dñi Pe-  
tri Lapostole doctoris triusque iuris peritissimi. Octa-  
vudo facit ad hoc, q. t. qn̄ aliquis vult seruire per substitutū.  
vel aliquem loco sui subrogare, dēt subrogare talem, qui  
sit æqualis conditionis in moribus, in scientia, & peritia  
Ita sing. dicit Bart. in l. 1. per illum tex. in f. C. de prep.  
agent in reb. li. 12. & propterea Doct. non p̄t subro-  
gare scholarem ad legendum, quamvis sit sufficiens, nec

## 770 LOC. A VI SVBROGATIONIS

miles tyronem, secundum eum, & idem uult Corset. in fin. 323. & est de mēte gl. quæ loquitur in scriptore, in l. stipulationes commodissimum, & ibi habetur per Ang. & Io. de Im. ff. de uerbo. obli. & habetur per eūdem Io. de Imo. in l. continuus. §. si ab eo, illo eo. tit. & idem est de mente gl. & Bart. in l. i. C. de mancip. & colo. patrim. li. 11. ubi et̄ dicit Bar. q̄ coloni, qui faciunt putare atbores, uel vineas, uel arare terras per ineruditos in cultura, si prædia ex hoc sint effecta deteriora. tenentur, quia imputatur eis, cur ineruditos miserunt ad culturam. De qua materia uide et̄ per Bar. & oēs in l. nemo est qui ne sciat, uerti, induco ad quætionem, ff. de duob. reis, & p Pan. & Can. in c. 1. de summa trin. & plenè per Io. And. in reg. qui facit per alium, de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & per Bal. in l. f. ff. de excus. tut. ubi ad præmissa dat li-

mitationem quandam,\* Nono † facit ad hoc, q̄ quemadmodum querela inofficii testamenti finitur quinquennio. l. si quis filium, in fin. C. de inoffi. testamento, ita & ius agendi ad supplementum legitimæ, quod succedit in locum querelæ, per dictam regulam. Subrogatum, &c. & ita not. Bart. in d. l. si quis filium, de quo articulo uide ibi latius per eum, & posteriores, & per Bald. in Auth. presbyteros, C. de episco. & cler. & plenissimè p Iason, & nouissimos in l. certi conditio, in prin. ff. si certū petat, ad quos remissiſſe sufficiat. Decimò facit ad hoc q̄ episcopus qui succedit in locum executoris à testatore deputati, eo intra annum, qui ad hoc dat à iure nō exequente ultimam uoluntatem defuncti, l. nulli, C. de epi. & cle. & capit. si heredes, de testam. cum sim. debet serequare formam datam à testatore executori per eum deputato. Ita not. dicit Bal. in l. f. in bona lectura, per illa tex. C. si manci. ita fuer. alie. ne manumit. & Corset. in sing. 71. & Doct. s̄ep̄ alibi. Undecimò facit ad hoc, q̄ licet patronus negligens præsentare intra tempus à iure præfixum, propter suam negligentiam perdat potestam præsentandi pro illa uice, & potestas conferendi, uel prouidēdi deuoluitur illa uice ad episcopū uel alii, c. cum proprie, de iure pat. & Cle. unica, cum sua singu.

glō,

## LOC. A VI SVBROGATIONIS. 771

gl. in verb. dispositionem, de supplen. negl. præla. iunctis no. per Pan. in c. 2. circa fi. de cncess. præben. tamen beneficium hoc casu non poterit per episcopum, vel alium, ad quem casu spectat dispositio, aliter conferri, quam ha beat tenor fundationis beneficij ita fin. dicit Io. de Imo. post Cald. in c. cum accessissent, de confi. & idem sentit ibi Pan. & clariss. Fel. & est ratio, quia subrogatum, &c. 8 Duodecimò facit ad hoc, † q̄ si certis ciuib⁹ datum sit arbitrium, vel facultas intra certum tempus eligendi iudices, seu (ut vocant) scabinos, dum tamen elegant de illo loco, quod tempore effluxo deuoluatnr potestas eligendi ad Baluum, vel Schultetum loci, aut ad præsidē prouinciæ: ciuib⁹ non eligentibus intra tempus præst⁹ xum, facultas eligendi deuoluetur ad Baluum, Schultetum, vel præsidem: qui tamen habebunt el gere de illo loco, quia ius eligendi deuoluitur ad eos cum eadē qualitate: ita sing. dicit Io. An. in reg. contra eum, de reg. iur. li. 6. in Merc. & vlt. Lud. Ro. in rep. l. si uero. §. de uiro in 20. fal. ff. sol. na. & idem Lud. Ro. in singulari 482. inc. pone quod arbitrium, &c. Et pro hoc optimè facit text. in d. Clem. vnica, & ibi uide Car. in 4. not. Decimotertio facit ad hoc, quod si facta fuerit electio per viam scrutini, & maior pars consenserit in certum, alijs autem debētes eligere neglexerint ius suum, superior ad quem deuoluitur ius eligendi debet eligere illum in quem major pars consensus, per dictam regulā, Subrogatum. Et in sing. dicit Io. And. in c. publicato, de electio. & sequit. Lud. Ro. loco prædicto, & Doct. frequenter alibi. Decimoquartò facit ad decisionem illius quotidianaæ questio nis. Ego habebam castrum in certo loco, & homines illius loci ex pacto tenebantur mihi custodire illud castrum. contingit quod illud castrum pp bellū suit penitus destrutū, ego feci edificari castrū non in eodem loco, sed prope illum, dubitatur, utrum illi homines mei renantur mihi custodire illud castrum de novo construtum? & post multa quæ allegari possent pro, & contra, fuit decisum, & conclusum, quod sic, ea potissimum ratione, quia subrogatum sapit naturam eius, in

Ccc 2 cuius

cuius locum subrogatur. Ita refert, & determinat Alb. de Ro. in l. si vslsfructus, in ff. ff. qb. mod. vsuf. am. & Iac. in lib. de homagio, circa quod in simili q. notat Bq. in l. si plures, C. de cond. inser. & idem Bal. in l. 3.\* C. de priu. sif. Decimoquinto facit ad hoc, t. q. tempus per statutum introductum ad appellationem prosequendā, & sic subrogatum in locum temporis à iure cōi præfixi, regulabitur sicut tempus à iure cōi præfixum instantie appellationis: & ergo in casibus, in quibus tempus à iure cōi præfixum nō currit, puta cum stat per Iudicem, vel cūm patres compromiserint, nō curret etiam tempus statuti: & in casibus in quibus currit tempus iuris communis, sed datur restitutio (quod quando contingit, videre poteris lucide per Io. de Imo. & alios in c. ex ratione, de app.) in eisdem casibus etiam curret tempus statuti, sed dabitur restitutio: & in casibus, in quibus currit tempus iuris cōmunis, & instantiæ cause appellationis simul, & cā mortificatur, in eisdem casibus etiam curret tempus statuti & mortificabitur instantia & causa, vt sic per omnia tempus statuti fungatur vice temporis iuris, in cuius locum subrogatur, per d. regulam, Subrogatum, &c. Ita sing. decidit Io. Ange. in addi. ad Spec. in in ti. de app. in S. nunc breuiter, in additione magna. Decimosexto facit ad hoc

to quod sicut t. tempus instantiæ cause principalis, puta triennij in ciuilibus, & biennij in criminalibus, l. properandum, in prin. C. de ind. & l. fin. C. vt intra cert. temp. crima. quæstio termi. non potest per pactum prorogari, cūm sit inductum ob utilitatem publicam vt tenet gl. Bar. Bal. Pau. de Cast. Salice. & Docto. in d. l. properandum, verbo triennij, & glof. in l. 2. in versic. sed si Index in verb. inhibita. ff. de iudic. Ita etiam tempus instantiæ restrictum per statutum ad duos vel tres menses, nō poterit per pactum prorogari, cūm tempus illud statutariū censeatur subrogatum in locum terri. ini iuris, quod prorogari non potest, vt dixi, & subrogatum debeat sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. Ita singu. decidit Io. de Imo. in l. 4. in princ. ff. de dam. infec. & sequitur Alex. in consil. suo 24. 4. vol. incip. redemptoris, &c. in.

spacio

*ADD. \**  
l. 3. Bald. 9  
in d. l. 3.  
videtur  
cōcludere  
contrariū  
eius quod  
hic dicit  
Euerad.  
Nō dicit  
q. si pōt  
effet mu-  
tatus, no-  
uns pōs  
non habe-  
ret iura  
pōtis, con-  
sidera.

spacio processu causæ vertentis, &c. circa fin. vbi recitat plures alios idem tenentes. & idem vult Bal. in extraua ganti de pace Constanti, in §. in causis, & Georgius Na ta in repet. Cle. sēpē, de ver. sig. In hoc tamen articulo pulchro & quotidiano aliter sentiunt Sali. Alexā. & Ia son in d. l. ptoperandum, & idem Alex. in l. 4. in principio, & nouissimē Feli. in c. penul. de iudicijs sed quis iustus induit arma, ex hincindē allegatis perpendere poteris: quare ad eos remississe sufficiat. Decimoquinto fa cit ad hoc, quod cum salario, quaē hodiē percipiunt aduocati à clientulis, subrogantur in locum eorum, que olim dabantur de publico, censeri debent eodem iure, & sic quasi castrense peculium, per dictam regulam, Subrogatum, &c. Ex quo sequitur, quod aduocati filii familias poterunt de dictis salarijs testari, & disponere ad libitum, ut olim poterant de salario publico: & ita singul. decidit gl. in l. fori, & ibi eam ad hoc notant, & valde cō mendant Bart. Bald. Alber. Salic. & Doct. C. de aduoca diuersor. iudicum: de quo articulo vide plenissimē per Alexand. de Imol. in consilio suo 2. 6. volum. Decimo octauo facit ad hoc, quod protestatio, quaē subsistente metu subrogatur in locum appellationis, c. si iustus metus de appellat. & l. 2. C. de his qui per metum ind. non appeti debet intra tempus, intra quod est appellandum, & sic intra decenniū. Ita singulariter dicunt Bald. Phil. Fran. Præpo. & alij in d. c. si iustus metus, per illum tex. quod no. Decimono facit ad hoc, q. ille qui emit gabellam à communi, & soluit communi de suo potest de bitores non soluentes capere, & eorum bona subhaftare & vendere, sicut poterat commune, vel fiscus, in cuius lo cum successit. text. est not. in l. creditor, in principio ibi Barto. & Pau. de Cast. notant. & valde exclamant. ff. de ac. emp. vbi vide, & in l. nemo carcerem, C. de exacto. tribu. lib. 10. Vigesimō facit ad hoc, q. reddituarij, vel receptores Cæsaris, qui soluent pro alijs quos nondum exec gerunt, possunt exigere debitores pro se eodem mō quo possent exigere pro Cæsare, scilicet capiendo personali, vel bona: nā cūm succedant in locū Cæsaris, vel fisci, vtrū

## 774 LOC. A VI SVBROGATIONIS.

tur eodem iure quo fiscus, postquam de suo soluerunt s.  
fco. Ita sing. determinat Io. de Plat. in l. missi opinatores,  
ver. ultimò no. ex fin. C. de exact. tribut. lib. 10. per text.  
in d.l. creditor, vbi etiam hoc vult Pau. de Cast. Vigef.  
11 moprīmō facit ad hoc, quod t̄ sicut reus tenetur fisco  
edere instrumentum contractus ad fundandum intentio  
nem suam super petitione gabellæ debitæ ratione cele  
brati contractus, l. nec quisquam. ff. de eden. ubi de hoc  
est tex. sing. secundum vnam leturam, ita etiam reus te  
netur edere instrumentum contractus emporibus ga  
bellarum, cùm succedant in locum fisci: & subrogatum  
sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, iuribus  
præal. Et ita sing. decidit Bal. in l. 1. §. editiones, circa fi  
ver. iuxta prædictā forma. ff. de eden. quod nota. Vigef.  
12 mosecundō facit ad hoc, t̄ q̄ sicut in prima instantia lo  
cum habet reconuentio nedium coram judice ordinario  
sed etiam coram judice delegato, c. 1. & 2. de mutuis pe  
ti. cum sim. ita etiam in secunda instantia, seu causa appell  
ationis, non regulariter, sed in certis casibus locum ha  
bet reconuentio, & illis casibus ratio est, quia ex quo in  
dex appellationis succedit loco indicis à quo, debet suc  
cedere cum omnibus appenditijs, & qualitatibus suis, vt  
sic subrogatum sapiat naturam eius in cuius locum sub  
rogatur. Ita sing. dicit Pan. in d.c. 1. ubi plenè hunc artic  
ulum quotidianum examinat, de quo tractatur etiam p  
Bar. Sal. & alios in Aut. & consequenter, C. de sent. & in  
terloc. omnium iud. & per Cy. & Doctor in l. per hanc,  
C. de temp. appell. & sapè alibi. Vigefimotertiō facit ad  
hoc, q̄ sicut accusationes criminales regulariter non du  
rant, nisi 20. annis, vt est tex. sing. in l. querela, cum ibi no  
tatis per gloss. in verb. sicut cætera. C. de fal. Ita nec offi  
cium indicis ad inqui. endum de delicto debebit durare  
ultra 20. annos, quia inquisitio, quæ sit officio indicis,  
succedit loco accusationis deficientis, l. rescripto. §. si  
quis accusatorem non habet. ff. de mu. & hon. &c. qualit  
er, & quando 2. vbi no tex. ad hoc de accus. ergo debet  
sapere naturam accusationis, in cuius locum subrogatur,  
iurib. præal. & ita exprefse. decidunt Bar. Sal. & Doctor. in  
d.l.

## LOC. A VI SVBROGATIONIS. 775

d.l. querela. Contrarium tamen in hoc pulchro, & quo  
tidiano articulo tenet gl. per verbum fortè, in d.l. quere  
la, dicens, quod licet accusatio de crimen duret solum  
20. annis regulariter, officium tamen Indicis durat 30. an  
nis, & idem est de mente gl. in l. sicut, super verbo perse  
cutione, C. de præscr. 30. vel 40. ann. & sequitur utrobi  
que Ang. egregie hoc ipsum examinans: ad quem re  
misisse sufficiat. Vigefimoquarto facit ad hoc t̄ q̄ sicut  
Index extra suum territorium non potest suam fenten  
tiam mandare executioni, l. cum unus §. pen. ff. de bon.  
aut. iud. posli. & vulga. l. extra territorium. ff. de iurisdi  
om. iudi. Ita nec pars poterit propria auctoritate capere  
debitorem suum fugituum extra prouinciam, quia non  
debet plus posse pars, cuius ministerium succedit in lo  
cum officij iudicis deficiente iudice, quam poslit ipse lu  
dex, cùm subrogatum, & c. licet hoc poslet intra prouin  
ciam, q̄ā iudicis deest copia, l. ait prætor. §. si debitorem,  
ff. que in frau. cre. & in l. 1. ibi, intra prouinciam, & ibi  
Ange. C. vbi quis de curiali, vel cohori. hoc tñ limitat ibi  
Ang. nisi creditor de sua prouincia continuo insequedo  
debitorem fugituum in alieno territorio eum capereta  
tal. n. captura tener, & propter continuationem vñ ca  
pris in loco vnde incepit fugere, & in eum, per tex. no. in  
l. quod ait lex in fi. iuncta l. nec in ea. §. ius occidendi. ff.  
ad leg. Iul. de adult. cum alijs illic per eum alleg. Cui co  
sonat, q̄ per d.l. quod ait lex. §. si. decidir Sal. in l. Grac  
chus, C. de adul. vbi dicit, q̄ maritus, vel pater occidens  
adulterum extra domum dummodo eundem in domo  
deprehensum incontinenti extra domū inequitus occi  
dat, impunè hoc facit. & idem vult Ang. loco prædicto  
in capto extra territoriū, sed quoad captum exita terri  
toriū, seu districtum, contrariorum tener idem Ang. in d.l.  
qđ ait lex, circa fi. & Io. And. in ad di. ad Spec. in tit. de ac  
cus. par. 3. §. sequitur videre, in magna additione, in ver.  
elegans Oldradi q̄stio se offert, plusib. cōfirmās medijs.  
& hoc credo verius, qđ memori teneas mente, q. a vidi  
in casu de facto occurrente magnā de hoc controvēsiā.  
14 Et facilis t̄ est ratiō ad d.l. quod ait lex. §. h. quia debet

776 LOC. A VI SVBROGATIONIS.  
intelligi sine iuris praedium alieni, & ita etiam reperio  
velle Iacob.in dicto suo singulari libello de homagio,cir  
ca finem.Idem etiam vult Angel.de Are.tractatu suo ma  
leficiorum,in verbo fama publica precedente,in mate  
ria capture in 6.q.& ibi uide optimam apostillam.Idem  
etiam vult Preposi. post Bal.in c.1. §.si Index , in tit.de  
pac.tenen. & eius violat. in usib.feudo. & plures alij in  
locis per eum commemoratis. Vigesimoquinto facit ad  
hoc,quod quemadmodum damnato in metallum , de  
portato,fratribus minoribus, & similibus personis relin  
qui possunt alimēta, & pro huiusmodi legaris alimento  
rum competant actiones,l.3.in princ.i contrario sensu,  
ff.de his quæ pro non scrip.haben.l.legatum,et ibi not.  
per gl.Bar.& Doct.ff.de cap.dimī.& l.quidam , cum ibi  
nota.per Alb.de Ros.verfi.vtrum conuentus,ff.de poen.  
Ita etiam præfatis personis carceratis .competit actio in  
factum & actio iniuriarum contra impedientes ipsis ad  
ministrari alimenta.de hoc est tex.singu.secundum unū  
intellectum,in l.si uictum,ff.de re iudi. & ratio est, quia  
cum istæ actiones iniuriarum & in factum succedant in  
locum actionis competentis pro alimentis, debet sequi  
eius naturam,per dictam regulam,Subrogatum,&c.& ita  
singula.reperio uelle Bartol.Angel.& Ioan.de Imo,qui  
cæteris clariu loquitur,in d.l.si uictum.Vigesimo exd  
15 facit ad hoc, qd actio personalis,que regulariter durat  
30.annis,l.sicut,C.de præscri. 30.uel 40.annor.si succe  
dat loco rei uendicationis, cui præscribitur in re mobili  
triennio, Insti.de usucap. in prin.durabit solū trien  
nio.Ita sing.reperio uelle Pau.de Cast in casu quotidie  
no,in l.sequitur,§.fructus,ff.de usucapio. & pro hoc ad  
duco tibi glo.Bart. Sali. & Doct.in d.l. certi conditio  
& notata per gl.Bar. Bal.& Docto. in l.3.C.de his quæ  
ui metusne , in quantum dicunt, qd actio personalis in rē  
scripta,qualis est actio,quod metus causa , tollitur præ  
scriptione longi temporis,sicut actio realis. Vigesimose  
ptim facit ad decisionē illius quotidiane quæstionis:  
Maritus legauit uxori omne frumentum,quod habet in  
suo granario,superuixit, & frumentum illud consumpsit,  
deinde

LOC. A VI SVBROGATIONIS. 777  
deinde in eodem loco reposuit aliud frumentum, & mo  
ritur superflite uxore, queritur an illud debeatur uxo  
ri: & eadem quæstio potest fieri de uestibus: in qua quæ  
stione quotidiana licet multa allegari possent pro & co  
tra, communis tamen cōclusio est, qd debetur.\* Ita.not.  
dicunt Iac.de Arena,Bar.Bal.Ang.Alb.de Ros.Pau.de ADD.  
Cast. & Doct.in l.si seruus legatus,§.qui quinque. ff de \*Debet .  
leg.1.per dictam reg.Subrogatum,&c.& sequitur Soci. Limitanō  
in d.l.filia. §.si per illum tex. qui ad hoc est notabilis, & p̄rcede  
ibi etiam vult Pau.de Cas. Vigesimo octauo facit re in casu  
ad hoc,quod si monasterium aliquod sit priuilegiati in l.uxorem  
hoc,quod tēpore interdicti Abbas & conuētus possint §.sorori.  
familiares suos admittere ad diuina , poterunt uirtute ff. & leg.3  
eiudem priuilegij admittere etiam familiares post da  
tam priuilegij in loci defientium uel recendentium re  
ceptos,per dictam regulam,Subrogatum, &c. & ita sin  
gu decidit Io.And.in regula,qui sentit, de regulis iuris,  
lib.6.in Mercuria: de quo uide ibi latius per eum. Vige  
simononō facit ad hoc, qd sicut soluto principali debito  
seu sorte, peti non possunt usurare,l.fina.& l.centum Ca  
pus,ff.de eo quod certo loco, & l.4.C.depo.ita ēt for  
16 te † soluta peti non poterit interesse lucri cessantis,qd  
de iure canonico subrogatur in locum usurarum,ca.com  
queftus,cum ibi notaris per gl.& Docto.de usur.Ita sin  
gulariter notat Matheſ.in not. 91. quem omnino uide.  
Trigesimò facit ad decisionem illius pulchræ & quoti  
dianæ quæstionis, An nepos præferatur patruo in regno,  
præsupposita consuetudine , qd filius primogenitus ex  
cludat secundo genitum in regno,ducatu,uel comitatu:  
de qua quæstione quotidiana uide plenē per Franciſ.  
de Aretio,in consil.164. incip.magnifici & excelsi. per  
Pau.de Cast.in consil.161.in antiquis,inci.in Christi no  
mine aenē,in præsenti cā , &c. & per Pau.de Cast.Iaf.  
& alios in l.maximum nitiam.C. de lib. præte.per Bal.  
in l.cum antiquiorib.C.de iure delib.per Pan.& Cano.  
in c.licer , de uoto.& plenissime per Soc.in consil.252.in  
part.& i locis per eum commemoratis, ubi reperies ad fa  
tietatē.Trigesimoprimò facit ad hoc, qd licer rei uēdica  
tio,quæ

778 LOC. A VI SVBROGATIONIS  
tio, quæ datur contra eum, qui dolo desij possidere, se-  
cundum unam opinionem, sit prætoria; nihilominus ta-  
men est perpetua, quia est subrogata in locum actionis  
ciuilis & perpetuae, & subrogatum, &c. de quo vide ple-  
nè per Io. Fab. Ang. & Ias. in §. sed iste, Instit. de actio.

17. Trigesimosecundò facit ad hoc, t̄ quod præscriptio de  
cénalis in multis locis per statuta inducta loco præscri-  
ptionis 30. annorum, quæ de iure regulariter competit  
contra actiones personales, d.l.sicut, per litis contestatio-  
nem interrū pitur, sicut præscriptio 30. anno. & (quod  
fortius est,) actio quæ per statutum huiusmodi non erat  
perpetua, p̄ huiusmodi litis cōtestationem perpetuatur  
in 40. ann. l.f. C. de præscr. 30. vel 40. an. & l. i. §. 1. in f.  
C. de an. excep. quia brevior præscriptio subrogata in  
locum maioris præscriptionis sapit eandem naturam. Ita  
sing. vult Bal. in l.f. in 3. no. C. de tépor. in integ. restit.  
peten. & idem Bal. in contractibus, in vers. not. ibi, bien-  
num, C. de non nu. p̄c. & clarius Ias. in §. p̄cnales, Insti-  
tut. de act. quod tenet menti. Trigesimoquarto istud facit  
18. ad hoc, t̄ quod sicut re dotali extante maritus nō gau-  
det priuilegio, vt non teneatur vltra quam facere po-  
teft, vt est cōclusio Bar. & Doct. in l. maritum. ff. solu. ma-  
tri. Ita nec quādo ex pecunia, vel redotali alia res acqui-  
sita extat: vt est tex. vbi vtrūq; probatur, in l. vxor mari-  
to. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in l. si cum dotem. §. fi-  
nal. in fine, ff. soluto matrimon. & volunt Angel. Iason,  
& Docto. in §. item si de dote, Institu. de actio. & Ale-  
xand. de Imol. in d.l. maritum, in versi. decimo fallit, vbi  
plenissimè materiam huius priuilegij examinat, & Do-  
ctor. frequenter alibi. Cuius potest assignari ratio, quia  
subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subroga-  
tur, iurib. præalle. Trigesimoquarto istud facit ad hoc,  
19. t̄ quod electus in Imperatorē, ante coronationē suā  
possit legitimare & priuilegia concedere: cū enim Impe-  
rator hodiè eligatur à certis principibus, iuxta not. per  
gl. in c. ad apostolicę, in verb. illi autem, in fine, de reiu-  
dicata, lib. 6. vice & loco populi, cuiusdem potestatis & vi-  
goris esse debet electio facta per dictos principes cuius

erat ele-

LOC. A VI SVBROGATIONIS. 779

erat electio olim facta à populo: sed electio à populo p̄  
legem Regiam \* omne ius, omnisiq; potestas olim com-  
petit, lege prima, in princip. ff. de constitut. princip. ergo  
eriam electo à dictis principibus omne ius, & omnis po-  
testas hodiè competit ante coronatiōem per dictā regu-  
lam, Subrogatum, &c. & ita concludit notabiliter Cyn.  
post Iacobū de Arena, in l. benē à Zenone, C. de quad. p̄  
script. & ibi latè etiam de hoc habetur p̄ Alber. de Rol.  
de quo articulo quotidiano vide etiā glo. singularem in  
Clem. vn. de iure iur. in verbo Regem. Trigesimoquin-  
to istud facit ad hoc, quod licet beatus Matthias ab ini-  
tio non fuerit de numero 12. Apostolorū per Christū  
electorum, Matthæi 10. quia tamē postea post mortem  
Christi ex inspiratione succedit in locū Iudeæ Ischario-  
tis, Act. i. i. f. vigilia eius sicut & vigilie aliorum Apo-  
stolorum debet ieiunari, c. i. de obfer. ieiunio. & ibi per  
dictam regulam, subrogatum, ita cōcludit Pan. & sentit  
ante eum Car. quod no. Posset & ad multa alia induci  
hic locus à ni subrogatiōis, sed predicta pro inueniibus  
abūdē sufficiunt. Hoc tñ volo te scire, quod dicta regu-  
la Subrogatum, &c. t̄ iuter alia limitatur singulariter  
procedere, quoad naturam primordialē, sed non proce-  
dit quoad natutam accidentalem, exempli gratia, Actio  
legis Aquilæ de sui nā datur ad simplum lui nā datur  
ad simplum, propter inficiationem autem accidentaliter  
crescit in duplum, l. contra negantem, C. ad leg. Aquil.  
Certè hanc naturam incrementi, quæ accidentaliter fu-  
peruenit, nō sapit actio subrogata, in locū actionis legis  
Aquilæ, quia illud incrementum nō inest actioni legis  
Aquilæ ex sua primordiali nā: ita sing. dicit gl. in d.l. cer-  
ti cōdictio, i. verb. ex omnī cā, circa f. & ibi Bar. Sali. Ale.  
& Doct. eam multū extollit: illam gl. ēt dicit esse sin-  
gularē Bal. in d.l. vn. §. 1. C. de rei vxo. act. & Ias. in d.S.  
fuerat, & in §. actionū, Inst. de actio. & Doe. s̄pē alibi. &  
pro ea est bonus tex. in l. itē veniunt, §. cū prediximus,  
ff. de pet. hæred. qđ est summè notandum, quia est in fre-  
quenti & quotidiano vñ, secundū Sali. in c. l. certi cōdi-  
ctio, ubi post Bar. ex hoc infert ad decisionē quotidiane  
q. Ad

A D D.  
\*Regiam  
Alci. in  
l.bona. ff.  
d verbo.  
signi. le-  
git, Rhē  
ni.am. In  
P and. sa  
mē Flot.  
legit Re  
gia.

## 780 LOC. A VI SVBROGATIONIS.

q. Ad quē, & alios illic Scribentes remisisse sufficiat: vi. de tamen omnino circa prēmissa Zas. in lib. i. sing. Resp. c. 24. vbi disputat, cur actio hæreditaria serui corrupti in duplū, & legis Aquilie in simplum, in petitione hæredi tatis ueniat, rō noua. Secundò dīcta regula limitatur nō procedere, quando aliquid subrogatur loco alterius, sed non per omnia: & hinc est, q. à iudice ad ius super reductione arbitramenti ad arbitrium boni uiri pōt appellari, licet ab arbitratore non posset appellari, quia cū talis Iudex non subrogetur per omnia loco arbitratoris, non est mirum si in aliquo discrepet à natura arbitratoris: ita sing. decidunt Ant. de But. & Io. de Imo. in d. c. Quintauallis, & Rap. Cum. Pau. de Cast. & Io. de Imo. & Alex. post alios per ipsos relatos, in l. i. ff. de leg. 2. quod declara, ut ibi per eos: & hoc tene, quicquid dicat ibi Bart. in fi. & Io. And. in add. ad Spec. in ti. de appell. §. in quibus, in uersi. quid si conuenit inter partes, & Pan. in d. cap. Quintauallis, & Docto. alibi. Illud etiam nolo te ignorare, q. absens, necessariò etiam illa absentia causetur ex delicto, pōt per substitutum explicare actum. textus est no. in l. de pollicitationib. ff. de polli. quē tex. ad hoc no. Lud. Ro. sing. 76. Illud èt non est obliuioni tradendū, q. exercens artē per substitutū, nō gaudet priuilegio artis tex. est sing. in d. l. fi. i. prin. ff. de excu. tu. quē tex. ad hoc no. Lud. Ro. sing. 66. ex quib⁹ facile instrui poteris, an & qn̄ actio, persona, uel res, loco alterius actionis, psonæ, uel rei subrogata, illius naturam assumat, & quando nō.

## LOC. A. VI FICTIONIS.

2. Due fictiones non possunt concurrere circa idem, fallit nam. 3.
2. Dominium ex quasi traditione an transferatur.
4. Fictionis natura que.
5. Fiction, & presumpcio iuris differunt, & in quibus.
6. Fictionis tam a canone quam à lege reperitur in decem pradisamentis Aristotelis, usque ad finem.

Nunc

## LOC. A VI FICTIONIS. 781

**N**unc subiectemus locum à vi fictionis, à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens, & utile: & formatur dupliciter. Vno modo sic. † Duæ fictiones non possunt concurrere circa idem, tex. est notab. in d. l. si verò non remunerandi, §. i. in ver. planè, secundū intellectum Guil. de Cun. ff. mandati, & bonus tex. iungit. Anglo. l. si quis rem, in prin. ff. de pollicita. iuncta. fin. C. de sacro eccl. qui tex. inducuntur hoc modo, ex solo contractu absque traditione iure speciali transfertur dominium in ecclesiam, & in rempublicam in quatuor casibus, de quibus in d. l. ff. Et licet ex sola pollicitatione q. s. personaliter obligetur reipubl. uel ecclesiae, non tamen transfertur dominium in rempubl. uel ecclesiam ex sola pollicitatione, d. l. si quis rem, in princ. iuncta gloss. in verb. non efficitur, & hoc ideo, ne duæ fictiones concurrant circa idem, s. & ex sola pollicitatione quis teneatur & q. transferatur dominium sine traditione, quod esse non debet secundum Barto ibi. Hinc not. dicit Guiliel. de Cun. in l. ab emptione, ff. de paſt. quod si ego uendidi procuratori tuo fundum, & constitui me possidere no \*Conſtitutio mine illius, uel conduxi ab eo, aut reseruaui mili uolumen. Quæ fructus ex hoc non transfertur dominium nec possessio fit uis, et in te. Nam q. per constitutum, \*precarium, reservationē poteſtas vniuersitatis, uel per actū conductionis, transferatur posſit, & dominium, est per fictionē, quia censetur facta tū, & qui traditio, l. quædam mulier, ff. de rei uend. l. quod meo, busmodis ff. de acq. poss. & l. quisquis, C. de don. iunctis eleganter limite ur not. per gloss. sing. & Pan. in c. 2. de consue. & no. per gl. regula, p. fin. Bar. & omnes in d. l. ab emptione. Si ergo ista est facta traditio, ergo non recepit aliam fictionem, quia fictionis tum transfiguratio esse non potest, sicut nec seruitus seruitutis, l. j. fertur posſit, de vſuf. leg. & faciunt not. per gl. & Doct. in l. quāuis, ſeffo, do. §. i. ff. de acq. poss. Secus est secundum Guil. quando p. et A. Ti curatori fit realis traditio, nam tunc benè acquirit dñō raquel. in dñium, & possessio, l. i. cū ibi nota, C. p. quas p. no. acq. tractare cum ſi. & ifidū dictū Guil. sequuntur Ang. & Alber. de de iure Ref. in d. l. ab emptione, & idē Ang. in l. i. §. p. procura torē, ff. de acq. poss. & Cy. in d. l. si verò non remunerā possit.

AD D. \*Conſtitutio  
fructus fit uis, et  
in te. Nam q. per constitutum, \*precarium, reservationē poteſtas  
vniuersitatis, uel per actū conductionis, transferatur posſit,  
& dominium, est per fictionē, quia censetur facta tū, & qui  
traditio, l. quædam mulier, ff. de rei uend. l. quod meo, busmodis  
ff. de acq. poss. & l. quisquis, C. de don. iunctis eleganter limite ur  
net Ias. in d.l. 1. reperio uelle Raph. Fulg. in consl. 119. in  
cip. proponitur, quod Fede. &c. ubi sing. dicit, quod su  
per te, transactio, uel iure iurando decisio, & super eo  
de quo constat per intrumentum publicum, trāfigi po  
test, cum hoc nusquam reperiatur prohibitum, secundū  
eum: quod nota. de hac materia est uidere poteris factis  
latè per Al. ex. de Im. in d.l. si causa cognita, & per Bart.  
Sal. & Doct. in l. eleganter. §. 1. ff. de conduct. ind. Hoc  
autem nolo te ignorare, t; q; si consequens est generalius  
antecedente, & necessario sequitur ad antecedens tunc la  
cer argm à concessione antecedentis, ad concessionem  
consequentis sit necessariū (ut si homo est, animal est, sed  
homo est, ergo animal est) tamen hoc casu ecouerso à  
concessione consequentis ad concessionem antecedentis  
affirmatiū, non ualeat argumentatio, ut in exemplo  
supradicto, non ualeat consequentia, animal est, ergo ho  
mo est, licet bene ualat negatiū, non est animal, ergo  
non est homo. nec est hoc casu ualeat argumentatio à de  
structione antecedentis ad destructionem consequentis,  
non enim ualeat consequentia, non est homo, ergo non

Ecc. 2. est ani

804 LOC. A CONCES. CONS.&c.  
est animal, quia pot est esse animus: vt dixi suprā in loco à generē ad speciem; & in loco à specie ad genus: sed vbi cō sequens non est generalius antecedēte, neq; necessariō sequitur ad antecedens, sed frequēter, & vt plurimū, tunc certè à concessione consequentis ad concessionem antecedentis valet argumentatio affirmatiō, vt exempli gratia, mulierē parere prolem, frequeuter & ut plurimū. Icquitur ad cōcubitū cum masculo: vndē benē sequitur, mulier peperit, ergo cū masculo concubuit, naturaliter videlicet loquendo: nā in beata virgine Maria miraculose aliter evenit, Matth. & Luce 1. & Esaī 7. A concessione aut̄ antecedentis ad concessionem consequentis hoc casu non ualeat argumentatio. Non. n. sequitur, mulier cō cubuit, ergo concepit vel peperit, & hoc casu à destructione antecedentis ad destructionē consequentis benē procedit argumentatio negatiō, ut, non cōcubuit, ergo nec peperit. A destructione aut̄ consequentis ad destructionē antecedentis hoc casu non procedit argumentatio, non. n. sequitur, nō peperit, ergo non concubuit. Quando aut̄ consequens est generalius antecedente & necessariō se quiritur ad antecedens, tunc (ut dixi suprā) benē procedit argumentatio à destructione consequentis ad destructionem antecedentis, sed non contra: cui adstipulatur Io. de Pla. in l. 1. uer. itē no. hic gl. C. de delat. li. 10. qđ nota, & uide quod dixi suprā loco proximio, & quod dicam infra in duobus locis sequentibus.

LOC. A DESTR V. ANT ECE  
dentis, ad destructionem consequentis.

I Argumentum à destructione antecedentis ad destructionē cō sequentis quando procedat.

Hnc quoq; locum à destructione antecedentis ad destructionem consequentis, seu ab antecedēti destruēto, ponit Bal. in l. conuenticula, C. de epis. & cler. licet uideatur corruptus. Atq; eo utitur idē Bal. in l. 1. 5. opp. C. de fideic. & idem in l. 1. C. de iu. aur. an. c. 1. & in c. 1. §. & quia uidimus, qui feu. da. pol. fundatur aut̄ hic loc

... " "

LOC. A DESTR V. ANT ECE. 805  
in l. & quia, in uer. idē oq; & ibi Albe. de Ros. not. ff. de iurisd. om. iud. & i. l. 1. §. huius rei. ff. d. offi. eins cui mād. est iurisd. quem tex. ad hoc extendit Bald in d. §. & quia uidimus, & Nicol. de Vbal. in tract. succēs. ab intest. Argumentum tamen, quod ex hoc loco sumitur, nā uide tur procedere, l. quidam tabularum, in princ ff. de fur. & ibi hoc notat gl. in uerb. non eset. Evidē hunc locū in catalogo locorum legalium non posuissim, nisi rep̄ issem Bal. Alb. & Nic. de Vbal. in locis præal. cum pone re, & gl. & Præpos. de eo facere mentionem in c. Ephes. in nerb. mundus 44. dist. Ne tamen h̄ec uarietas & discrepantia opinionum in limine occurrens, quempiā offendat, & à prosequendo retrahat, cogitau pro cōcordia posse dici, aliud eē locū, aliud argm, ut suprā in p̄mo euidentiali d. xi. & t̄ argm à destructione antecedētis ad destructionem consequentis, tunc demum procedere, quando consequens sequitur ad antecedens frequenter & ut plurimum, non autem necessario, ut declarau suprā loco proximo, uel quando termini sunt conuertibiles, quod ut lucidē petcipias, declarandum duxi per exempla. Ecco in primis, uisitatio & procuratio sunt conuertibilia, & habet se uisitatio ad procurationem ut antecedens, procuratio uero ad uisitationem, ut consequens. Modo uides, quod facta uisitatione, debetur uisitanti procuratio. destrue nūc antecedens, & pone nō factam esse uisitationem, & nō debebitur procuratio. item sicut tertius contra ep̄m prescribere potest uisitationem, ut s. per eum, & non per ep̄m uisitetur alias subditri ep̄i: ita etiam prescribere poterit procurationē: quod si non sit prescripta uisitatio, nec etiam censemur prescripta procuratio: & quemadmodum subditus non prescribit contra uisitationem quā ep̄s su⁹ ordinarius facere possit & uellet nec audit hoc allegās, nisi articulet de aliquo p̄ato, qui hāc uisitatio nē in eo præscripta sit. ita nec prescribit contra procurationē, ut hęc omnia habetur in cauditus, in c. cum olim & in c. cum non licet, de prescr. & ibi Panor. in uerific. uenio ad tertią & ultimā partē gl. & habetur per dom.

Eee 3 Rot.

Rot. in decisi. 243. in nouis, incipit decanus, & in c. cum personæ, de priuilib. & in c. cum ex officijs. de prescr. ubi non minus eleganter quæ uere dicit Pan. quod quando antecedens seu principale est imprescriptibile, tunc etiam consequens, accessorium, uel connexum non potest præscribi. Item cape aliud ex eplum. habere iurisditionem, & compellere seu restringere, sunt conuertibilias. I. ff. de iurisd. om. iud. & c. 2. §. fin. de const. li. 6. cum si. & haber se iurisdictionem ad costringere ut antecedens, costringere uero ad iurisdictionem ut consequens. Vides autem, quod Archiepiscopus in casibus in quibus habet iurisdictionem in subditos suffraganei, potest compellere & costringere eos ad suscipiendum delegationem, & uice uersa antecedenti destructo in casib. scilicet in quibus non habet iurisdictionem, (prout regulariter contingit) non potest eos costringere seu compellere: ut est text. in c. pastoralis, in pr. iuncta no. gl. in uer. nullam habet potestatem, de ord. est & aliud exemplu in d.l. & quia, in uer. l. ideoq. Nec me mouet contraria decisio gl. in l. cum qui, in pri. ff. de publ. vbi glossa loquens in conuertibilibus, ut sunt usucapio, & publiciana, d.l. enm qui in prin. & §. in hac actione, iuncta glo. & l. traditionem, illo eo. tit. quo dicit non tenere locum ab antecedenti destructo, & allegat l. cum sponsus. §. in vectigalibus, illo eo. tit. ubi clare habetur, quæ fundi vectigales non usuca piuntur & tamen in eis habet locum publiciana. Ad hoc enim dico, q. glo. decipitur per fallaciam amphibologiz, cum aliter & aliter ibi capiatur fundus vectigalis, ut bene declarant ibi Bar. Bal. Ange. & Docto. qui dicunt illum tex. in quantum vult cœsiare usucaptionem in fundis vectigalibus, intelligi debere quod ad directum dominii, & quod sequitur in eis locum habere publicianam, hoc intelligi debere quod ad utile dominium: & idem vult ibi gl. in uerbo non possint ad si. & DD. in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de dam. in se. & Ias. in §. sed istæ Inst. de acta ad qd est bene faciut no. per Pa. de Ca. in l. nūq. ff. de usu cap. & sic dicta obiectio nō obstat, & remanet vera conclusio supradicta, q. argumētū, ab antecedenti destructo, procedit,

LOC. A DESTRV. ANTEC. &c. 307  
 dit, quæ termini sunt conuertibiles, vel quæ consequēs frequenter, & vt plurimū, non autem necessariò sequitur ad antecedens: alias secūs, & sic debet intelligi glo. in d. l. quidam tabularum, neque enim aliter intelligi debet, q. secundum illum tex. ad quem se refert, iuxta singul. not. per Bar. in l. non solum, §. si liberationis verba, ff. de lib. leg. quod nota, quia posses faciliciter decipi, si non penderes. Si aut ampliare volueris hanc materiam, & plenè intelligere, quando destructo antecedēti seu principali, destruatur consequens seu accessorium: videre poteris distinctionem, quam ponit Bal. in l. non dubiu, in 13. opp. C. de leg. Item distinctionem ponit idem Bal. post Pet. & Cy. in l. 2. circa, ff. ff. de iuris. om. iud. item distinctionem, quam ponit Dy. in reg. cum quid prohibetur, & in reg. accessorium, de reg. iu. lib. 6. cum his quæ ibi addunt Phil. Fran. & Io. An. in Merc. Item distinctionem, quam ponit Cy. in l. intelligere, C. de lui. pig. Item ea quæ magistraliter not. Pet. de Anch. in rep. d. regulz. accessorium, maximè in 2. 3. & 8. oppos. & in 2. 3. 4. & 5. questionib. item poteris adhibere distinctionem, quæ in illo articulo, an vitiato expresso vitietur tacitum, ponit Cy. in Auth. ingressi, C. de sacro. eccl. & Bar. Bald. & DD. in l. si fideiussor, in prin. ff. de leg. 1. & Salicet. in l. 1. §. quib. mod. pig. uel hypoth. soluitur, quæ uelut digno indicasse sufficiat. Vide etiam, (si libet, ) quod dicam infra loco proximo, & quod dixi supra in duobus locis præcedentibus, & in loco ab expresso ad tacitum.

#### LOC. A DESTRVCTIONE CONSEQUENTIS AD DESTRUCTIONEM ANTECEDENTIS.

1. Consequenti destructio destruitur antecedens, & quando procedat num. 2.
2. Prohibitione aliquo prohibentur omne id per quod pervenient ad illud, & quando procedat uu. 4.
3. Extensio consequentis ad antecedens uenit per interpretationem extensiam.

- 6 Dispositio de certa solennitate seruanda in aliquo actu, impunita tacitam prohibitionem ne aliter fiat, & annulationem actus si non intervenit solemnitas.
- 7 Prohibito per verba affirmativa.

**A** Destruktione vero cōsequentis ad destrucionem antecedentis, seu à consequenti destructo, ducitur argumentum forte, frequens, & utile, quod quidem formatur duplamente, ad duplicem effectum, uno modo sic destructo consequenti, t̄ in quo stat ratio antecedentis, destruitur antecedens, tex. est not. in l. 2. §. mutui datio, & ibi notatur per glo. in verb. in creditum, ff. si cert. petat. Item bonus tex. in l. apud antiquos, & ibi tangitur per Cyn. & Alber. de Rosate, C. de furtis, & tex. in cap. & si Christus, circa medium, & ibi Cardi. de iure iurā. & optimus tex. in c. solita, & ibi Card. & Io. de Im. notant de maior. & obediens. & tex. peculiaris, in c. tuz., & ibi Praepo. notat de sponsal. item pulcher tex. iuncta glo. in l. 1. & ibi Ioan. de Platea notat, C. de latronibus, libr. 10. & faciunt notata per gl. Bar. Bal. Cy. Pau. de Cast. & Doct. in l. non videtur, C. de in integ. restit. Huius etiam loci meminit Bal. in l. conuenticula, C. de episcopis, & clericis, & eo vtitur idem Card. in c. ex publico, de conuer. coniug. & Doctores sēpè alibi. Sicut enim ad remotionē generis sequitur remoto speciei, ut dixi supra in loco à genere ad speciem, & sicut destructo principali, destruitur accessorium, l. cum principalis, ff. de regulis iuris, & perditio principali, perditur accessorium, l. Labeo, prout ibi habetur litera assūtmatiu, ff. quemad. serui. amit. & l. si cui, ff. de fun. in fr. & quemadmodū destructa seu correcta ratione legis, censeretur è correcta lex, ut dixi late supra in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extēsionē ipsius legis, in primo casu principali. Ita è destructo consequenti, destruitur antecedens, iuribus p. alle. Posset t̄ autem hāc argumentatio tunc demun, qn̄ consequens sequitur necessariò ad antecedens, quando uero consequens non sequitur necessariò ad antecedens

tunc

tunc non procedit hāc argumentatio: ut uult Ioan. de Plat. in d.l. 1. per gl. in l. quidam tabularum, in princ. ff. de fur. quam sic intelligit. Illa gloss. tamen non loquitur de arguento à destructione cōsequentis ad destrucionem antecedentis, sed de arguento à destructione antecedentis ad destructionem consequentis, de quo dixi suprà loco proximo. Dictum tamē Ioan. de Platea est uerum, circa quod uide quod dixi suprà in loco à cōcessione consequentis ad concessionem antecedentis. 3 Secundò argu. ex hoc loco potest formari aliter sic. t̄ cū prohibetur certū quid, uidetur è interdictum, & prohibiti omne illud, per qd̄ peruenit ad illud; tex. est no. in c. nam concupiscentiam, de const. & in §. quia tñ, Insti. vi bon. rap. & tex. familiaris, in l. oratio. ff. de spōs. ubi habetur, q̄ prohibito matrimonio prohibentur è sponsalia per quæ peruenit ad matrimonium; & tex. claras in reg. cum quid prohibetur, de regu. iuris, libro 6. quod est uerum etiam si illud alias esset bonum, c. denique, 2 r. dist. & c. cūm Adrianus, 63. dist. cūm utrobique no. inde procedit, qud̄ prohibita per statutum alienatione sine certa solennitate, censeretur etiam tacitè prohibitus contractus, ut no. dicit Pau. de Cast. in l. si vnuus, per illum tex. ff. de serui. rust. præd. iuncta l. si ad resoluendam, C. de prædijs mino. & idem Pau. de Castr. in l. non dubium, C. de legib. & Bar. & Pau. de Castr. in l. cū lex, ff. de fideiuss. & Io. de Imo. in rep. c. cūm contingat, in 8. casu prin. de iure iuri. Et qui non post alienare, nō p̄t etiam promittere de alienando, ut uult Bal. in l. fi. C. ad leg. Falci. & sequitur Ias. in l. 2. ff. de iuris. om. iud. circa fi. Non tamen incurritur poena ex contractu, quæ incurritur ex alienatione, ut uideri potest in alienatione feudi secuta reali traditione, quæ est necessaria ad incursionē poenē priuationis feudi, secundum Bal. in c. 1. §. aut si libellario, in tit. quibus mod. feu. amit. & Alua. in c. 1. §. fi. in ti. quæ fuit prima causa benefic. amit. & Alex. in cons. 25. uol. & est ratio, quia tunc propriè dicitur alienatum, & non prius, l. alienatū, ff. de verb. sg. Hinc è est, quod si ille cui prohibet matrimonium, faciat aliquid de pre- anubilis

ambulis per quæ peruenit ad illud, puta contrahit spō  
falia, nō propterā incurrit poenam statuti, uel disposi-  
tionis poenalis prohibentis cōsequens, licet posset alias  
puniti extra ordinem arbitrio iudicis: ita dicit gl. singu-  
in Clem.vn.super uerb. contrahere, quam multū ibi  
commendant DD.de consang. & affi. & sequitur l.s. in

4 d.2. Ne tamen decipiaris, volo te scire, q̄ dicta t̄ regula  
cum quid prohibetur, uidetur ēt prohibitum illud p̄ q̄  
peruenit ad illud, non est sēmper, & indistincte uera,  
sed dēs distinguere, prout magistraliter distinguit Cyn.  
in l.vn.C. si rector prouin. & Hen. Boic, in c.tux, de pro-  
curat.hoc modo, Quedam sunt per quæ peruenit ad  
prohibitum ordinatē, quædam autem sunt, per quæ per-  
uenit ad prohibitum necessitatē. Primo casu subdistingue, Aut est eadem ratio prohibendi illud per quod de-  
uenit ad prohibitum ordinatē, quæ est prohibendi ip-  
sum prohibitū aut non. Primō casu hēt locū d. regula vt  
aliquo prohibito, censatur etiam prohibitum illud per  
quod peruenit ad illud. Exempli gratia, Senator pa-  
tronus prohibetur contrahere nuptias vel matrimonium  
cum liberta. Item filia senatoris prohibetur contrahere  
matrimonium cum liberto, ut honestas seruetur l. semp  
coniunctionibus ff. de ritu nupt. cum si. quæ ratio pro-  
hibet etiam sponsalia inter eos contrahi. nam si Senator  
contraheret sponsalia cum liberta, uel filia senatoris  
cum liberto, diceretur uilis: & ergo sponsalia ēt censem-  
tur inter eos interdicta, d.l.oratio, cum ibi no. Secundo  
casu, quād non est eadem ratio prohibendi, prohibito  
consequent, permittatur antecedens. Exempli. inter  
magistratum, & subditam prohibetur contrahi matrimonium,  
quia propter potentiam suam contraheret cum di-  
tissima, & non posset postea matrimonium dissolui: sed  
non prohibentur sponsalia, quia illa possent dissolui, ea  
nolente cum eo contrahere matrimonium deposito of-  
ficio, tex.est de hoc not.in l. si quis officium, in prin.ff. de  
ritu nup. & in d.l.vn. Secundo aut̄ casu principaliter etiam  
subdistingue, aut illud prohibetur de iure cōs, aut de iure  
speciali. Primo casu, tunc etiam prohibetur illud per

quo

quod peruenit ad illud. Exemplum. Pactum de nom-  
pēcendo à reo prodest fideiussori, ita quod fideiussor nō  
potest conueniri. & est ratio, quia si fideiussor posset cō-  
ueniri à creditore, tunc fideiussor ageret actione nā l. rei  
contra reum, seu principalem debitorē, & sic in effe-  
ctu pactum de non petendo non prodest ip̄i reo, tex.  
est in l. quod dictum ff. de pac. Secundo casu iterum sub-  
distingue: Aut specialis prohibitio est in rem, aut in per-  
sonam. Primo casu, prohibetur etiam id, per quod deue-  
nit ad illud, tex.est in l.si. in si. & ibi tangitur per Cy.  
C. de usu.rei iud. ubi habetur, quod inducit quadrime-  
stres, quæ competunt reis condemnatis.contra indicatiū  
ex speciali prouisione illius legis nouæ, competitunt etiā  
fideiussoribus: & sic sicut reus prohibetur inquietari in-  
tra quadrimestre à tempore sententiae, ita etiam fideiussor  
prohibetur inquietari intra quadrimestre, per illam  
legem, quæ ad hoc est no. Secundo autem casu, quando  
specialis prohibitio est in personam, tunc non uidetur  
prohibitum id per quod peruenit ad illud tex.est no.  
in Luerum, in princ. ff. pro socio, iuncta l. & si fideiussor  
ff. de re iud. & in l. exceptiones a. ff. de excep. cum si, in  
in quibus iuribus habetur, quod exceptio competens. so-  
cio, marito, & simil. non competit eorum fideiussoribus,  
quia est personale beneficium. Hoc tamen fallit in causa  
fanore libertatis secundum Henri. Boich, in d.c.tux, nā  
pater non potest filium priuare quarta, iure naturæ sibi  
debita: & tamen potest dare libertates, per quas minuit  
quartam, l. Papinia.us. §. quarta autem ff. de inoff. testa.  
quam distinctionem sequitur Bal. in d.l.2. ff. de iurisdic.  
om.iudi. Vel potes dicere aliter, & breuius sic. Aut con-  
sequens non est perpetuū prohibitum, & tunc non est  
prohibitum antecedens, d. l. si quis officium. Aut est per-  
petuū prohibitum, & tunc etiam non ualeat antecedens,  
d.l. oratio. Ita securit Idem Bald. in dicta l.unica, in no-  
ua lectura: & uult Dyn. in dicta regula cum quid, & Al-  
ber. de Rofate, & Sal. in l. indebitam. ff. de con lic. indeb.  
& est glos. ualde notabilis in similibus terminis in capi-  
tol. tua fraternitas, in uerbo, poteris irritare. de sponsa.  
duo-

duorum. Circa premissa tamen volo te scire tria. Primum, † q[uod] extensio consequentis ad antecedens, venit per interpretationem extensuam, tex.est in d.l.oratio,in verbo, vt suppleatur, quem.tex.ad hoc notat Bal. in distal, vnicā, & inducit ad duas pulchras, & quotidianas questiones, quas videre poteris per teipsum. Illum textum etiam ad hoc notat Iason in d.l.2. circa finem. Secundo volo te scire; † quod sicut expressa prohibito legis vel statuti, importat antiuallationem actus, etiam si hoc non dicatur in lege, vel statuto, vt est text in d.l.no. dubium ita etiam dispositio de certa solennitate seruanda in aliquo actu, vt quod interueniat consensus patris uel duorum propinquorum, importat tacitam probationem, ne aliter fiat: & etiam annulationem actus, si non interueniat illa. solemnitatis. Ita sing. Pau.de Castr.in d.l.no. dubium, per gl. quam valde commerdat in l.no intelligitur §. diuus Adrianus.in verb. restituuntur ff. de iur. ff. 7 Tertiò volo te scire, quod † interdum aliquid prohibetur per verbā affirmatiua, tex.est no. in l.2. & ibi Bal.no. C.de vsuc. pro empt. nam testator qui inbet rem seruari, loquitur verbis affirmatiuis: & tñ per illa verba prohibetur alienatio, vt ibi est casus: ergo si quis probet, testatorem mandans rem seruari, per hoc satis probatum est, quod vetuit alienari: quia eadem est nā uerborum equi-pollentium, secundum Bal. in d.l. 2. Imo interdum fortius operantur verba affirmatiua habentia in se priuatum nem inclusam quam negatiua: ut patet in illis verbis, car. Codice, & Digestis, & in illis verbis, non habet Codicem, & Digesta: quia prima verba affirmatiua, vt sunt uera, requirunt cōcursum utriusque copulariorum, qui concursus non datur in carentia alterius. & sic non verificantur in altero. Negatiua vero negant concursum copulariorum, qui concursus non datur altero existente, & sic hæc est uera ét si alterum habeat. de quo habes gl. valde commendabilem in Cl. in plerisq., in verbo, & populo, de elec. & ibi habetur pulchre de hoc per Ant. de But. Car. Io. de Inio. & DD. & habes simile gl. in Cl. sa-pē §. si tñ in verb. partib. de uer. sig. & ibi ét tangitur per

Doct.

Doct. licet sint varij, & discrepant inter se, ut ibi videre poteris per Car. & alios. Regulariter autem non est curandum, q[uod] uerba fuerint prolati, dummodo priment, seu includant negatiuam. Ita dicit gl. fin. in l. in fi. & ibi Bar. & DD. no. ff. de doli except. & idem Bar. in l. inter stipulantem, in prin. ff. de ver. ob. & Cy. in l. actor, C. de prob. & Fran. de Arie. in l. in illa. ff. de ver. ob. & Ang. & Ias. in §. exequæ. Inst. de act. Quæ omnia commendata memoria tanquam pulchra, singularia, utilia, & quotidiana, & vide quod dicit supra loco proximo, & duobus p[ar]ce dentibus.

## LOCVS A PLENITUDINE

ADD.\*

- Potestatis: \*  
 Potestatis. Plenitudo potestatis, qd  
 Legem sibi imponere an quis possit, à qua recidere non licet.  
 Principi quod placet legis habet vigorem.  
 Rex aut ciuitas superiorum non recognoscens tantam habet potestatis, qd  
 testatem in subiectos, quantum imperator in uniuerso.  
 Imperatorem aut Papam non subesse legibus, recipit plures declaraciones, & limitationes, & numero seq.  
 Contractus principis habent vim legis, & possunt allegari procuratio liberi, do-  
 loge.  
 Contractus initii cum principe habent naturam contractuum bo-  
 netis.  
 Successores Imperatoris, aut Papæ non teneantur seruare pacta autem C.  
 predecessoris, & n[on] seq.  
 Successor in dignitate an teneaturflare gestis per predecesso-  
 rem suum.  
 Imperator & Papa quomodo differant inter se.  
 Mandata & rescripta debent intelligi cum iustitia, & saluo.  
 iure tertio.  
 Clausula de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, idem  
 important.  
 Imperator an possit alicui auferre dominium rei sue.  
 Papa nihil deber facere in arduis sine consilio Cardinalium.  
 Iustitia semper presumitur in principe, & quomodo intelli-  
 gatur.  
 Inquisitio non precedente infamia, quando procedat.

Habe-

**H**abemus & in iure locū à plenitudine potestatis;  
quo sumitur argumentum probabile, frequens, & utilissimum. Et formatur dupliciter ad duplicem esse  
etiam, uno modo sic. Nemo potest sibi t̄ legem impone-  
r̄, à qua non liceat ei resistere. I. si quis in principio testa-  
menti, & ibi Bar. & Doc. ff. de lega. 3. & I. I. C. de sacros.  
ecl. cum sim. Sed hoc limitatur, ut procedat in ultimis  
voluntatibus, que sunt ambulatoriae usq; ad ultimum vi-  
tae spiritum. I. 3. in fine, cum l. le q. ff. de admēn. lega. & c.  
cum Marthe, de celebra miss. cum sim. Non autem obti-  
net in contractibus, qui a principio regulariter sunt vo-  
luntatis, sed post factū sunt necessitatis, l. in uitum, cum  
ibi notat. C. de contrah. emp. & uend. & l. nec emere, cū  
ibi notat. C. de iure delibera. & l. sicut ab initio, cum ibi  
not. per gloss. & Docto. C. de actio. & obli. ubi Barto. loco  
summarij ponit illud vulgare, Verba ligant homines, tua  
torum corua funes. & sic intelligitur regula, quod se-  
mel placuit, amplius displicere nō potest de reg. iur. lib.  
c. cum suis concordantibus, de quo articulo vide latius  
per glo. & Doct. in passibus preall. & per Barto. Pau. de  
Ca. & Doct. in l. si pecuniam. in prin. ff. de condicau. da.  
& per Bald. Paul. de Castro. & Doct. in l. si cum dotem.  
S. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. & per glo. distin-  
guentem casus in quibus poenitentia liceat. Bartol. Alber.  
de Rosate & alios in l. qui ea mente. ff. de tortis, & per  
gloss. singularem & omnes in l. pacta nouissima, Cod. de  
paet. ubi habes, cū sicut in ultimis voluntatibus clausula  
derogatoria posita in prima, derogat ultima, nisi in ea  
sit facta mentio de prima, ita ēt est i. actibus inter uiuos  
de quā uide ibi latius per Salic. & nouissimos, ad quos  
remissione sufficiat. Secundo argumentū ex hoc loco po-  
test formari aliter sic. Quicquid t̄ placet supremo princi-  
pi in quo est plenitudo potestatis, legis haber uigore, l.  
I. ff. de constit. principium, & s. sed & quod principi. In  
stit. de iure natura gentium & ciuii. Tales autem sunt in  
terra Papa & Imperator, qui legib. humanis non sub-  
suat, licet diuersimode, sed supra legem sunt, legibus  
zamēn uiuere uolunt, l. digna vox. Cod. de legibus l. prin-  
ceps

ceps. ff. eod. tit. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. ad honorem  
de aucto. & usu pallii, cap. illa quotidiana, de elect. & ca.  
2. & cap. proposuit, de concess. præben. & c. 2. de præbēd.  
lib. 6. cum similibus, in quibus iuribus, probatur, q̄ ratio-  
ne huiusmodi plenitudinis potestatis Imperator p̄t re-  
scribere contra ius & Papa disp̄sare contra ius, & (quod  
fortius est) ēt (ut aliqui uolunt,) contra constitutionē cō-  
ciliū generalis, cui adde singulare d. Bar. in l. infamē,  
in fin. ff. de publicis iudicis, ubi nult, t̄ q̄ quālibet ciui-  
tas uel rex superiorem non recognoscens, tantam pote-  
statem habet in populo sibi subiecto, quantam habet Im-  
perator in uniuerso. & hoc dicit. refert & sequitur Pan.  
in c. cum te à B. de re iudica. & in c. per uenerabilem, qui  
filii sunt legitimi, & Doc. sp̄e alibi. Quod tamen dixi.  
† Papam, & Imperatore non subesse legib. recipit plures  
declarations, & limitationes. Primo ut procedat intel-  
ligendo de lege positiva, seu humana, nam illi Papa, &  
Imperator non subuent, quod tamen intellige, ut magi-  
straliter declarat lo. An. in regula, cui licet, de reg. iuris  
lib. 6. in Mercurialiibus, & Per. de Anch. in repetitione  
c. canonum statuta in prima oppositione & 12. q. de cō-  
stitutionib. & lo. Cal. in repetiti. c. de illis, in 7. q. de ra-  
ptoribus, & Pau. de Cast. in d. l. digna vox, in si. legi au-  
tem diuinæ ambo subuent ut filii Ecclesie, iuxta not. per  
glo. in Aut. ad hæc. C. de usuris, & est tex. pulcherrimus,  
in c. sunt quidam, 25. q. 2. hoc tamen declara, ut decla-  
rat gl. sing. in cap. post traslationem, in fine de renuncia-  
tio. & ibi omnino uide lo. An. qui inter alia dicit, qđ  
Papa nihil potest contra Euangelium, quatenus concer-  
nit fidem, & ea quæ ad eam pertineant. in aliis autem omni-  
nia potest. † quia est supra omnia concilia, secundum cū  
& allegat c. significasti, de electione. de hoc tamen artic.  
subtili & periculoso uide plenus in cōstitutionibus edi-  
tis in concilio Constantiensi, & reuocatis in cōsilio Basi-  
liensi, & latè per Roma. consi. 52. 1. incip. circa propositū.  
cum tribus fequentibus. & amplissime per Panor. in sua  
eleganti disputat. incip. Episcopus, & quidam rector. &  
subtiliter per Car. in sua eleganti repetitione. cap. licet de  
vitan-

vitanda, de elec. & latissime per Præp. 15. distin. in prin. & in locis commemoratis per Felin. in cap. nonnulli, de rescriptis in quibus locis reperies ad satietatem de potestate papæ, an sit supra concilium, uel contra conciliū super Papam, & quādo, & quando non ad quos remissi se sufficiat. Secundo limitatur † ut nō procedat quo ad legem contractus, immo uterque eorum obligatur ex contractu. c. 1. ibi oēs Doct de proba. & c. 1. & ibi Bal. de natu. feu. in usib. uolunt Cyn. Bal. Pau. de Cast. & Doct. in d.l. digna uox. & Io. de Ana. in c. finali, ne p̄lati uices suas, alias (ut dicit Bald. in d.l. princeps, & in l. 2. C. de seruit. & aqua,) qui est omnium p̄sul, esset tāquā exul, & si in hoc principes uellent ē uti plenitudine p̄tatis, dicere. tur ea abuti, & esset potius plenitudo tēpestatis quā p̄testatis. Pro cuius pleniori notitia uolo te scire plura pulchra memorie cōmendanda. Primo quod tractus principis habent vim legis, & possunt allegari p̄ lege. tex est not in l. pen. & ibi Bar. Bal. Salic. & Do. not. C. de donatio. inter virum & ux. & facit l. C. & ibi Bar. notat. ff. de publicanis, & idem not. Bar. in l. ciuitas, cīca princ. ff. si cer. pet. & Doc. sep̄ alibi, & ergo capita pacis, quā facit Papa, seu Imperator cum ciuitatis, sunt seruanda secundum Bald. in l. ff. in fine, C. de transact. & Bal. & Pau. de Cast. in d.l. digna nox, & Ioan. de Ana. in d.c. ff. Hinc quotidē allegamus tractatus pacis initos cum principibus. Hinc ēt gl. in Aut. de defensor. ciuit. §. iūsiurandum. in uerbo iurisdictione, allegat pacem Constantiæ, quā Federicus I l. fecerat cum Lombardis & cōmunitatibus Italie super qua pace Constantiæ Bal. magistratler scribit. Secundo, † q̄ omnes contractus qui fiunt cum principe habent naturam contractū bona fidei. ita no. dicit Bald. in dicta Pa. Const. quem frequenter referunt & sequuntur DD. ut uideri potest per Ias. in §. actionum Inst. de actu. Terrio quod licet Papa, & Imperator teneant seruare pacta, & contractus, † successores tamen eorum non tenentur, nisi conuentu essent de natura consuetudine sue dignitatis, prout est infeudare, & similia. Ratio est quia successor non habet causam à de-

functo

functo, sed vterque tam Papa quā Imperator eligitur. de Papa patet in d.c. licet de vitanda, & in c. vbi periculum, de elect. li. 6. De Imperatore ēt patet in ca. venerabilem, de elec. & in c. ad apostolice, in fine, cum sua no. gl. de re iudica. lib. 6. & ita sing. dicunt Bald. & Ias. in d.l. 1. ff. de cōstitu. princip. Sed aliud est in Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronib⁹, & similibus, quia talia hodie cōmuniter ex consuetudine deferuntur per successionē. c. licet, de uoto, cum ibi not. per Doct. licet de iure aliud sit. §. ff. de alie. feudi, in vſib. feudotum, & ibi notatur, & ergo nedum ipsi, sed ēt eorum successores tenentur seruare pasto, & conuentus, seu contractus, per generalitatem regulæ, l. cūm à matre, C. de rei uend. & c. abbate sanè, & ibi notatur per Doct. de re iud. lib. 6. Nisi Rex, Dux, Marchio, Comes, uel Baro, alienarit aliqua, quorū alienatio tenderet in magnam diminutionem iurisdictio- nis regalis, ducatus, marchionatus, comitatus, uel Baronij, quia tunc non ualeret alienatio, etiam si interuenient iuramētum, c. intellecto, & ibi Doct. de iure iur. & not. Bart. in l. prohibere. §. planē. ff. quod uia aut clam. & Albe. de Rosate in l. digna uox. & idem Albe. in l. 1. in fine. ff. de offi. procur. Cæsar, & Feli. in d.c. 1. de probat. Ergo recte dicit Bald. in d.c. intellecto, quod iurisditiones suæ preme sunt sacrum factorum nec sunt in marūpō pri- cipicis, & sequitur Felin. in c. ad audientiam, de p̄fcri. & sep̄ alibi. Hinc etiam est, quod princeps non potest p̄ contractum, uel alio modo concedere regalia in præiu- dicium successorum, secundum Bal. in dicta pace Const. §. sententia, in uers. amplius iurisdictionem, in uerb. successorum nostrorum, & sequitur Ias. in p̄f. feu. in 1. diuis. & Fel. in dicto capitulo 1. & in dicto cap. ad audi- tiam, nisi forte fieret alienatio in ecclesiam, ut uideri potest in donatione Constantini, de qua in capitu. Con- stantinus, & ibi pulchrè per Præp. 96. distin. & in capi- fundamenta, de elect. li. 6. & in Clemens Romani, de iu- re iur. & per Barto. Bald. & alios in procemio Digesti veteris, & per Bal. Salicet & alios in princ. C. & per eun- dem Bal. in l. pen. C. de bon. quā lib. & tetigi obiter su- pra in loco à uerisimili. De hoc tamen articulo quotidia

Fff no, an

no, an successor in dignitate teneatur stare gestis p. præ-  
decessorem suum, vide latius per Specul. in tit. de instr.  
edi. §. nunc autem uidendum restat, in f. & per Io. And.  
in addi. per Pet. de Anch. Phil. Fran. & alios in d.c. Ab-  
bate sane, per Bar. in d.l. probibere. §. planè, per Bald. &  
Pau. de Cast. in d.l. digna uox, & ibidem plenissimè per  
Albe. de Ros. & per eundem in d.l. i. ff. de off. procur.  
Cesaris, & per Bal. in dicta pace Constantiae, in uerbo,  
successorum nostrorum, & per Cano. in c. i. de solution.  
& in d.c. intellecto, & in c. quanto, de iure iuri. & per Ioá.  
de Anania in d.c. fina. ne prelati uices suas, ubi reperies  
i. satis plenè. Quartò quod dicti t̄ duo principes differunt  
inter se, quia in papa uerē, & propriè dicitur esse plen-  
tudo potestatis, quia ipse habet utrumque gladium, &  
utranque iurisdictionem, unā in actu, & aliam in habitu,  
si Theologis, & Canonistis credimus, ut uideri potest p.  
gl. Panor. & Doct. in c. nouit, de iudicijs, per Inn. Pan.  
& alios in capitulo, licet ex suscepto, de foro compe.  
per gl. & Doct. in c. causam quæ, & in c. per uenerabilē,  
qui fil. sunt leg. & per gl. & doct. in c. cūm ad uerum, 96.  
dist. & per Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta, & in  
pluribus alijs locis. Imperator autem solūm habet iuris-  
dictionem temporalem, quæ per papā impeditri non det  
d.c. causam quæ, ibi, ne uiderem, &c. & d. c. cūm ad ue-  
rum. Canonistæ tamen ponunt papam super eius uerti-  
cem, ut dicit Bald. in proœ. Digesti ueteris, freti, ut opini-  
nor, extrauaganti Bonifa. VIII. unam sanctam, de maior.  
& ob. & papam esse maiorem imperatore probant ex eo  
quia eum confirmat, approbat, uel reprobat, d.c. per ue-  
nerabilem, & semel admissum rationabili subsidente cā  
deponit, d.c. ad apostolice, etiam sine concilio generali,  
ut ibi dicit gl. sing. in prin. & notat Innoc. ibidem in le-  
ctura, licet de honestate illic aderat concilium in deposi-  
tione Fed. II. de quo supra memini. & idē uult Pan. in di-  
cta sua disputatione, licet n. ambo sint luminaria magna  
unum tamen est maius, ut dicit tex. in c. solita, de maior.  
& obed. de quo tamen articulo difficulti, & periculoso ui-  
dere poteris plenius per Panorm. & alios in d.c. nouit,

per

LOC. A PLENIT. POTESTA. S 19  
per Præpo. in d.c. cum ad uerum, & per Petr. de Anc. in  
repet. d.c. ag. canonum statuta, in prima oppositione, per  
Stephanum Au sterij in repet. Cle. i. de offic. ordin. &  
per Alb. de Ros. in l. bene à Zenone, C. de quadri. præ-  
scrip. & per Host. in Summa in titu. qui fil. sunt legi. in §.  
qualiter & à quo, & per Card. in d.c. solita, in 22. nota-  
bili ad quos remissile sufficiat. Quinto, quod quamuis  
non licet disputare cum principe de potentia sua in his  
quæ spectant ad suam iurisdictionem, l. 2. & ibi gl. Sal. &  
Doct. C. de crimi, sacri. & c. si quis suadente diabolo. §.  
qui autem i. 7. q. 4. & habetur pulchre per Canon. in d.  
c. proposuit. & in c. literas, de restitut. spol. & per Legist.  
in l. fin. C. si contra ius uel util. publ. & per Canonistas  
in c. quæ in eccliarum, de consti. & per Alex. in con-  
si. suo 216. 2. uol. incip. redemptoris, &c. nec arguendi  
sumus, &c. in princ. tamen de scientia sua bene licet di-  
sputare, quia quandoque errat ut homo, l. 3. \* in fine ff.  
de supelle. leg. & similiter de voluntate sua, l. ex facto ff.  
de vulgar. & nullam iniuriam per hoc facimus principi,  
sed eum reputamus bonum, & æquum, immo maiestas  
sua per illa duo nomina consuevatur in esse, d. l. ex fa-  
cto, & d.l. digna uox: unde omnia mandata, & rescri-  
pta principis debent intelligi cum iustitia, & saluo iure  
terti. Ita no. dicit Arch. in d. §. qui autem, & Ioan. And.  
in c. à nobis 2. de senten. excommu. & Bal. in d. l. i. ff. de  
const. prin. Hinc quotidie uideamus in practica, contra re-  
scripta principi opponi de subreptione: quia in eis sem-  
per debet subintelligi clausula, si preces ueritate nitau-  
tur, c. 2. & c. super literis, & quasi per totum, de rescrisp.  
& l. 2. & quasi per totum, C. si contra ius uel util. publi-  
cum si. Sexto, quod papa, & imperator non debent pas-  
sion, & indifferenter uti plenitudine potestatis, sed raro.  
& subsidente causa, /& in dubio princeps non presumpit  
ut ipse potestate absoluta, sed ordinaria. Ita sing. dicit Inno.  
in c. innoruit, de elec. & sequitur Pan. in d. c. illa quoti-  
diana, & Fel. in c. cū inter, de exce. & D. D. sepè alibi. Hoc  
ultimum tamen limita, quā actus potest valere de potes-  
tate ordinaria: fecis, si actus nō pot. ualere de potestate

ff. 2 ordina-

ADD. \*  
Terita. Il  
Le l. 3. ni-  
bil facita  
nā. P. ad.  
Flor. &  
alij emē-  
datiis codi-  
cibus legi  
tur, impe-  
ritorum,  
non uel in  
vulgaris  
Impera-  
torum.

ordinaria, & princeps hoc scit: tunc enim videtur in d<sup>o</sup>bio uelle vti potestate absoluta, vt actus potius ualeat, quam pereat. Ita sing. dicit Pau. de Cast. in elegant<sup>e</sup>cōf<sup>o</sup>nu<sup>s</sup> 284. incip. in Christi, &c. in factō presenti non interdo adulari, &c. & idem Pau. de Cast. in Lex imperfecta de testa, quem refert, & sequitur Alex. de Im. in 1.2. C. de testa mil. & fel. in d.c. canonum statuta, & idem Fely. in c. in causis, de re iud. & Hipp. de Mars. in sing. suo 84. Septimō, quod sine causa rationabili, & alijs nota, papa sustinendus non est, si aliquid attentare velit contra uniuersalem statum ecclesiarū, quando ex hoc decoloraretur status ecclesiarū: imò hoc casu ecclesia uniuersalis, vel concilium generale ecclesiam repräsentans, potest resistere papæ, licet etiam non veniat contra fidem Ita singul. vult Innocen. in ca. quanto, de consuetd. & sequitur ibi Pan. & idem Pan. in dicta disp<sup>o</sup> & vult Spec. in titu. de dispensationibus §. nunc breuiter, vers. 1.2. & glo. sing. in c. si papa, 40. dist. & est tex. no. qui istud optimè probat in c. & si illa, in princ. 1. q. 7. & in d.c. sunt quidam, & ibi etiam Arch. & ita practicatum fuit in consilio Constantiensi, ut ex gestis eius concilij uideri potest: quod est val 13 de notabile. Octauo, † q<sup>o</sup> clausula, de plenitudine potestatis, & clausula, ex certa scientia, quæ frequenter posuit in diplomatis, seu (ut uocat) bullis apostolicis, idē important. Ita sing. vult gl. & post eam Pan. Fel. & DD. in c. ad hæc, de resp*o*. & sentit Inno. In d.c. innotuit, & Bald. in L. eos, in prin. C. de appell. & Ludo. Rom. in sing. 760. incip. dixi aliás, &c. quibus adde Bal. in d. pace Constantiæ, c. in causis appellationum. §. uafalli. in versi. libellaria; ubi dicit, quod populus Romanus antequam trāsferret imperium in principem, nunquam usus fuit dicta clausula, de plenitudine potestatis: nec iure ciuili inueniatur hæc forma, secundum eum: nisi dicatur, q<sup>o</sup> includatur sub illis verbis, quod principi placuit, legis habet vigorem. Nonò, q<sup>o</sup> ubi in rescripto principis inseritur clausula, de plenitudine potestatis, uel certa scientia, si i pa rendo imminent scandalum, pōt ille cui scribitur, vel ex cito mādatur, supersedere, & differre executionē: nec est

est reprehendendus, imò laudandus qui hoc casu fraude cessante supersedet. Ita sing. uolunt Card. & Ioan. de Imo. in c. si quando, ubi est bonus tex. de rescri. & Card. in consilio 152. incip. sanctissimus dominus noster, &c. quod est uerum, etiam si quid præcipiatur sub poena, uel censura ipso facto incurrenda, si reuera subest scandalū, uel si res aliter se haber quam continentur in rescripto, nam clausula, si preces ueritate nitantur, quæ in omni rescripto subintelligitur, d.c. 2. tener poenam, seu censu<sup>r</sup>ā cōminatam in supēlo. \* Ita sing. dicit Pet. de Anch. ADD. \* in conf. suo 240. incip. per predīcta subtiliter, & sequit<sup>r</sup> Suspensio. Fel. in d.c. 2. & in d.c. si quando, & in d.ca. fin. in 9. col. Eſt & a- de præsumpt. & Hip. de Mars. in sing. 153. & hinc recte lius casus dicit gl. in L. puniri, C. si contra ius uel utrū, publ. miseros in quo in pralatos non debere timere, si ueritatem sequantur, cū d<sup>o</sup> super Deo, & ecclesiæ per hoc placeant. Decimō, quod Papæ sedere de præcipienti aliquid iniustum laico, circa temporalia, nō bet, & ex est obtemperandum. Ita singula, vult Innoc. & sequuntur peccare omnes Doctor. in c. inquisitioni, de senten. excom. & 30. dies idem approbat Panor. in dicta sua disputatione, & Doc. l. si vindicat spē alibi. Undecimō † quod Papæ uel Imperatorii nō cari. C. de licet cessante causa legitima, auferre alicui dominium: & panis . c. cuius legitima subsistente, adhuc non licet, nisi data re- cū apud cōpēsa rationabili. Ita sing. dicit Arch. in c. per principa. 11. q. 3. lem, 9. q. 3. & Pau. de Cast. in d.l. digna uox, & Bal. in §. ad hæc, in ti. de pace iuram, firmā, in usibus feudorū, pro qua decisione est bonus tex. in L. serui, & ibi Bal. in ult. not. C. quib. ex cau. serui pro premio liberta. acci. & tex. elegans in L. venditor, §. si constat, & ibi Pau. de Cafr. ff. commu. præd. Pro isto etiam benē facit singulare di- fūna Inn. in c. nisi cum pridem, de renunc. vbi eleganter dicit, quod episcopo qui causa uitandi scandali cogitur renunciare episcopatu, debet dari bonūm cambium, q<sup>o</sup> d<sup>o</sup> dictum refert, & multū commendat Ludo. Roman. in suis singularibus singulari 798. & hoc tene, quicquid dicit Ang. in L. item si uerberatum, §. 1. per illum text. ff. de rei vend. In pace tñ uideatur speciale, ut recompensa alia non detur, quasi pax ipse sit sufficiens recompensa

Fff 3. cīn

## 322 LOC. A PLENIT. POTESTA

c.in nostra,de iniur.iuncta l.j.in prin.C.de cadu. toll.& est de mente Car,in cons.85,incip.caſus promiſſionis,&c.vbi optimè declarat d.c,in nostra,quē omnino vide:& vide ēt Bal,in d.l.benē à Zenone,& Scribētes in d.c,in nostra.Et si plenius vis iſtrui in hac materia pulchra ſubtili,& periculosa,vide Doct.scribentes in d.l.item ſi verberatum,S.1.& Panorm.Fel.& Cano,in d.c.que in eccliarum,& Legi,in 1.conſt.Digetorum,& in d.l.be nē à Zenone,& in d.l.f. C.si con.ius uel vti.publ.& Fel,in d.c.1.de proba.& Hipp.de Marſi.in ſing.ſuo 25.Duo.

15 decimū † q̄ licet papa poſſit de plenitudine potestatis reuocare coniſtutionem concilij generalis,ut vult glos.no,in d.c.ubi periculum,in prin.tn plenitudo potestatis,quā hēt papa contra ius,difticilius extenditur ad cōſtitutiones conciliorū,q̄ ad coniſtutiones papales:quia licet cōſtitutionib.papalibus ceneſatur derogatum per gene ralem clauſulam non obſtantibus quibuscumque coniſtutionib.apoſtolicis,&c.vbi non precedit alia clauſula derogatoria,non tñ per dictam clauſulam generalē,cenſetur derogatum coniſtutionib.concilliorū,ſed requiritur ſpecialis derogatio.Ita ſing.dicit Bal.in 1.humanum,in 3.norab.verſ.unde dicit C.de legi.poſt Are,in c.2.de conſt.li.6.& ſequitur Roma.in rep.l.i.ſi verò ſ. de viro,in 23.fallen.ſſ.ſol.matr.& Aluar.in tit.conſtit,feuda.do Loth.impe.in uſib.feud.ā qua decisione quam videtur ſequi totus mundus,non eſt de facili receden dum,ſecundum Fel,in d.c.nonnulli,licet occaſione que rat impugnandi: de quo articulo etiam vide per Ial.in d.l.6.C.si cōtra ius uel util.publ.& per Alc.paradox.li.

16 6.cap.10.Decimotertiō,† quōd licet potestas papa ſit ampliſſima,tamen in arduis nihil debet facere ſine con filio Cardinalium.Ita ſingulariter Ioan.Monachi in c ſu per eo,de hæret.lib.6.& Hof.in c.2.de cleric,non re fid.Si tamen contrarium fecerit,actus nihilominus ualebit.Ita ſingulariter dicit Præpo.in c.1.in prin.in titu. episcopum,vel abbatem feudum dare non poſſe,in viſio. feud.de quo vide plenē Panor.Io.de Imol.& alios in d.c.3.de cler,non reſidētibus:& per Barbatiam in ſuo ſingulari

## LOC. A PLENIT. POTESTA. 323

gulari libel.de p̄eſtantia Cardinaliū in 50.q.Baſil.par.  
7) Decimoquarto † q̄ in principe ſemper p̄eſumitur iſtitia,ſiue cauſa iuſta,adeo q̄ non admittitur probatio in contrarium.Ita ſing.dicit Cy.in 1.refcripta,C.de pre cib.Impe.offeren.& Anton.de Butrio,Pan.& alij Can.in d.c.que in eccliarum,uer.circa ſm.hoc tamen eſt in telligendum uerum,ubi princeps aliiquid ſtatuit genera liter,uel vbi aliiquid facit ſpecialr,motu,pþrio: ſecūs vbi reſcriberet princeps ad alterius poſtulationē:q̄a tūc ma gis p̄eſumitur ad importunitatem poſtulantis reſcri p̄iſſe,quām ex ſua uoluntate. Ita ſingulariter dicit Ro.in conſi.436,incip.quod indultum,& idem Lud.in di ſta repe.1.ſi uero ſ. de viro,in 24.fallenitia:& ſequitur Hipp.de Marſi.in ſing.6.Secundō hoc eſt limitandum uerum,nifi papa aliiquid faceret,per quod ſubuerteretur generalis status ecclie:quia tunc(ut dixi ſuprā) ſu ſtinendus non eſt niſi faciat cum cauſa magna,ſeu ratio nabilis,& alijs not.& eſt neceſſarium illam exprimi,quia alijs non p̄eſumitur,ſecundum Inno.Pan.& Doct.in d.c.quanto,& eſt de mente Lud.Roma.in dicto ſuo con ſlio 436.& ſequitur Hipp.de Marſiſ in ſingulari ſuo octauo.Decimoquinto,quōd papa poſt de plenitudine poſtstatis ratificare ſententiam latam ab eo qui ca reat iurisdictione.Ita ſingulariter dicit Inno.in c.pruden tiam,de offic.deleg.queſ refert,& ſequitur Angel.in 1: obſeruare,in uerſic.poſt hæc.ſſ.de offic.pocons.& leg. & idem Ang.in 1.licet,circa fin.ſſ.de iudicijs,& Felinus in c.ea que,circa finem,de re judic.& Hippo.de Marſi.18 in ſingulari ſuo 10.Decimoſexto,† quōd licet regulari ter in inquisitio non procedat,nifi p̄ecedat infamia,c.qua liter,& quando 2.& ca.in inquisitionis, cum utrobiq; no tatis,de accuſat.hoc tamen non obtinet,quando inqui ſitio emanat de conſcientia principiis,& motu proprio ipſius.Ita ſing.dicit Innocen.in c.cum oporteat,de accu quem refert,& ſequitur Bald.in 1.nullus,C.ad leg.Iul. maiesta.& Ang.de Arctio,in ſingulari libello ſuo male ficiorum,in uerbo,fama publica,uerſi aduertendum,& ibi eſt bona apofilla,Iſtud etiam uult Capola in conſi

## 824 LOC. A PLENIT. POTESTA.

suo. 17. in ultima colum. & Hipp. de Marfil. singulari sive  
14. & glossa singularis, quæ hoc dicit in c. 2. in uerb. fuc-  
rat de accusa. lib. 6. & ibi habetur plenè per Doc. scriben-  
tes. Decimo septimò † q̄ licet regul. uni soli non creda-  
tur, hoc tamen fallit in supremo principe. ut in Papa, &  
Imperatore. tex. est notabilis in c. cum à nobis, de testib.  
quod procedit etiam in his, quæ uiderunt cùm essent in  
minori estate. de hoc sunt duæ gl. una est in ca. r. de re-  
nunc. li. 6. & alia est in d. cap. ad apostolicæ; quas ad hoc  
no. Lud. Roma. sing. 12. 8. quod perpetuò memorie com-  
menda. Postremò nolo te ignorare, quod pluræ alia sunt  
specialia in principe, quæ uidere poteris magistraliter  
collecta per Baldum, Isomone, & legitas, in d. l. rescri-  
pta, & per eundem Bal. in L imperium, in prima lectura  
ff. de iuris dictio. omnium iudicium, per gloss. & canonici-  
stas in cap. quod translationem, de officio leg. & in d. ca.  
propositus, & plenissimè per Speculatorum in tit. deleg.  
§. nunc ostendendum, & plenè per Aluaro. in tit. quis di-  
carur Dux, Marchio, Comes, circa 6. col. & copiosissimè  
per Jacobinum de sancto Geor. & libello feudorum, in  
uerbo, princeps Pedemontium, & multum latè per Fel.  
in d. c. in causis, in quibus locis repertæ infinita pulchra.  
& sing. priuilegia summi principis, tam secularis, quam  
Ecclesiastici, in practica, quotidie occurrentia propter  
eorum singulares, & mirabiles effectus.

## LOCVS A VI, ENERGIA,

seu efficacia iuramenti.

- 1 *Iuramentum virtus paulatim crevit, & aucta est.*
- 2 *Iuramentum facit de minore maiores.*
- 3 *Minor alienans si iurauit non contravenire perdis beneficium, restitutio nis in integrum.*
- 4 *Iuramentum de obligatione non efficaci, validam, & efficacem obligationem facit.*
- 5 *Iuramentum addit robur actui super quo interponitur, cui multis nus. seq.*

S Actus

## LOC. A VI, ENERGIA, &amp;c. 825

- 3 *Actus in iudicio per minorem gestus sine curatore est ipso im-  
re nullus, si non interueniat iuramentum.*
- 10 *Alteri stipulari vel pacisci, quando quis posse.*
- 11 *Pactū nudum an vestitur iuramento, ni ex eo oriatur actio.*
- 12 *Donatio inter patrem, & filium in postestate quando valeat.*
- 13 *Transactio super alimentis in testō relictis, quando valeat.*
- 14 *Contractus prodigi, cui bonis est interdictum affirmetur iure-  
mento.*
- 15 *Donatio inter vir. & uxorem iurata an firmetur iuramento.*
- 16 *Iuramentum validat actum, & iuramentum debet seruari,  
inter se differiri.*
- 17 *Iuramentum quibus concurrentibus seruandum. & num. seq.*
- 19 *Iuramenum an & quando firmet contractum simulatum.*
- 20 *Iuramentum facit actum super quo interponitur, valere omni-  
melicri modo, qui potest ciuii n. seq.*
- 21 *Iuramentum in testamento appositorum habet vim clausule co-  
dicillaris.*
- 22 *Fideiussor non accedit ubi nulla subest obligatio, nisi in fidei ins-  
tione interueniat iuramentum.*
- 23 *Fideiussor an obligetur in plus, quam principalis.*
- 24 *Transactio facta post rem iudicatam an valeat.*
- 25 *Substitutio compendiosa an obliquetur.*
- 26 *Promittens factum alienum an obliquetur.*
- 27 *Donatio omnium honorum an & quando valeat.*
- 28 *Verba enigmatica quando disponant.*
- 29 *Iuramentum habet vim clausula derogatorie, cum nu. seq. non  
tamen reddit actum postea secundum nullum. num. 32.*
- 33 *Iuramentum habet vim expressi, quod facit multa. nus. seq. ijs-  
que, ad nu. 38.*
- 36 *Dispositio quando extendatur ad incognita.*
- 37 *Iuramentum addit forum foro.*
- 39 *Iuramentum inducit preciam necessitatem in obligationibus  
facti quando quis posse precise cogi ad factum.*  
*Iuramentum implendum est in forma qua expressum est.*
- 40 *Iuramentum impedit penitentia, ubi alias locus est penitentia.*
- 41 *Iuramentum facit desinere rem esse integrum.*
- 42 *Iuramentum impedit purgationem mora.*
- 43 *Iuramentum constituit iurantem in mora absq; interpellatione.*
- 44 *Iura-*

- 44 Iuramentum habet vim clausulæ, rato manente pacto.  
Item clausula garantitiae.
- 45 Iuramentum facit quem ipso iure cadere à iure suo, & excludit ius excusationis, alias competens, 46. & impedit oblivionem, 47. Item tollit defectum insinuationis vel solennitatis alias requisitione, 48.
- 49 Iuramentum impedit prescriptionem, & perpetuat actionem in 40. annos.
- 51 Instrumentum habere vim clausulæ garantitiae, quid sit.
- 52 Iuramentum non venit sub solitis vel consuetis.
- 53 Iuramentum impedit revocationem donationis etiam ex causa ingratitudinis.
- 54 Inducit remissionem in contractibus, ubi alias non fieret remissio.
- 55 Compromittens, & iurans potest compelli ad obseruantiam.
- 56 Iuramentum tollit presumptionem dolii, & calumnia.
- 57 Iuramentum impedit litis contestationem.
- 58 Obligat iurantem etiam præstatum sit per metum.
- 59 Iuramentum facit, quod statutus dicto alicuius, cui alias non statetur.
- 60 Lex vel statutum dicens, quod statutus dicto alicuius qualiter intelligatur.
- 61 Papa sine iusta causa non absolvit à iuramento.
- 62 In iuste incarcerauit, & relaxatus sub fide, debet illam seruire iuravit.
- 63 Dolus futurus potest per pactum iuramento vallatum remitti.
- 64 Promissio, & confessio extra indiciales valent, si iuramentum interuenit.
- 65 Reductio ad arbitrium boni viri enim iuramento renunciari potest.
- 66 Iuramentum tollit exceptionem dolo facit, & supplet effectum satisfactionis, 67.
- 69 Penae conventionales ultra interesse petit possunt ubi interuenit iuramentum.
- 70 Convenio iurata, quod debitor non possit probare solutionem nisi per certam speciem probacionis, seruanda est.
- 71 Iuramentum impedit excusationem.
- 72 Efficit, quod index ex officio suppleat etiam iniurias partibus.

Episcop-

- 73 Episcopus contra propriam constitutionem iuratanam non dispendiat.
- 74 Donationis ob meritam iurare effectus.
- 75 Iurans per metum seruare contractum, solvendo non censetur approbare, & repetere potest.
- 76 Iuri defuturo cum iuramento renunciatur.
- 77 Prescriptio cessat, ubi debitum est iuratum:
- 78 Alteri per alterum sine cessione actio personalis acquiritur. 79.
- 80 Actio absenti quando acquiratur sine cessione.
- 81 Compulsus iurare id quod de iure teneatur, poterit pesere abolutionem à iuramento.
- 82 Iuramentum excusat à pena.
- 83 Iuramentum interpretatur secundum intentionem deferentis.
- 83 Iurans ex calore iracundie non obligatur.
- 84 Lex loquens in contractu habet locum in quasi contractu propter iuramentum.
- 85 Iuramentum facit presumi verum quod iuratum est, nisi contrario probetur.
- 86 Legi prohibitorie renunciatur cum iuramento.
- 87 Iuramenti promissori seu confirmatori virtus.
- 88 Authoritas superioris in omni iuramento semper intelligitur excepta.
- 89 Iuramenti iudicialis effectus, remissio.
- Similiter est apud Iuristas locus à vi, energia seu efficacia iuramenti, ex quo de promptum argumentum est frequentissimum, & utilissimum ad infinita, ut ex infra dicendis patebit. Quod ut clarius intelligas, ante omnia scire oportet, quod virtus iuramenti paulatim crevit, & aucta est. Cepit enim iuramentum habere vires tempore Digestorum: aucta est eius virtus tempore Codicis: crevit deinde tempore Federici: & demum in immensum aucta est eius virtus per ius canonicum, quod in hac materia iuramenti velut spirituali, & concernente animam seruandum est, c. licet mulieres, de iure iur. lib. 6. & est bona gl. in c. possessor, de reg. iur. co. lib. & faciunt notata p. Canonistas, in c. s. de prescri. & in c. i. de noui op. nun. & notata per Legistas in l. o. innovazione,

ne, & in l. pritilegia, C. de sacrosan. eccles. quod quia clavisimè declaratur per Pau. de Castr. in repe. Authen. sacramenta, C. si aduer. uend. & per Soc. in consilio suo 77. incipiēt, in præsenti consultatione, ideo superfedeo lic uerba corū transcribere, sed ad eos remissiſe fatis ei se arbitror, cum ab omnibus habeantur. Quo pro firmo fundamento præsupposito, utilitatem huius loci ad practicam deducendo, iuramentum in primis habet illum notabilem effectum, quod t̄ facit de minore maiorem, estq; tantæ virtutis, energiz, & efficaciz, quod si actus qui de se non est nullus posset beneficio minoris etatis rescindi per restitutionem in integrum, si tñ super eo interponatur iuramentum, iureturque illi non contrauenire, talis actus propter interuentum iuramenti efficit inexpugnabilis, itaque rescindi non posset: dummodo dolus, metus, vel valde enormis leſio abit, tex. est not. in l. 1. C. si aduer. ven. ex quo sequuntur plura notabilia, & singularia dicta. Et primo ex isto sequitur, quod licet t̄ minor 25. annis si alienauerit rem suam immobilem cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis, & ex hoc ledatur, possit restituī in integrum aduersus huiusmodi alienationem; ut est tex. in l. 1. ff. de min. iuncta l. si quidem, C. de præd. min. sine decre. non alien. eum si milibus, tamen si iuravit non contrauenire huiusmodi alienationi, per beneficium restitutionis in integrum, d. l. 1. C. si aduer. vendi. secundum intellectum Bulgari, quem ibi refert gl. 1. & sic patet, q̄ iuramentum facit de minore maiorem, & ex consequenti tollit ei beneficium restitutionis in integrum, quod alias ei ut minori, & leſo competebat, facitque de actu, qui rescissioni subiacebat actum inexpugnabilem, quod est sumimè notan. quia maximi effectus. Secundò ex isto sequitur, q̄ si minor 25. annis veniat contra transact. iuratam, quæ licet non incidat in penas, de quibus in l. si quis maior, C. de transact. que loquitur in uerè maiore 25. annis: tamen quia iuramentum facit eum reputari maiorem, & dat robur transact. iuxta supradicta, nō poterit ipse, nec hæres eius venire contra huiusmodi transactionem iuratam, alias, cefsan.

cessante iuramento, rescindibilem. Ita singul. dicit Bar. Bal. Ange. Salice. Ias. & communiter Doct. in d.l. si quis maior, imò plus uolit ibi gl. Pet. de Bellapertica, Cyn. & quidā alij, quod min or 25. annis hoc casu contraveniendo transact. incurrat penas de quibus in d.l. si quis maior, propter uirtutem iuramenti. Sed hoc communiter non approbatur: quia licet minor hoc casu propter iuramentum reputetur maior, per supradicta, tñ dispositio d.l. si quis maior, quæ est penalit, & loquitur in uerè maiore, non debet (quatenus penas illic contentas concernit) extendi ad casum sicutum, l. 3. S. hæc verba, ff. de neg. gest. ad quod optimè facit decisio fin. Io. An. que nulli nō est in ote in c. dispensa: de rescri. lib. 6. in Novella, cuius decisionis meminit, & eam multum commédat Pan. in c. vi. de rescri. & Io. de Imol. in repe. l. si uero, S. de viro, ff. sol. matri. Huc pertinent, & ea, que dixi supra in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionē ipsius legis, in 3. casu princ. Secundus no. effectus, uirtus, seu efficacia iuramenti est, t̄ quia facit de obliga. non efficaci, obstante exceptione inducta à iure fauore sexus muliebris, obli. validam, & efficacem. text. est fin. iuncta gl. in c. ex rescripto, de iureiur. Vnde licet mulier fideiubēndo pro alio, non obligetur efficaciter imo iuuerit Vellejano, toto tit. ff. & C. ad Velleia, th, si fideiubat pro alio, & iuret non contrauenire, obligabitur efficaciter, & non iuabitur Velleia. & sic firmatur contractus fideiustitiois mulieris per iuramentum d.c. ex rescripto, iuncta glo. in uerbo, & vxorem, & ratio huius est quia mulier in hoc iuuatur principaliter fauore sui. Iō nil mirū, si contractus fideiustitiois firmetur iuramento suo: & ita no. decidit Bart. in l. si quis pro eo, versi. quinto prohibetur contractus, ff. de fideiuss. & sequitur loā. de Imo. in repe. c. cum contigat, in quinto casu principali de iureiur. & idem exp̄s̄ uult gl. reputata singulis, in d.c. ex rescripto, & ibi eam ad hoc not. Bal. Io. de Imo. Pan. & Fel. & idem uult Pau. de Caſt. in repe. d. Authen. sacramenta, in 1. col. & in plurib. alijs sequentibus, quod procedit etiam si mulier intercedat p. viro suo, & iuret:

iure, licet hoc casu mulier sit magis priuilegata à iure, authentic. si qua mulier, C.ad Velleia. Ita sing. decidit Paul. de Cast. in conf. 2.19. incip. in causa, &c. Nec huic obstat gl. in dicta Authen. si qua mulier, quia ad eam optimè responder Pau. de Cast. in d. confi. & idem volunt Io. Fa. Alber. de Rosa. Bald. & Pau. de Cast. in d. Auth, si qua mulier, licet Salicetus ibidē teneat cōtrarīm, & non benē, attēto iare canonico, quod in hac materia iuramenti seruandum est, vt suprā dixi, licet de iure cīvili antiquo aliter foret dicendū, quod ut singulare, & quotidianum, est memoria cōmemorandū. Tercius singul. & mirabilis effectus, virtus, seu efficacia à iuramenti est, adijcere robur actui, super quo interponitur, ipsumque vltra naturam suam alterare, & firmare, & validare, ac de nullo aliquem, & de inualido validum facere, qn interponitur super actu nō improbato iure, vt pote quod non sit contra publicam utilitatem, vel contra bonos mores naturales, vel ob defectum solemnitatis probatoriz, vel formalis requisitā à iure, vel statuto, nec ratione materiae vel rei super qua interponitur licet alia ratione actus sit à iure improbatus, dūmodo obseruantia iuramenti non sit nutritiū peccati, nec tendat in pīudicium tertij. tex. est no. in d.c. cum cōtingat, in ver. firmādo, & in d.c. licet mulieres, in verb. firmantes. eo. tili. 6. & bonus tex. in c.2. in verb. firmatum, & in verb. omnino. de past. li. 6. & tex. no. in d. Aut. sacramenta puberū, & in d.l. 1. C. si aduer. ven. scđm intellectū Mar. cōiter, approbatum positum ibi in gloss. in verbo per iurij, in quibus locis habes, q̄ iuramentum nedum obligari iurā sem ad obseruantia iuramenti, sed ē facit de actu nullo, & inualido, actum aliquē, & validum, ex quo sequuntur plura notabilia, & singularia dicta. Et prīmō ex isto sequitur, q̄ licet ubi à actu prohibetur à iure principaliter fauore personæ, & ratione utilitaris priuatæ, licet secundariò prohibeatur ratione utilitaris publicæ, vt patet in alienatione fundi dotalis, quæ à iure prohibetur principaliter fauore mulieris, & sic ratione utilitatis priuatæ, & secundariò ratione utilitatis publicæ, ne mulier

gemagat

remaneat indotata, neque iurum reperire possit, neque ciuitatem replere liberis hominib. quod reip. interest. l. 1. ff. sol. matr. iuncta l. uni. §. & cum lex, C. de rei uxori, act. huiusmodi actus sit nullus, l. lex Iulia, cum duabus l. ff. de fun. dota. & Inst. quib. alie. licet uel non, in' prin. Tñ si iuramentū interueniat, ut quia mulier dōtem alie- nans, uel marito alienanti contentiens, iuret non contra uenire, tunc de iure canonico, (cui in hac materia iuramenti tanq̄ spirituali standum est,) ut dixi, talis actus si ue contractus firmatur & validatur iuramento. tex. est naldē not. in d.c. cum contingat, & in d.c. licet mulieres & ita not. decidit Bartol. & post eum Angel. Paul. de Cast. & alij in d.l. si quis pro eo, & latē Iafon post alios per eum relatōs in d. Auth. sacramenta, & idem firmat additio facta ad decisiones Cap. Tolos. decis. 383. De quo articulo quotidiano, qui est maximi effectus, habe- tur latissimē ultra omnes alios per Ioā. de Imo. in repe. d.c. cūm contingat, in 3. casu principali, ubi reperies de hoc plenissime, ad quē breuitatis gratia te remitto. limi- ta tamen, quod dixi, inter alia per glo. singularem, in d. c. licet mulieres, de cuius tamen glo. intellectu uide sin- gulariter per Alexand. de Imo. in confilio 16. tertij uo- luminis, incipiente, ponderatis, ubi ad d.g. reperies tres not. limitationes, quas omnino uide. Secundo ex isto se- 7 quitur, quod licet, quan o à actu prohibetur à iure fauore aliquius personæ, ut patet in alienatione rei immo- bilis minoris 25. annis sine auctoritate curatoris, & abs quæ decreto iudicis, alienatio sit ipso iure nulla, l. magis puto. §. non pallim. ff. de rebus eorum, & d.l. si qnidem, & per totum tit. C. de præd. mino. sine decre. non alien. Tamen si interueniat iuramentum præstitum per pube- rem, talis alienatio etiam omissa auctoritate curatoris, & solennitate decreti à iure hoc casu requisita, firmatur & validatur iuramento, text. est in d.l. 1. cum sua Authē. sacramenta, secundum intellectum Martini illuc commis- niter approbatum. & ita nota. cōcludit Bar. in d.l. si quis pro eo, in §. membro, & ibi Ang. & Paul. de Cast. & idē volunt Bar. Pau. de Cast. Iaf. & alij in d. Auth. sacra- men- ta. &

ta, & de hoc habetur plenissimè per Canonistas, & præcipue per Ioan. de Imo. in repetitione, d.c. cum contin-  
gat, in quinto & etiam in 3. casu principalis. In quibus lo-  
cis etiam reperies plures notabiles & singulares limita-  
tiones ad d. Aut. sacramenta, quia non intendo extra  
propositum vagari, & nimis longum esse singula enar-  
rare. Tertio ex isto sequitur & fortius, qd liceret actu  
in iudicio gestus per minorem 25. annis sine curatores  
sit ipso iure nullus, c. clarum, C. de auth. præstan. l. cum  
& minores, juncta sua singularis gl. C. si aduer. rem iud.  
& toto titu. C. qui legit. perso. stan. in iud. habent. tamen  
si minor. 25. annis compareat in iudicio sine curatore,  
& aliquem actum faciet, iuretque non contrauenire in  
aliquo processu, iudicio vel sententia, ualebit actus per  
eum sponte gestus, propter religionem sacramenti, & sic  
stabitur confessioni sua iurata sponte facta in iudicio sine  
curatore, cui alias non staretur, quia iuramentum firmat  
iudicium sicut contractum glo. est de hoc no. in d. Aut.  
sacramenta uerb. contractibus qua dicit illam Auct. sa-  
cramenta, quæ loquitur in contractibus habere locum  
in iudicijs, cum in iudicis, quasi costrahatur l. 3. S. idem  
scribit, & illam gl. sequitur ibidem Bar. Bald. Ang. Sal.  
Ias. & DD. & est similis gl. in §. item sacramenta, in titu.  
de pace iur. fir. & in usib. feu. & sibi eam sequuntur, & pro-  
bant Bal. Alua. & alii, & idem uult Io. de Imo. in rep. d.  
c. cum contingat, circa fin. tertij membris princ. Idem etiā  
est de mente Ant. de But. in rep. c. h. in 1. fal. de consue.  
& uult decisio Cap. Tolosa. decis. 45. & 49. & 106. vbi  
plenè uideas. Idem etiam uult Guido Papæ decisione  
35. incip. si adulterus, & Petrus Jacob. in practica in titu. de  
actione tutela contraria, quando in defendendo, &c. in  
uersi. item est notandum, quod adulterus, quod tene men-  
ti, quia est frequentissimum in practica, & est magna li-  
mitatio ad d. l. clarum, & ad alia iura supra allegata, secun-  
dum Iaso. & Doct. in d. Aut. sacramenta puberum, & ali-  
bi. Quartò ex isto sequitur, quod licet pactum, per qd  
filia recepta dote à patre renunciat hæreditati paternæ,  
reprobetur a iure, & non valcat, l. pactum dotali, C. de

colla.

colla. tamen si in huiusmodi pacto interuenierit iuramen-  
tum sponte præstitum, tenebitur filia illud obseruare, &  
(quod fortius est) dictum pactum à iure, ut dixi reproba-  
rum firmatur iuramento. tex. est not. in d.c. 2. & ibi hoc  
firmant Archi. Io. And. Pet. de Anch. Do. Philip. Franc.  
& alii, & Doc. in d.c. cam contingat, & in d.c. licet. Quid  
autem, si filia tempore renunciationis non recipit dotem,  
vel aliquid nomine dotis, & de pluribus aliis question.  
circa hoc occurribus, nide ibidem per Docto. & in d.  
l. pactum dotali, & per Io. de Imo. in l. qui superstis, ff.  
de acqui. hære. & per Alexan. de Imo. in l. stipulatio ho-  
modo, ff. de uerbo. obliga. & latissime de hac materia ui-  
deas per Geor. Nattam in sua nota. repetitione d. cap. 2.  
vbi plene reperies. Quinto ex isto sequitur & quod licet  
alteri stipulari vel pacisci nemò possit, l. stipulatio ista, §.  
alteri, ff. de verbo. oblig. & §. si quis alii, & §. alteri, Instit.  
de inuti. stipula. licet etiam de iure ciuili ex pacto nudo  
oriatur actio, l. iurisgentium. §. sed cum nulla. §. igitur, &  
§. quinimo, ff. de pact. cum simili. tamen si iuramentum  
in his casibus interueniat, firmabitur stipulatio inutilis,  
& pactum nudum ex vi iuramenti, ita quod alteri acqui-  
retur actio. Ita singula, decidi Barto. in d. l. si quis pre-  
eo, in sexto membro, & sequitur Io. de Imo. in rep. d. co-  
cum contingat, in 8. casu principali, & Ant. de But. ibidē  
in sexto calu, & Alexan. de Imo. in d. l. stipulatio ista. §. al-  
teri, & Hip. de Marci. in practica sua in §. secunda q. nu-  
mero 56. & est glo. reputata singul. quæ nulli non est no-  
ta, in c. quoties cordis 1. q. 7. quam benè declarant Pan-  
norm. & Felin. in salutatione Greg. Ex quo etiam sequi-  
tur, quod licet contractus iurisgentium initus cum absē-  
te non interueniente nuncio, vel epistola, non ualeat  
lege absenti, ff. de donat. i. 1. in fin. ff. de contra. empt. &  
uend. & l. consensu, juncta gl. de act. & obliga. tamen si  
aliquis iurauerit dare absenti, etiam si nullus sit sibi ibi  
qui dictam promissionem recipiat nomine absentis, po-  
terit iurite dictræ promissionis iurata conueniri per  
absentem, per ea, quæ singulariter uolunt Anto. de Bu-  
trio, Panor. Felin. & alii in dicta salutatione Grego. & lt

G g vu-

## 334 LOCVS A VI, ENERGIA, &amp;c.

vult Petr.de Anch.in consilio 2*r*.incipient.pro solutione dubiorum,in terro dubio, & Bald.in d.l.pactum dotali,  
in 6.q.in fin. & idem Bal.in rubrica, Cod.res inter alios  
acta,in uersi.sed quid.& Alexan.de Imo.in consi.3 i.6.uo  
luminis circa fin, qui omnes allegant gloss.in dicto capi.  
quoties cordis.idem vult Lanfrancus in repetitio. t. qui  
niam contra.in uerbo,confessiones,de probatio. & Paul.  
de Castro in consilio 241.incipiente, primo uidendum,  
& Hippo.de Marsi.in practica in §.secunda quæstio,nu-  
mero 63,& Docto.sxe alibi,quod nota,quia potest quo  
z i tidiē esse usui. Sed dubitabilis est quæstio, t an pactum  
nudum uestiarur iuramento ad effectum ut ex eo,etia de  
iure civili,oriatur actio:& uidetur quod sic, per tex.in d.  
l.si quis maior , qnēad hoc nota tMatt. Mate in notabili  
32. & Raphael Cumanus in rubrica ff.de uerbo. obla.&  
Ludo.Roma.in l.1.in principio, illo eodē titu . Eiusdem  
etiam opinionis est Panor. & communiter canonistæ in  
cap.cum uenissent,ante finem,de institutio . Sed hoc nō  
est sine dubio, ut uidere poteris per Alex.& Isto. in d.  
l.si quis maior , ad quos breuitatis gratia remisisse suffi-  
xiat. Sexto ex isto sequitur, t quod licet donatio inter  
patrem, & filium in potestate nō ualeat,l.2.C.de in offi.  
dona.tamen si fuerit uallata iuramento,firmabitur iura-  
mento. ita no.vult Bald.in l.fin.in uersi, sed quid si fuit.  
C.de usuca.pro dona.& sequitur Alex.de Imo.in con.8.  
2.uoluminis, incip.uisit & consideratis, & in consi.157.  
eiusdem uolum.incip.uso instrumento,& in consilio ui-  
gesimo,incipient,ponderatis,in tertio uolumine , & in  
consi.7.6.uoluminis incipi.uso instru. & idem vult ipse  
Alex.de Imo. in l.si donatione, C.de colla. & Franc. de  
Aretio in consi.72.incipi, præsupponitur , in fine, Idem  
et nult decisio Capel.Tolof.262.& istud latissime firmat  
& cōprobat Iaf.in l.frater à fratre, tam in lectura, quam  
in rep. ff.de condic. indeb . circa finem. Idem et late fir-  
mit Guel.Papæ decisione 146.ubi dicit,ita fuisse iudi-  
cetur. Septimo ex isto sequitur, quod licet donatio per  
militem uel Docto.facta sua focarie,uel concubinæ non  
ualeat,l.2.cum ibi nota per Bal.Salice. & Doct.C.de do-  
ma.inter

## LOCVS A VI, ENERGIA.&amp;c. 335

na.inter vir. & uxo.tamen si fuerit uallata iuramento  
firmabitur iuramento, ita singul.dicit Lud.Rom.in cōfi.  
43.incipi.ad primum,in quarto dubio,quod nota, quia  
13 raro repies alibi.Ostatō ex isto sequitur, q licet t trā  
factio super alimētis in vltima voluntate relictis,nō ua-  
leat, nisi fiat auctore prætore, l.cūm hī, in principio, ff.  
de transfactio.tamen si interueniat iuramentum, firma-  
tur, & validatur. Ita notabiliter dicit Bar.in d.l. si quis  
pro eo,circ.fin . Et hanc opinionem sequitur Pan.in d.  
c.cum contingat, & late Imo.in repetitione d.c.cūm cō-  
tingat,in x. & vltimo casu principali in 5.q.respondēs  
rationibus alitorum tenentium contrarium. Nond ex  
isto sequitur, q licet transfact. facta super dependenti-  
bus ex testamento non valeat,nisi inspectis , cognitisq;  
verbis testamenti,l.de his,ff. t transfact. nec tali soleni-  
tati renunciari possit,secundum Bart.& alios ibi.tamen  
si interueniat iuramentū , valebit renunciatio.ita sing.  
dicit Io.de Imo.in repet.d.ca.cūm cōtingat, in vlti.col.  
& eum refert & sequitur Alex. de Imo.in consi.11.2.  
voluminis incipi.viso, & Ias.in d.l.de his, & Doct.sxe  
14 alibi.Decimō ex isto sequitur, q licet t prodigus , cui  
bonis interdictum est, non obligetur ex contractu suo,  
vt est tex.in l.is,cui bonis,ff.de ver. obl. cum similibus:  
tamen si in contractu prodigi interueniat iuramentū,  
tal is contractus firmatur iuramento , dum tamen talis  
prodigus sit sensus capax & aliud extrinsecus non ob-  
sistat. Ita est decisio Io.de Imo.in repetitione d.c.cum  
contingat,in quinto casu principali , & decisio Capell.  
Tolof.498. Ita etiam decidit Fran. de Aretio in d.l.is,  
cui bonis, & breuiter est communis opinio,vt referunt  
Francis.de Aret.& Ioan.de Imo.vbi suprà vbi respon-  
dent ad omnia motiva Barto.in d.l.is, cui bonis. & Fe-  
der.de Sénis in consi.31.incip.minori 25.annis, & alio  
rum tenentium contrarii.ad quos,quia materia est am-  
pla & quotidiana, & benē per eos tractata , breuitatis  
gratia remisisse sufficiat. Aduerte tamen , quia Ant.de  
Butr.in d.c.cum contingat in 3.casu,tenet hoc casu iu-  
ramentum seruandum , sed dicit contractum per iura-

G g 2 mentum

## 336 LOC. A VI, ENERGIA, &amp;c.

mentum non firmari: sed præcedens opinio, quæ habet, quod per iuramentum est firmatur contractus prodigi, est verior, & communior, secundum Franc. de Are. & Ioan. de Imo. vbi suprà, quod nota. Undecimò ex isto se  
 15 quirit, qđ licet † donatio inter virum, & uxō. non ualeat, toto t. ff. & C. de dona. inter virum, & uxorem: tamen si sit iurata, firmabitur iuramento. Ita notabiliter dicit Guil. de Cuneo in l. sed & si possessori, §. item si iuravero, ff. de iureiu. & seq. Bart. in d.l. si quis pro eo, in fine, & idem Bar. in l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Falcid. & Cx. in cautela 155. & istud sequitur Alex. de Imo. in d. consl. 8. & in d. consl. 107. dicens eam esse communem. Idem etiam uult ipse Alex. in d. consl. 7. vol. 6. Eandem opinionem etiam tenet Franc. de Aret. & dicit eam esse communem, in consl. 74. incip. diligenter. eandem opinionem etiam tenet Fede. de Senis. in consl. 140. incip. punctus quæst. & Roma. in consl. luo 44. incip. ex suprà narrato, vbi est dicit hanc esse communem opinionem, & Io. de Imo. in rep. d.c. cum contingat, in 10. & ultimo membro principali in 3. q. plenè respondens obiectis in contrarium, & ibi etiam Pan. & Pau. de Castr. in l. pæcta quæ contra, C. de pactis, & decisio Capellæ 262. pre alle. & Hipp. de Marsilijs in sua practica in §. secunda quæstione numero 60. & ista opinio est tenenda, quia communior, & verior: licet Anto. de Bur. in hoc casu, & præcedenti dicat in d. capit. cum contingat, in tertio casu, iuramentum esse seruandum, sed contractum non firmari iuramento. Quare hinc sumpta occasione, uolo te  
 16 scire, quod magna † est differentia inter hæc duo, iuramentum firmat, uel ualidat actum, super quo interponitur, & iuramentum debet seruari: quia primo casu, qñ iuramentum firmat actum super quo interponitur, nedum ipse contrahens, uel actum gerens obligatur, sed etiam eius heres. Nec hoc casu potest per iuramentum peti absolutio à iuramento, secundum communem opinionem de qua in d.l. si quis pro eo, & in d. Auth. sacramenta, & in d.c. cum contingat, & in d.c. 2. Nec solutum potest repeti, qui sunt tres notabilces effectus. Firmat au-

tem

## LOC. A VI, ENERGIA, &amp;c. 337

tem iuramentum contractum, quoties actus principali-  
 ter prohibitus est fauore personæ, licet secundariò fauore reipub. ut in pluribus casibus suprà positis: & quandocumque iuramentum omni ex parte est licitum, tam respectu iurantis, quam respectu recipientis iuramentū quām eriam respectu materiæ super qua interponitur, quibus casibus non est impedienda, (ut dixi) absolutio: sed compellendus est iurans, nedum ad obseruantia iuramenti, sed est ad obseruantiam contractus, iuxta no. p gl. & DD. in locis suprà alleg. & in c. quantò, de iure iur.  
 17 Generaliter aut̄ † de iure canonico, (cui in hac materia iuramenti standū est, ut sèpius dictū est suprà,) iuramentum seruari debet quatuor concurrentibus. Primo, q̄ possit seruari sine peccato, uel sine interitu salutis æternae sui iurantis. Secundò, quod non sit contra publicam utilitatem, principaliter, licet secund. riò sit contra. Tercio, q̄ non contra bonos mores naturales, ut quia est vel turpe, uel super re turpi. Quarto, q̄ uon tendat in præiu dicimus tertij. Quibus concurrentibus, nedum cogitur iurans ad obseruantiam iuramenti, sed ultra hoc, iuramentum est firmat actum, super quo interponitur: quia de nullo facit aliquem, quasi cum iuramento liceat sic contrahere, uel pacisci, vbi sine iuramento non liceret, ut suprà dixi. Vbi aut̄ iuramentum de iure canonico nō firmat contractum, & tñ canon statuit iuramentum seruandum esse, omnino aliter dicendum est; quia heres eo non obligatur; cum iuramentum ex persona iurantis sit personale, cap. veritatis, cum ibi not. de iureiu. & facit l. Marcellus, ff. rer. amo. & iurans postq̄ soluit, potest repetrere, & sic cōtrauenire. Potest est hoc casu ille, qui iuravit, antè quam soluat, petere absolutionem à iuramento, & ei concedenda est, ut contingat, q̄ si cōtractus est reprobatus, odio creditoris, quia licet tunc iuramentū seruari possit sine periculo debitoris iuratis, nō tñ seruari potest sine periculo creditoris recipientis iuramentū, ergo iuramentum hoc casu non firmat, aut ualidat actū, seruandū tñ ē, & patet exemplum in c. debitores, de iuri rei. ubi iurans soluere usuras, obligatur ex iuramen-

G g 3 to,

## LOCVS A VI, ENERGIA.

to: & si non solueret, esset periurus. Cogitur ergo solue-  
re iuroras propter religionem iuramenti, sed postq; sol-  
uit, poterit repetere, quia pecunia est apud recipiétem  
sine iusta cā: ut est casus in d.c. creditores. Poteſt etiam  
hoc caſu per iurantem peti absoluto à iuramento, & nō  
est ei deneganda: ut est caſu in c. t. cū illi pulchrē no-  
per Pan. & alios eo. tit. de iureiur. Pot est etiam poni exē-  
plum in pacto legis commissoriæ, quod esti eprobatum  
in pignoribus, l. r. & f. C. de pac. pig. tñ si interueniat iu-  
ramentum, illud seruandum erit, c significāte, & ibi hoc  
uolunt Inn. Io. de Imo. Par. & alij de pig. & Bar. in d.l.  
si quis pro eo: iuramentum tñ hoc caſu non firmat con-  
tractum ut in dictis iuribus uolunt Doctores, & Io. de  
Imo. & Can. in d.c. cum contingat, Item potest poni ali  
ud exēplum in filioſ familias accipiente mutuum contra  
Senatusconsultum Macedonianum, & iurāte restituere:  
quia ſoluere tenetur: sed poſt quam ſoluit, potest repe-  
tere: & etiam poterit petere abſolutionem à iuramento  
antē, quam ſoluit, ut uolunt Cano. in d. c. cūm contin-  
gat. & maximē ibidem Io. de Imo. in 4. caſu princip. &  
Bar. ind. l. si quis pro eo, in 4. membro, & Doc. in d. Aut  
18 sacramenta. Quando autem t̄ iuramentum non poſſet  
ſeruari ſine peccato, uel interit salutis aeternæ ipſius in  
tantis, tunc ſeruandum nou est: & hoc caſu iurans non  
eget abſolutione à iuramento, quia iurando peccatur,  
nou autem contraveniendo, c. ſicut ex literis, de iureiū.  
& patet exemplum in caſu c. intellecto. de iureiū. & in  
caſu gl. ſing. in d.c. licet mulieres, & idem quando iu-  
ramentum eſt contra publicam utilitatem principaliter ut  
patet exemplum in c. ſi diligenti, de fo. comp. & in aliis  
commemoratis per Bart. & Doct. in d. l. si quis pro eo,  
& in d. Aut. sacramenta. & in d.c. cum contingat, & idē  
quando iuramentum eſt contra bonos mores naturales,  
quia turpe in ſe, uel ſuper re turpi, regula, non eſt obli-  
gatorium, de reg. iur. lib. a. Idem, quando iuramentum  
rendit in prejudicium tertij. ut patet exemplum in l.  
19 hac edictali, C. de ſec. nup. Idem dicendum eſt, t̄ quādo  
iuramentum interponitur ſuper contractu ſimulato, quia

tunc

## LOCVS A VI, ENERGIA. 839

tunc caret conſensu, & ſic anima ut principalis contra-  
etus: gl. eſt ſin. l. emptione, C. plus ualere quod agitur, ut  
hæc omnia colligi poſſunt ex notatis per Bar. Ang. &  
Pau. de Caſt. & Doct. in d.l. ſi quis pro eo, & ex no. per  
Leg. in d. Auth. sacramenta, & ex nota per Canoniftas  
& p̄cipue per Anton. de Butrio, Panor. & Ioā. de Im.  
in d.c. cum contingat, & exquisitiſimè per eundem Pa-  
normita. in eleganti ſua diſputatione inci. ſtante ſtatuto  
& per Paul. de Caſt. in confilio. 196. incipien. in Christi  
uifis hiſ quæ narrantur. in tertio dubio, in ſin. in nouis  
& per Ange. de Clauſio in Summa, in verb. iuramentū  
el ſ. uers. decimoſeptimo non obligat. ad quos, quia ma-  
teria ampla eſt, breuitatis gratia te remitto: ubi eſt repe-  
ries, quomodo ſuccurratur iurāti, i caſu, quo iuramentū  
firmat contractum, ſed iurās enormiter lēditur: ubi ui-  
de, quia quotidie hac occurunt in practica, hoc tamen,  
quod dixi, iuramentum non firmare contractum ſimula-  
tum, nec impideſre quo minus contractus poſſet allegari  
ſimulatus, linita ſingulariter uera, niſi partes iurāſet  
omnia contenta in iſtrumento uera eſſe, & in nullo cō-  
tra facere, uel uenire: quia tunc propter iuramentum  
non uideretur poſſe allegari ſimulatio, quia allegans alle-  
garet turpitudinem ſuam, & deterget ſe periurum. Ita  
ſing. decidit Anto. de But. in d. cap. cum contingat, in ſ.  
caſu, & idem vult Io. de Imo. in l. nemo potest, in 2. co.  
ſſ. de lega. 1. & D.D. ſep̄ alibi, & hæc de iſto tertio eſſe  
etiu iuramenti, qui eſt nedum obligare iurante, n ad ob-  
ſeruantiam iuramenti, ſed etiā validare, & firmare actū  
ſuper quo interponitur, alioqui nullum, iphiſusque natu-  
ram alterare, dicta iuſſiſſi: dummodi meminerimus  
ea quæ dixi non procedere, quando materia ſubiecta  
aliud ſuader, uel quando ex mente partim in eſt aliqua  
conditio ipſi diſpositioni, & conſequenter iuramento.  
Nam tunc ſi non euenit conditio, iuramentū non obli-  
gat, ſed regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo  
interponitur: nec ſe extendit, niſi uſquequo conſensu  
eſt: ex habes & exemplum in c. quemadmodum i p̄rin.  
ibi, quoniam in eo, &c. de iureiū, & in l. ſi. C. de non num.

G g 4 pec.

840 LOCVS A VI, ENERGIA, &c.  
pec. & in l. fin. ff. qui satifd. cogan. quos tex. sic intelligit  
Bar. & alij post eum in d.l. si quis pro eo, circa fin. & lo.  
de Imo. in rep. d.c. cum contingat, in 3. casu prin. & Doc.  
in d.c. 2. & Ioan. de Imo. in c. 1. de iudi. & Alex. de Imo.  
in d.l. si conuenerit, ff. de iurisd. om. iud. & Doc. sèpè ali  
bi. multæ enim in iuramento subaudiuntur cōditiones,  
vt est. tex. in d.c. quemadmodum, & ibi ad hoc illum tex.  
notat Pan. & illis habet glo. magist. hoc declarantem, in  
uerb. conditio, & idem declarat Bal. in preal. l. fin. C.  
de non nu. pec. & optimè faciunt no. per eundem Bald.  
in l. sed & si quis. §. quæstum, in 1. opp. ff. si quis cautio.  
& hoc modo etiam procedit dictum Inh. singulare, in c.  
per tuas, de arb. videlicet, quòd si quis iuraueritflare ar  
bitrio, intelligatur, quod statuit arbitrio, uel solvet pœnā  
hoc enim suaderat ratio subiecta materie, & mens contra  
hétium. De quo articulo uidere poteris latius per Doc.  
ubi supra, & per Iaso. in l. si pecuniam, ff. de condit. cau  
da. & in d.l. si conuenerit, & per Fel. in c. ad nostram i.  
de iure iur. & sèpè alibi. Quartus notab. & sing. effectus,  
20 virtus † seu efficacia iuramenti est, facere actum, super  
quo interponitur, ualere omni meliori modo quo pôt:  
tex. est. fin. de iure ciuili, in l. cum patet, §. filius matrem,  
& ibi hoc not. Bar. & alii, ff. de leg. 2. Illum text. ad hoc  
est not. Bal. eam quam, verb. item & est alius casus, C. de  
fideic. & idem Bal. in l. si iure, C. de test. manu. Est est pro  
hoc bonus tex. de iure cationico in d.c. quanto, & ibi eū  
ad hoc ponderat Pan. & quòd iuramentum faciat actum  
ualere omni meliori modo quo potest, notat Bar. & Scri  
bentes in d.l. 1. §. si quis ita, ff. de uerb. obl. dum exami  
nant illum articulum, an si actus non valeret ut agitur, ua  
leat ut ualere potest, & Ang. de Are. in §. fin. uers. in ea,  
glo. Inst. de adop. ex quo sequuntur plura notabilia, &  
singularia dicta, quotidie in practica occurrentia. Et pri  
mò ex isto sequitur, q. licet non ualeat stipulatio, ut stip  
ulatio, nisi præcedat interrogatio: & sequatur cōgrua  
responsio verbis expressa, d.l. 1. in prin. & §. si quis ita,  
est interueniat iuramentum, quia illud non potest ope  
rari in supplendo solennitatem formalem, tamē quia in  
ramē q. tum

LOCVS A VI, ENERGIA, &c. 841  
ramentum habet uim clausulæ, si non ualeat quod ago, ut  
ago ualeat omni meliori modo, quo ualere potest, iu  
rib. præal. hoc casu in utilis stipulatio ualebit ut pactum.  
Ita no. uult Bar. in d.l. si quis pro eo, in 8. membro, & se  
quitur Ioan. de Imo. in rep. d.c. cum contingat, in 7. ca  
su principali, & Ant. de Butrio ibidem in 6. casu, & Bar  
to. & Doctor. in d. §. si quis ita, quod nota. Secundo ex i  
21sto sequitur † quod si in testamento apponatur iuramē  
tum, illud habet vim clausula codicillaris, ut si non uale  
at iure testamenti, ualeat iure codicillorum ad effectum  
repetitionis leg. ab intestato, & alios ex clausula codicil  
lari resultantes: quia uidetur testator uoluisse, quòd ua  
leat omni meliori modo quo potest, d.l. cum pater. §. fi  
lius matré, & uult Bar. in d.l. si quis pro eo, in 7. membro,  
& Io. de Imo. ubi supra 9. casu, & Ant. de But. in 7. casu.  
22 Tertio ex isto sequitur, † q. licet ubi nulla subest obliga  
tio, ibi fideiussor accedere non possit. l. fideiussor, obliga  
ri, ff. de fideiuss. & Inst. eo. ti. in princ. tamen si in fideiuss  
fione interueniat iuramentum, ipse efficaciter obligatur.  
Ita not. decidit Bar. in d.l. si quis pro eo, in 8. membro,  
hoc dictum sequitur Alex. de Imo. in cons. 102. inci. ui  
so processu, in 5. vol. & obligatur quidem non ut fideiuss  
for repugnat naturæ fideiussionis, sed ut expromissor,  
qui potest intercedere pro non obligato. l. & eleganter  
§. seruus pactionis. ff. de dolo, & l. qui libertinus, in ff.  
de oper. lib. quia iuramentum facit actum ualere omnī  
meliori modo quo potest, ut dixi: & idem sentit Bal. licet  
obscure loquatur, in l. si prædiūm, circa fin. in noua lectu  
ra, C. de iure dot. Ex isto etiam sequitur † quartò q. li  
cet fideiussor non possit obligari in plus, uel in aliud, q.  
principalis, l. grecè. §. illud, & l. hi qui accessionis, ff. de  
fideiuss. & Inst. cod. tit. in §. fideiussores. hoc tamen fallit,  
si fideiussor iurauit, quia tunc obligabitur, et si non ut fi  
deiussor, saltem ut principalis promissor, argu. d.l. cum  
pater. §. filius matrem Ita notab. decidit Bar. in d.l. si q.s  
pro eo, in 8. membro, ubi dicit, sic limitandum totum  
titulū. ff. de fideiuss. & idem uolunt Ange. & Ioan. de  
Imo. in d.l. hi qui accessionis. & idem Io. de Im. in rep. d.

cum contingat, in 7. casu principali, & Ange. de Are, in d.l. fidem flores, in fine, & Alex. de Imola, in conf. 32. 4. volu. incip. in causa, in finalibus verbis, & Ias. in §. item si quis postulante. Institut. de actio. & idem Iason in d.l. si conuenerit, quod manda memorie, quia est frequen- tissimum in practica, unde hodie ferè in omni actu ap- ponitur iuramentum. Ex isto etiam sequitur quinto, q

24 licet transactio † facta post rem iudicatam non ualeat, l. eleganter, §. si quis post, ff. de cond. indebi. i. si cau- fa cognita, C. de transact. & l. post rem iudicatam, ff. eod. ti. tamen si super transactione sit interpositum iuramen- tum, quamvis illa transactio non possit ualere ut transac- tio, valebit tamen ut pactum nudum, nam ex quo par- tes iurarunt, videtur uoluisse actum debere ualere omni meliori modo, quo potest. Ita sing. decidit Bar. in d.l. si quis maior, per d.l. cum pater, S. filius matrem: quam doctrinam sequuntur Angel. & Alex. de Imo. nō leues auctores, in d.l. si causa cognita, & Alex. de Imo. & Ias. in d.l. si quis maior, & idem Ias. in d. §. item si quis postu- lante: & licet Bal. & Fulg. in d.l. si quis maior, de hoc du- bitent: tñ quia argumentis, & rationib⁹ s eorum sufficiē- ter respondetur per Alex. in d.l. si quis maior, & per Ia- son. in d.l. i. §. si quis ita, aſtentior opin. Barto. & sentio in iudicando non esse ab ea recedendum, maxime qñ hincidē in transactione effet remissio ita, q utriq; trā- ſigenti effet consulfum pacto, neq; ſequeretur aliqua in-equalitas: ſecus forte, qñ ex una parte effet remissio, & ex alia parte datio; quia tunc transactio, quæ non va- let transactio, nō pōt ualere, ut pac̄ū ſimplex, ēthi ſit iu- rata: quia hoc videtur effe contra voluntatem transigen- ti, qui non erat remiſſiōnis ius ſuū, niſi poſſet conſequi ex transactione id qđ debet ſibi dari: cūm pac̄ū nudum non ualeat ad actionē, licet bene ualeat ad exceptionē, l. ſue apud. acta, C. de trāſac. & ex hoc reſularet in-equa- litas, quia ille cui remittitur ius, effet tutus exceptione, & ille cui dēt aliiquid dari ex transactione, nō poſſet co- ſequi ſuū. Inequalitas at virtutē in cōtractibus, l. cum em- ptor, in princ. ff. de refc. ven. Ita reperio expreſſe uelle

Fran.

Fran. de Are. subtilitatum principem, in d.l. i. §. si quis ita, ſed propter hoc non recedo à cōi opinione, quia li- cet pactum nudum non iuratum, non pariat actionem, pactum tñ iuratum parit actionē, ut dixi plenē ſuprā in tertio effetu iuramenti, in uerſic. quinto ex iſto ſequit. & ſic nō obſtar ratio Franc. de Are. Ex iſto etiam ſequi- 23 tur ſexto, q licet † ſubstitutio cōpendioſa facta à pag- no in testamento filio impuberi per verba ciuilia, uel me- ſe directa nunq; obliquetur, etiam pupillo ueniente ad pu- beratem, ex quo pro tempore pupillaris aetatis po- tuit ualere ut directa, vt eſt tex. not. inl. verbis, ff. de uul- ga. tamen si in testamento apponatur iuramentum, pu- pillo ueniente ad pubertatem, obliquabitur & trahetur ad fideicommissariā: quia uirtute iuramenti uidetur te- ſtator uoluifle illā ſubstitutionē debere ualere omnime- liori modo, quo potest. Ita sing. dicit Lud. Rom. in d.l. i. §. si quis ita, & ſequit Ias. in d. §. itē si quis postulante, & Barbaria in conf. 25. i. uol. incip. ſcribitur ſapien- tia 7. in 2. dubio, & Alex. de Im. in d.l. eā quā, C. de fideicommiss. & rō huius eſt, quia qñ in tētō eſt appoſita clauſula co- dicillaris, tunc ſemper ſubstitutio directa trahitur ad fi- deicommissariā: ut sing. not. Bal. Angel. Ioan. de Imo. Franc. de Are. & Alex. in d.l. verbis, & Mothefil. in no- tab. 141. Cūm ergo iuramentum habeat vim clauſulae codicillaris, ut dixi ſuprā, & probatur in d.l. cūm pater, S. filius matrē ſequit, q deciſio Lud. Koma. Ias. Barba. & Alex. eſt vera, & iuridica: quod nota, quia eſt frequentis ſimilis in practica. Ex iſta et ſequitur ſeptimō, † q licet alias promittens factum alienum nullo modo obliget, niſi ſpecificè promiserit te facturum, & curaturū, d. Iſti- pulatio iſta, in prin. & §. si quis alium, Institu. de inut. ſti- pi. cum ſimiili. tamen si promittens factum alienū iuraf- fet, obligaretur, nam tūc nō obligari eo modo, quo pōt, & per conſequens perinde eſt ac ſi promiſſerit ſe factu- rum, & curaturū, ut aliud ſiciat, quo caſu promiſſio fa- cta alteri ualeret, iuribus præalle. Ia notab. uolunt Ludo. Rom. & Alex. de Imo. in d.l. ſtipu. iſta, & Ang. & Io. de Imo. in l. inter ſtipu. in princip. ff. de verb. obl. & Pan. in d.c.

d.c. ex re scripto, in fine: ubi est est bona glo. in verb. in h. beatis, & Franc. de Arc. in consi. 28. incip. diligenter ani maduersis versi. & hoc maximè; vbi pro hoc allegat. ca. ex literis 2. & d.c. sicut ex literis, iunctis gl. de sponsali bus; & idem ibi uult Præpositus, & Panor. in d. capit. ex literis, & falson in d. §. item si quis postulante, & An ge. in §. verla vice, Institu. de iniuti itipul. & Corserus, in sing. suo 224. & Doct. sepe alibi: quod nota, quia est quo 27 tidianu. Ex isto est sequit octauo, t qd licet aliás donatio omniū bonorū præsentiu, & futurorum non ualeat, d.l. stipu. hoc modo concepta, cum ibi no. ff. de verb. obliga. & l. fi. cum ibi no. C. de pactis: tamē si donans iurauit, na lebit saltē in præsentibus, quia vt uoluissē actum ualeat omni meliori modo quo pōt. Ita singul. decidit Franci. de Arc. in consi. 5 4. incip. in cā, argu. d.l. cūm pater, §. fi lius matrem, ubi plenē de hoc uideas. Ex isto est sequit nono, quod licet si testator in testamento confessus. sit sibi à Titio deberi decem tantum, talis confessio testato ris tanquam erronea nō præjudicat hæredi, si heres probare potest, quod Titius plus debet, rationes, in fi. C. de probat. Tñ si testator iurauit, Titium sibi debere decem tantum, confessio talis præinducat hæredi: nam testator tunc uidetur nelle, quod illa dispositio ualeat om ni meliori modo quo potest: & propterē uidetur reliqua non confessata rē inquere debitori per fideicommissum, Auth. quod obtinet, cum ibi not. C. de proba. & ita sing. decidit Bar. in l. ex hac scriptura, ff. de dona. per di etiam l. cūm pater, §. filius matrem, & idem Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. & ita etiam aper tissimē uult Ang in d.l. rationes. Et iste est uerus intelle ctus d. Auth. quod obtinet, & præall. l. rationes, in fi. secundum Azo. & glossam primam, in fine ibidem: uerba 38 enim tenunciativa propter aliud prolatā, si fuerint iurata, disponunt, & dispositionē inducunt, vbi aliás dispo sitionem non inducerent, d. Auth. quod obtinet, & vo lunt Bal. Ang. & Ias. in l. ex his verb. C. de testa. mili. & Pet. de Anch. in Clem. 2. de proba. quod nota. Quintus notabilis, & singularis effectus, virtus, seu efficacia iuramen

29 méti est, quia habet t vim clausulæ derogatoriæ, atre stanib. Io. An. Bar. Bal. Pau. de Cast. Alex. Soc. Ias. & alijs præclarissimis Doctoribus in locis infra commemo randis, quod est scitu utile, & ualeat ad multa, & prind ex isto singulariter insertur, quod si in testamento inseri tur iuramentum, ut quia testator iurauit testamētum per eum conditum non mutare uel revocare, hoc casit iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, ut nō ua leat secundum testamētum, nisi specialiter derogetur primò: quia ex quo testator iurauit non renocare primū vñ uoluisse ut primū suum testamētum præcisē ualeat & omni meliori modo, quo potest: Ita sing. dicit Bar. in l. si quis in principio testamenti, circa fi. verl. qro, vtrum iuramentū, ff. de leg. 3. allegans tex. in d. l. cūm pater, §. filius matrem, & idem uult ipse Bar. in l. omnes populi, circa fi. 1. q. prin. vers. sed an iuramentum, ff. de iusti. & iur. Idem etiam uult Io. And. in reg. quod semel, de re gu. iur. li. 6. in Mercu. & Docto. & sepe alibi: quod est no tamdum. Secundo ex isto sequitur aliud singulare, uide licet, qd licet aliás per secundum testamētum non tol latur primum quod habet clausulam derogatoriæ, nisi de eo fiat specialis méto d.l. si quis in principio testamenti, & l. si mihi, & tibi, §. fi. uer. interdum, ff. de leg. 1. tamen hoc fallit, quando in secundo testamento effec appositum iuramentum: nam illud habet vim clausulæ derogatoriæ ad clausulam derogatoriæ positam in pri mo testamento, ergo hoc sufficit, & censemur primo te stamento derogatum: Ita sing. decidit Bal. in l. sancimus, ver. in contrarium, C. de testa. & eum sequuntur ibidem Pau. de Cast. Ale. de Lmo. Ias. & alijs, & idem sentit Ias. in d. §. item si quis postulante, & Soc. in d.l. si mihi & tibi, §. fi. & Guido P apx decisio. 128. ubi dicit ita fuisse iudicatum: quod similiter est notandum, quia est frequentis simum in practica. Tertio ex isto sequitur aliud singula re, uide licet t quod licet per non obstantias generales derogetur statutis, pactis, & conventionibus, subsi stente in derogante potestate derogandi: tamen per huius modi non obstantias generales non deroga latuit, pa

Etis uel conditionib. iuratis. & sic sublato principaliter hoc casu per non obstantes generales, non tollitur accessio-  
rium: de hoc sunt duas glossæ singulares, una est in capit.  
cum nō deceat, in fin. in uerb. effectus, de elec. lib. 6. alia  
est in Clem. dudum, circa fin. de sepultu. quas illuc notat  
Doct. & Lud. Roma. in singul. 8 & idem Lud. Rom. in cō-  
fil. 393. incip. præsens consultatio: & in consilio 404. in-  
